TOMVS .XIIII. TRACTATVVM.



COMPLECTITVR HIC TOMVS,

Partem Tractatuum de Iudicijs.

ACCEDVNT HVIC TRACTA.

Aliqui, qui in cæteris Tracta. uoluminibus non inueniuntur, Inter quos nonnulli sunt, qui nunc primum sub lucem lati fuerunt, Ingenti sane cura, expensa, atq; doctis. Iurisp. lucubratione.

Apparebunt recentiores in sequenti carta, His Signis

*6 præsignantibus.

VENETIIS

QVARTODECIMO

TOMO,

Hæc insunt Opuscula.

Tractatus, quos addidimus asterico
signo * demonstrantur.

Qui autem nunquam antea fuere impressi,
hoc signo ☞ patent.

TOMVS QVARTVSDECIMVS,

Partem Tractatuum de Iudicijs cōtinet.

TRACTATVS

de Iurisperitis, Domini Catelliani Cottæ, Iurisconsul. Mediolaneñ. Clarissimi.

Uris Ciuilis sciētiam plurimi ⁊ magni viri ꝓfessi sunt, inter quos, eorum, qui maxime auctoritatis apud Popu. Romanuꝫ fuerūt, mentio habetur per Pompo. in. l. ij. §. iuris ciuilis. ff. de origi. iur. ⁊ retulimus in alijs memorabilibus, in dictione iuris. Uerum quoniam ipse nobis solū referre potuit illos q̄ ad eius vsqꝫ tempora claruerunt. Reliquum est, vt nos quoqꝫ sigillatim referamus, qui post eum vsqꝫ ad etatem nostrā in eodem iure, ⁊ etiam in Pontificio, nomen meruerunt, non tamē quoscunqꝫ nam dies hic nobis satis non faceret, si tamen prius ex archetypis Florētinis, ⁊ ex Iustiniani in pandectis prefatione, Policianoqꝫ recensuimus aliquos Iureconsultos, ⁊ numeros librorum, quibus quinquaginta digestorum volumina consarcinantur. Inter quos antiq̄ssimus omniū tradit̄. Q. MVTIVS SCAEVOLA. P. F. Pontifex maximus, qui vt in. viij. scribit Ualer. maxi. Clarissimus legum vates, ⁊ certissimus extitit. hic quotienscunqꝫ de iure pretorio consulebat̄ ad FVRIVM, ET CASELLIVM, quia huic scientie dediti erant, consultores se recipiebat, quo quidē facto, moderationem suam magis cōmendabat, q̄ꝫ auctoritatem minuebat. ab his negocium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius vsu callebant. Sapientissimi igitur artis sue professores sunt, a quibus ⁊ propria studia verecunde, ⁊ alia callide estimantur. De Sceuola meminit etiā Cice. epist. familiar. lib. vij. ad Trebat. ⁊ Gel. noct. Atti. lib. vij. cap. xv. cuius extant infinita responsa memorie digna, Furij autem pauciora. De Casellio grata habetur mentio per Pompo. ⁊ Ualer. maxim. in. vj. libro. de quo Horat. Recte concedi consultus iuris, ⁊ actor causarum mediocris abest virtute differri Messalle nescit q̄ꝫtum Casellius Aulus. Sceuole meminit, ⁊ Pomp. eiusqꝫ in pandectis vnus tantum liber diffinitionum. GALLVS deinde AQVILIVS, qui Ciceronē oratorem iudex audiuit, ⁊ quem familiarem suum Cicero idem in Topicis appellat. huius prudentiam Popu. Roma. in cauendo, non in decipiendo perspexit, qui iuris ciuilis rationem nunq̄ꝫ ab eq̄tate seiunxerit, quiqꝫ ita iustus ⁊ bonus vir fuerit, vt natura, non disciplina consultus fuisse videatur. SERVIVS quoqꝫ SVLPITIVS, cuius grata mentio per Pōp. multa scripsit, de quo etiaꝫ Tullius Philippica. ix. Nec vero silebitur admirabilis quedam, ⁊ incredibilis, ⁊ pene diuina eius in legibus interpretādis equitas, explicandis scientia. Omnes qui ex omni etate, hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi: Neqꝫ enim ille magis iurisconsultus, q̄ꝫ iustitie fuit, eaqꝫ que proficiscebantur a legibus, ⁊ a iure ciuili, semper ad facilitatem, equitatemqꝫ referebat, neqꝫ constituere litium actiones malebat, q̄ꝫ controuersias tollere, cui si etatis nostre Iurisconsulti similes se prestarent, melius nobiscum actū esset, neqꝫ numerosa hec librorū bibliotheca adeo expetēda videret̄. Postea LABEONIS ANTISTII huc asciscuntur libri octo pithanō, idest credibilium, seu verisimilium, ⁊ idem posteriorum decem. hos equiparat Petronius arbiter illo carmine, atqꝫ esto quicquid Seruius ⁊ Labeo. Fuit autem Labeo, quem vocat Horatius insanum hic, vt in noctib. Atti. scribit Gellius, iuris ciuilis disciplinam principali studio exercuit, ⁊ consulentibus de iure publice respōsitauit. Ceterarum quoqꝫ bonarum artium non expers fuit, ⁊ in Grammaticam sese, atqꝫ dialecticam, literasqꝫ antiquiores, altioresqꝫ penetrauit, latinarumqꝫ vocum origines, rationesqꝫ percalluerat, atqꝫ ea precipue scientia ad enucleandos plerosqꝫ iuris laqueos vtebatur. sunt adeo libri post mortem eius editi, qui posteriores inscribuntur quorum tres continui trigesimusoctauus, trigesimusnonus, ⁊ quadragesimus, pleni id genus rerum ad enarrandam, ⁊ illustrandam latinaꝫ linguam conducentiū. Post hos TREBATIVS, cuius in pādectis plurima mētio, hic TESTA appellatus est, Ciceronis, Iulij Cesaris, ⁊ Augusti familiarissimus, ad quem sepiuscule idē Cice. in. vij. lib. epistolaruꝫ scribit, qui Tribunatus officium sibi a Cesare oblatum spreuit. MASSVRIVS vero SABINVS, qui primus publice scripsit, de quo meminit Athenerius, ⁊ apud nos Persius Saty. quinta, illo versu, Excepto si quid Massuri rubrica vetauit. SALVII quoqꝫ IVLIANI digestorum nonaginta libri, de ambiguitatibus vnus, ad Minutiū sex, ad Urseium quatuor. floruit hic Adriani temporibus, ⁊ iudicanti fuit in consilio magne vir auctoritatis, bis Consul, ⁊ prefectus Urbi, quem amicum ⁊ virum clarissimum appellabant diui fratres, vt refertur a Iureconsulto in. l. diui fratres. ff. de iure patron. Auus etiaꝫ Didij Iuliani, deinde principis, ⁊ Mediolanensis fuit, vt scribit Spartianus. Refertur etiam a scriptoribus alius eiusdem nominis Didij auūculus, vir nobilis, ⁊ vere peritissimus, quem quidam cum superiori confundunt. Aduocantur etiam NERATII PRISCI regularum quindecim, membranarum septem, respōsionum tres. hunc sibi putat̄ Traianus amicorum consensu successorem destinasse, sicut ei dixerit aliquando, commendo tibi prouincias si quid mihi fatale contigerit, vt apud Dionem ⁊ alios legimus. eundemqꝫ mox Adrianus habuit in consilio. VOLVSIVS quoqꝫ METIANVS Iurisconsultus est habitus celeberrimus, quo multum est vsus Adrianus idē, quiqꝫ docuit. M. Antonium Principem cognomento Philosophum. veniunt eodem igitur illius quoqꝫ libri fideicommissorum sexdecim, publicorum quatuordecim. Sed Metiani nomen in Martianum deprauatur a librarijs. Fuit enim AELIVS MARTIANVS ipse quoqꝫ iuris auctor, a Didio Iuliano principe occidi iussus, qui libros huc contulit institutorum sexdecim, regularum qnqꝫ, de appellationibus duos, publicorum duos. Item singulares, quos greci monobiblus, his titulis, de delatoribus, hypothecarie, ad senatuscō. turpil. IVLIVS quoqꝫ CELSVS Adriano fuit in cōsilio, qui digestorum libros, vnde quadraginta composuit. Sed et VALENS, qui fideicommissorum septem, MARCELLVS quoqꝫ qui digestorum scripsit vnum, ⁊ triginta, responsorum vnum, sex ad leges. Item IABOLENVS, cuius acciti huc libri sunt ex cassio quinqꝫ, epistolarum quatuordecim, ad Plautiuꝫ quinqꝫ. his duobus vsus est Antonius Pius. Claruit his temporibus etiam SERBIDIVS SCAEVOLA, cui Marcus Antonius philosophus operam dedit, ac deinde factus Impator multum illo vsus est, hic ⁊ Seuerum docuit, illum qui sibi post pertinacē magna virtute Imperium parauit. Docuit ⁊ Papinium, de quo mox dicemus. Sed Sceuole huius libri deducūtur in Iustiniani pandectas digestorum quadraginta, questionum viginti, responsorum sex regularum, quatuor, de questione familie vnus, questionū publice tractatarū vnus. Huius auditor, vt diximus, PAPINIANVS libros ad pandectas affert, questionum trigintaseptem, responsionum vndeviginti, diffinitionum duos, de adulterijs vnum, edilitium vnum. hic habitus est omnium acutissimus, eumqꝫ iuris asilum vocat AElius Spartianus in Seuero, doctrineqꝫ legalis thesauruꝫ, sic vt ab illo studiosi legum qui profecissent appellati Papinianiste quandoqꝫ fuerint, vt etiam testis est Iustinianus princeps in prefatione digestorum, amicus ⁊ Seuero principi, sed a condiscipulatu neqꝫ non affinis per secundam vxorem. successor eidem quoqꝫ in administratione fisci. Deniqꝫ moriens Seuerus, filios suos non alij magis q̄ꝫ Papiniano commendauit. erat autem prefectus vrbi Papinianus, ac plus potens in aula q̄ꝫ volebat. Itaqꝫ deponere sepe nocituram potentiam frustra conatus. Tandē ab Antonio caracalla, Seueri filio, militum gladijs obiectus, ⁊ securi percussus est, q̄ excusare parricidium noluisset, eiusqꝫ vera etate Mariani Socini argentea Rome reperta est a quodam rustico, in qua verba hec legebantur, Emilij Papiniani Iurisconsulti, ⁊ prefecti pretorio, quiescunt

hic ossa, cui infelix pater ⁊ mater sacrum fecerunt, mortuo anno sue etatis. xxxviij. vel aliter, vt in antiquis marmoribus legitur, Emilio Paulo Papiniano prefecto pretorio, Jurisconsulto, qui vixit annis. xxxvi. diebus. x. mensib. iij. Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilis turbato ordine in senio, heu, parentes fecerunt filio optimo. Huius assessores in prefectura IVLIVS PAVLVS, ET DOMITIVS VLPIANVS, quos nonnulli greco vocabulo Coryphens appellant, quoniam quasi verticem legitime discipline cum Papiniano tenuerunt. Feruntur ⁊ Vlpiani libri ad edictum tres, ⁊ octoginta, ad Sabinum vero vnus ⁊ quinquaginta, ad leges viginti, pro tribunali decem, de officio proconsulis decem, regularũ septem, fideicommissorum sex, opinionum sex, de adulterijs quinqʒ, de appellationibus quatuor de officio consulis tres, institutionum duo, de censibus sex, responsorum duo, tamen singulares hi regularum rursus, de sponsalibus, de officio prefecti vrbi, de officio prefecti vigilum, de officio curatoris reipublice, de officio pretoris tutelaris, de officio questoris. Eloquentissimum etiã Justiniano teste, natus Phenices, que vrbs Syrie est, ⁊ nobilis appellatur a Jurecõ. in. l. secunda. ad finem. de excusatio. tutorum. ⁊ sapiẽtissimus ab Imperatore, in. §. vltimo. in auctentica de equalita. dot. Prefectus pretorio Alexandri Antonij caracalle filij vt testat̃ Alexandri lex, cuius est initium ex diui Pij. C. locati. vbi eum parẽtem suum appellat. Sed ꝙuis tam multa scripserit Vlpianus, tamen PAVLVS multoplura edidit, eius enim numerantur hi libri, ad edictum octoginta, questionum vigintisex, responsorum vigintitres, breuium vigintitres, ad Plautium duodeuiginti, ad Sabinum sexdecim, ad leges decem, regularum septem, sententiarum vel factorum sex, sententiarum iterum quinqʒ, ad Vitellium quatuor, ad Neratium quatuor, fideicommissorum tres, decretorũ tres, de adulterijs tres, manualium tres, Institutorum duo, de officio proconsulis duo, ad legẽ iuliam, vel (vt aliter lego) ad legem Eliam duo. Item ad legeʒ eliascentiam tres, de iure fisci duo, regularum autem vnicus. Rursus regularum secundo, mox tertio, de penis paganorũ, de penis militũ, de penis omnium legum, de vsuris, de gradibus ⁊ affinibus, de iure codicillorum, de excusatione tutelarum, ad regulam catonianam, ad sen. consul orficianum, ad sen. consul. tertullianum, ad senat. consul. Syllanianum, ad senatusconsul. Velleianum, ad senatusconsultum libonianum, seu Claudianum, de officio prefecti vigilum, de officio prefecti vrbi, de officio pretoris tutelaris, de extraordinarijs criminibus, hypothecaria, ad municipalem, de publicis iudicijs, de inofficioso testamento, de septemuiralibus iudicijs, de iure singulari, de secundis tabulis, ad orationem diui Seueri, ad orationem diui Marci, ad legem Velleia. ad legem cinciam, ad legem falcidiã, de tacito fideicommisso, de portionibus que liberis damnatorum conceduntur, de iuris ⁊ facti ignorantia, de adulterijs, de instructo ⁊ instrumento, de appellationibus, de iure libellorũ, de testamentis, de iure patronatus, ⁊ de iure patronatus quod ex lege iulia ⁊ Papia venit, de actionibus, de concurrentibus actionibus, de intercessionibus feminarum, de donationibus inter virum ⁊ vxo. de legibus, de legitimis hereditatibus, de libertatibus dãdis, de senatusconsultis. Hic Patauinus fuit, eiusqʒ statua etiam hodie in patria videri potest. Fuere autem Paulus ⁊ Vlpianus prefecti ambo, sed quidam factos ab Alexandro dicunt, quidam vero ab Heliogabalo, qui tamen Vlpianum remouit vt virum bonum. Ceterum Alexander vtrunqʒ magno in honore habuit. maxime autem Vlpianum, qui cõsiliarius ei quoqʒ fuit, ⁊ scrinij magister, nec vnꝗ ad eum solus quisquam admissus est, nisi prefectus, atqʒ Vlpianus, tamen si quando alter adhibitus, semper tamẽ Vlpianus rogari iubebatur. Proinde non immerito vertices legum appellati sunt a Modestino, in. l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excusatio. tut. ⁊ etiam iure optimo dicat Bal. in. l. omnes populi. de iustitia ⁊ iure. Jureconsultos habuisse intellectum transcendentem, vt de ingenio adepto Aristotelis scribit Auerrois. PAVLVS autem ille, ad quem libros Vlpianus scribit, puto etiam ad quem Paulus ⁊ Pomponius, vir fuit insignis ⁊ consularis, ab Heliogabalo iussus occidi cuius filius etiam FABIVS SABINVS Alexãdro fuit gratissimus, ⁊ Cato sui temporis dictus est, illud dubium est, an hic filius, idẽ sit Sabinus, qui consularis, ac prefectus vrbi per tumultũ, fusti percussus in populo ⁊ occisus, atqʒ in publico derelictus fuerit. de illo quoqʒ ambigitur, vter ne de iure scripserit, filius an pater. Scripsit vero iuris ciuilis tres, ex proculi singularem, sed ⁊ epistolarum libros. viij. POMPONII quoqʒ collati sunt eodem libri scilicet, ad quintum mutium lectionum vndequadraginta, ad Sabinum quinqʒ ⁊ triginta, epistolarum viginti, variarum lectionum quindecim, ad Plautium septem. Fideicommissorum quinqʒ, senatusconsultorũ quinqʒ, regularum vnus, enchiridij duo. CAIVM vero citat ⁊ Boetius in Ciceronis Topicon cõmentarijs. huius huc adhibiti sunt ad edictum prouinciale libri duo ⁊ triginta, ad leges quindecim, ad edictũ publicum quindecim, qui soli tamen reperti fuerũt, aureorum septẽ, dodecadelti, hoc est duodecim tabularũ sex, institutionum tres, de manumissionibus tres, fideicommissorum duo, de casibus vnus, regularum vnus, dotalitiorum vnus, hypothecarie vnus. Sumpserũt haustus qui Tribunianum iuuerunt, ex VENVLEI quoqʒ stipulationum libris vndeuiginti, actionum decem, de officio proconsulis quatuor, de penis paganorum vno, publicorũ tribus, de interdictis sex. Item ex MAVRITANI ad leges sex. ex TERENTII CLEMENTIS ad leges viginti. ex APHRICANI questionum nouem. ex FLORENTINI institutorum duodecim. ex TERTVLLIANI de castrẽsi peculio vno. ex IVSTI ꝯstitutionum viginti. ex TRIPHONIANI disputationum libris vno ⁊ viginti. ex CALISTRATI de cognitionibus sex, edictorũ monitoriorum sex, de iure fisci quatuor, institutorum tribus, questionum tribus. ex MENANDRI militariũ quatuor. ex MODESTINI responsorum vndeuiginti, pandecte duodecim, regularum decem. differentiarũ nouem, excusationum sex, de penis quatuor. Itẽ ex eiusdem vnicum, de prescriptionibus, de inofficioso testamento, de manumissionibus, de legatis ⁊ fideicommissis, de testamentis, de eurematicis, de enucleatis casibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. ex TARRVNTII paterni, militarium quatuor. ex MARCI militarium duobus, publicorum duobus, de officio presidis duobus, icoston, seu verius icastõ duobus, de appellationibus duobus. ex ARCADII de testibus vno. ex RVFFINI regularũ duodecim. ex ANTI, siue PVBLII FVRII ANTIANI edicti quinqʒ libris. ex MAXIMI ad legem falcidiam. ex HERMOGENIANI epithomarum sex libris. Hec est deniqʒ taʒ iuris conditorum qui symbolam dederunt, ꝙ librorum quoqʒ ⁊ titulorum, quibus nostre pandecte se habent exactior nomenclatura. nã ceteri non intexuntur, sed tantum citantur. quidam tamen in codicibus depravatis, ꝙuis omnino immunes munificibus tamen adnumerantur. Tituli preterea nonnulli, sicuti de excusatio. tut. pene integri grece sunt edicti. quos indoctus aliquis (vt apparet) in latinuʒ transtulit. Post hos iureconsultorum nomina monumentaqʒ desiderantur propter barbarorum aduentum in Italiam, qui fama profanis miscentes, totum latium igne ferroqʒ deuastarunt, vtqʒ Romanum nomen deleretur in perpetuum, librarias etiam bibliothecas diripuere. propterea ius nostrum (vt alia liberalia studia) iacuit per aliqđ tempus, paulatimqʒ antique leges vetustate atqʒ incuria aboleuerunt, quarum ⁊ si iam nullius est vsus, notitia tamen necessaria videtur. None autem leges a CONSTANTINO Cesare ceperunt, ⁊ reliquis succedentibus, erantqʒ permixte ⁊ informate.

Postea vero THEODOSIVS minor Augustus, ad similitudinẽ Gregoriani ⁊ Hermogeniani codiceʒ factum constitutionũ a Cõstantini temporibus, sub proprio cuiuscunqʒ Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocauit. Demum successit IVSTINIANVS Justini filius adoptiuus, ⁊ nepos ex sorore. xvij. Cõstantinopolitanus Imperator. hic (vt scribit Suidas) in primis orthodoxus, idest recte fidei, literarum vero omnium expers fuit, atqʒ etiam (quod aiunt) Analphabetus, idest qui ne elementa quidem literarum nouit, ⁊ tamen se tanquam legem quandaʒ animatam a Deo missum hominibus, testatur in. §. vltimo. in auctẽtica de consul. is itaqʒ glorie cupidus, operam dedit, vt Jureconsultorum non responsa sed oracula in quinquaginta digestorum libros digerentur, quibus Epigrãma hoc adscripsit Grecum.

Βίβλον ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήν δε
Τὴν ἐα τριβωνίανος μεγάλω κάμε παμβασιλῆϊ
Οἷα τις ἡρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα τεύξας
Ἡ ἔνι μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων
Ἄνθρωποι δ᾽ ἀσίης τε δρεύκτηντοί τε λιβύοσης
Εὐρώπης τε πίποντοι ὅλου σημάντορι κόσμου

Quod in latinum sic sonat.

Justinianus opus princeps hoc edidit, omnis
Quod Tribonianus Rectori condidit orbis,
Tanꝗ aliquis varium componens aspida magno
Alcide, nempe hic splendent mira omnia legum.
Ast Asie, Europeqʒ homines, libyciqʒ subacti,
Omnis signifero mundi haud parere recusant.

Codicem etiam edidit. nouellasqʒ constitutiones, ⁊ institutionum libros quatuor, vsus doctrina Theophili, Dorothei, ⁊ aliorum maximeqʒ TRIBONIANI, qui teste Suida, natione Grecus, quãlibet religionem contẽpsit, ⁊ maxime Christianam, assentator, ⁊ fraudulentus extitit. persuasit Justiniano ne mortem timeret, quippe q in celum cuʒ carne assumpturus esset. Questor fuit Justiniani, inge-

nio

nio doctrinaq; nemini etatis sue secundus, sed auaritiam in tantum coluit, vt lucri gratia, ius semper venale habuerit, legesq; put amici res postulabant, & latas reuocauit & nouas tulit. Fuit sermone blãdus & suauis, auaritieq; morbum doctrine prestantia facile obũbrare potuisset. Persuasit itaq; Justiniano vt legum prolixitatem amputaret, & ob id multorum Jurisconsultorum nomen deletũ est. edictumq; nouum proposuit, ne quis nouas leges interpretaret, quod etiam hodie legitur in.l.j.§.nostram autem.C.de veter.iur.enucle. Huius exemplo GRATIANVS sancti proculi monachus, patria Ethruscus, regnante Conrado Sueno.x. Romanorum Imperatore, decretorum volumen accuratissime collegit, anno Domini. M.C.V. vt ipse innuit in.c.appellatione interposita.§.forma.ij.q.vj. licet glosator ibi dicat compilatum anno.M.C.L. de quo late Calde.in proemio decretal.in.iij.colum. Huius tamen opiniones non semper recipiuntur, & reprobãtur in multis, vt late retulit do.Fely. in.c.ij.col.xxiiij. de rescrip. de auctoritate decreti etiã tractãs, Bononie floruit. Post quem nõ multo tempore medio OBERTVS de Orto Mediolanensis magni nominis Jureconsultus, feudales ↄsuetudines disserit. Deinde PALEA Gratiani discipulus, quedam ad preceptoris monumenta addere studuit, hic etiam rubricas, immo potius summaria (vt ita dicam) ad eundem librũ composuit, preter primum, que compilatori totius decreti adscribitur, vt etiam testis est Jo.andr. in sua ad Specul. paraphrasi, in titulo de disput. & allega. ad fin. & late reassumit Joan. de Imo. post Salyce. in rub. ff. de verbo. obliga. in.ij. et.iij. columna. Primus autem qui Justiniani edictum contempserit traditur HIRNERIVS, quẽ aliqui Guarnerium vocant, iste omniũ primus leges ciuiles aperuit, glosasq; composuit, & propterea lucerna iuris appellatus est, sed falso, cum ab eo legum tenebre potius initium sumpserint, huius enim auctoritatem eo tempore maximam secuti alij, nobis vsq; ad trecenta librorum volumina relicta sunt. Sed tamen hoc potius Justiniano adscribendum est, qui cum nullam sibi nominis comparandi viã videret propositã, ad alienas vigilias animum conuertit. quod profecto dolendum est, pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot a sanctissimis legum conditoribus scripti erant deperijsse, opera illius, qui ne elementa quidem nouerit. Putasti ne (te Justinianum alloquor) posteritati succurrere, dum perdidisti tot Illustrium scriptorum congestos labores, tot libros prope diuinos, & tantam elegantiam doctrinamq;, quam quanti nũc emeremus exprimere nequeo. Existimasti fortassis plurimum conducere vtilitati studentium (vt in tua in pandectis prefatione asseueras) si quod antea multitudine tractatuum tardius efficerent, coangustatis postea libris citius assequi possent? Sed non animaduertebas, q dum ducẽ tenebris adtulisse te putas, luci tenebras iniecisti. Videamus enim ineptos sepissime, variosq; intellectus, contrariasq; sentẽtias, quotq; legentium articuli (vt ita dicam) tot pene interpretationum volumina, quibus etiam in dies magis, magisq; oneramur. Et propterea in tanta scribendi licentia, ne vnus inter tot operi intentissimos desidiosus videar, Dolium exemplo Diogenis ego quoq; voluere institui. Sed ad Hirnerium vnde digressi sumus redeamus, qui Justiniani etiam nouellas ↄstitutiones in breuiarium redegit, et post leges Imperatorum digessit, non tamen per hoc legis condende potestatem est assequutus, immo in multis reprehenditur, vt etiã testis est do. Alexan. in.l.secunda.§.primo.in septima columna.ff. soluto matrimonio. Deinde Bononie etiam claruerũt BVLGARVS, PILEVS, HVGO, patria Pisanus, regnante Federico.xj. Romanorum Imperatore, qui cognomento Barbarossa dictus est, quorum duo primi glosas in feudorum librum conscripserunt, licet eorum opus postea consumauerit IACOBVS Columbi de Regio, cuius glosis hodie vtimur. eodẽ tempore extitit ROGERIVS Odoffredi Beneuentani preceptor, qui primus paratitla conscripsit, idest rerũ summas titulatim appositas, quod a Justiniano permissum fuerat, vt legitur in preallegata.l.prima.§.vltimo.C.de vete.iur.enuclean. vbi mendose in piratitia, pro paratitla scriptum est. Hic in opere riualem habuit PLACENTINVM IO. BOSIANVM Cremonensem, & Bosiani discipulũ AZONEM Bononiensem, qui electionis vas, velut alter Paulus, et legum fons a Baldo appellatus est. claruerunt regnante Henrico Germanorum Imperatore.xij. anno.M.CC. quo tempore etiam nomen meruit MARTIANVS Bosianus Cremonensis, LOTARIVS, ET ODOFREDVS Beneuentanus. Per huius temporis curricula GREGORIVS.ix. qui Tibaldus antea dicebatur, decretales epistolas in quinq; libros digessit, vsus opera RAIMVNDI Barchion. viri doctissimi. His successit ACCVRSIVS Florentinus qui quadragennarius cepit Bononie huic scientie operam dare, adeoq; profecit, vt Odofredum precellẽtem tunc doctorem longe superaret. fuit Azonis auditor. hic pandectarum volumina & Cesarum constitutiones interpretari contra Justiniani edictum veritus non est. & ipsemet dicit in preallega.§.vltimo. in verbo commentarios. Florebat anno.M.CC.XXVII. Imperij Federici sexto, vt ipse testis est in.l.penultima.C.de accusat. quo anno Bononie codicem Justiniani interpretatus est, licet iam per annos septem ante scripsisset super auctenticorum libro, vt colligitur ex his que dicit in auctentica vt prepon.nom.imper. circa prin. in verbo indictionis, & cum post Cyprianũ antiquũ enarratorẽ eẽnt Bononie due tunc eius artis factiones qui Bulgarũ, & qui Martinum Gesiam sequerentur. eos omnis ipsius scientie fama ad suam scholam ↄuertit. Decessit anno vite.lxxviij. salutis.M.CC.XXIX. sepultus Bononie apud edem minorum, loco celebri. Post Accursium duabus olympiadibus medijs claruerunt IACOBVS BALDVINI, INNOCENTIVS quartus patria Genuensis, familia Flisca, qui Synebaldus antea vocabatur, Põtifex Romanus creatus, viuente etiam Federico.xj. Hic maximam in iure pontificio auctoritatem assecutus est, & fuit pater, & organum veritatis secundum Archidiaconum in.c.pia. de exceptio. in sexto. vt refert dominus Felynus vbi eum multum laudat in.c.secũdo. columna vigesimaquinta. de rescriptis. & inter cetera doctrine sue monumenta commentarios super decretali celeberrimus conscripsit, vita functus Neapoli, ibiq; requiescit in ede diui Laurẽtij. Huius exẽplo & diligentia excitatus BERNARDVS Compostellanus eius familiaris & sacerdos anno.M.cc.xlv. librum in primo decretalium confecit. Post hunc indictione vna media leges nostras illustrauit ODOFREDVS alter a superiore, qui super.ff. & C. libros, interpretationes publicauit. Hos subsequuti sunt HENRICVS Cardinalis Hostiensis, & eius discipulus GVILIELMVS Durandi. harũ prior vir humani diuiniq; iuris peritissimus Alexandro Pontifice suadente scripsit super decretalibus, & summam etiam composuit. Alter vero qui magister practice appellat, prouincialis, & ordinis predicatorum, iuris Speculum cõposuit anno.M.cc.lxx. Non multo post vixerunt IACOBVS de Beluisio, qui inter cetera super auctenticorum libro & feudis diligentissime scripsit, licet forte inferiori etate rectius attribueretur vna cum IACOBO BVTRIGARIO, qui (si Bal. credimus consil.cxl. cuius est initium, hec questio fuit. in.iiij.lib. & consi.ix. quod incipit, ad euidentiam. in.iij.lib.) Floruerunt anno.M.ccc. BARTHOLOMEVS Brixiensis iuris canonici doctor clarissimus, qui decreti glosas auxit, & digessit. hic VINCENTIVM audiuit, vt ipse refert in.c.iurauit. de probatio. qui Mediolanen. fuit ex antiqua Castillionum familia (vt quidam referunt) optimus canonista, vt Panormit. testatur in.c.si quis contra. in.v. columna. de foro competenti. & in capitulo cum contingat. in secunda columna. de iureiuran. GVIDO de Baipho Bononien. Archidiaconus, vt refert Bartolus in.l.semper.§.quibusdam.ff. de iure immunitat. & GARSIAS Hispanus decretalium interpretes anno.M.cc.lxxv. Qua etiã tempestate, duobus tamen lustris medijs, BONIFACIVS octauus, patria Anaginus, qui Benedictus Gaietanus antea vocabatur, sextum decretalium librum publicauit suo iussu, a tribus doctissimis viris cõpilatũ, & maxime opera RICARDI de Petronibus Senen. S.S. Roma. eccle. Cardinalis, & vicecãcellarij, cuius auctoritas eo tempore fuit maxima. Quibus duabus olympiadibus intermedijs, successerunt IACOBVS de Rauani, hic vt etiam testis est Cynus ea que simplici sensu maiores nobis tradiderũt ad dialecticũ arguẽdi modum deduxit. PETRVS de Bellapertica Aurilienśis doctor cõsummatissimus, qui tam super pandectis, q̃ super.C. & insti. interpretatiões edidit, composuit ẽt centũ disputationes. huius domus ẽt hodie ostẽdit in pr̃ia, ibiq; sepultus q̃escit, & DINVS Mugelanus, q cũ Bonoñ. plures annos docuisset, vocatus a Bonifacio octauo componendo sexto decretalium libro, precipuam impendit operam. deinde muneribus tãtum quibusdam donatus, Bononiam rediens, mestus animo quod spe honoris maximi, ac Cardinalatus, qua venerat, frustratum se vidisset, in itinere subitum incidit in morbum, quo perijt. Huic contemporanei fuerunt NICOLAVS de Neapoli magnus textualis MARTINVS Silimani, IOAN. ANDREAS preceptor in legibus, IACOBVS de Arena Parmẽsis, cuius opiniones, vt etiã testatur Barto. semper de mente iuris veniunt, FRANCISCVS Accursij filius, qui paternis glosis aliquid addere studuit, & ALBERTVS Odofredi discipulus. Post hos claruit GVILIELMVS de Cuneo Gallus, RICARDVS Malumbre, Cremonen, etatis sue doctissimus, qui hereticus iudicatus fuit, & hoc tempore Joannes.xxij. qui Jacobus Cartucensis ante vocabat, Clementis quinti constitutiones, quas ipse auctor in Vienensi

concilio ediderat, iterum publicauit anno. M.ccc.xiiij. His successit LABERTINVS de Ramponibus, BARTHOLOMEVS Butrigarij. Tempora vero sua illustrauit IOANNES ANDREAE, patre Andrea presbytero, natus apud Mugellinũ agri Florentini oppidum, iuris scientia virtutibusq; alijs natalium pudorem contexit. nam domi apud patrem primo edoctus literarũ rudimenta, Bononiam admodum adolescens venit, vbi ob paupertatem pedagogum gessit, Scarpectam filium Mainardi Vbaldini erudiendo. cuius sane fretus ope atq; amicitia, iuri põtificio ocio se vacauit, breuiq; effecit, vt in ea facultate facile princeps haberẽt, atq; in eodem loco annos prope. xlv. profiteretur, tanta alioquin vite abstinẽtia, vt per annos. xx. pelle tectus vrsina citra lecti delitias noctibus cubitaret, ⁊ frequentibus ieiunijs supplicijsq; inuigilans etatis sue extitit consumatissimus. Proinde a Baldo iure optimo canonici iuris fons ⁊ tuba appellatur in consil. ccxxvi. cuius est initium, reperitur in primo lib. Nouellas super decretali edidit celeberrimas, ⁊ in sextum librum iuuenis adhuc commentarios composuit, quos postea retractauit, deinde Clementis cõstitutiones accurate glosauit. conscripsit etiam opus suum Mercuriale, ⁊ ad Speculum paraphrasim eorum, que ad eius operis perfectionez deesse videbantur. Senex vita functus est Bononie ex peste anno. M.ccc.xlviij. sepultus in ede Dominici. Hac ẽt tempestate floruerunt CINVS Pistoriensis, ex nobili Synibaldorum familia, OLDRADVS Laudensis concistorialis aduocatus, ambo Syni auditores, ⁊ Joan. andree familiarissimi, NICOLAVS Mutinensis nulli ex coetaneis inferior, IOANNES Monachi Cardinalis sexti libri glosator, IOANNES Calderini, Joã. andree precipuus filius ⁊ discipulus, vir magne virtutis ⁊ scientie, vt testatur Bal. consilio. ccxxvj. cuius initium est, reperitur in primo libro. cuius vigilie in iure diuino extant. Florebat etiaz anno. M. cccl. FEDERICVS Petrutius Senensis, RAINERIVS Foroliuiensis nomine, insignis Bartoli preceptor IOANNES Fabri. Vltramontanus Doctor magni ingenij, qui compositissima breuitate Codicis libros institutionesq; venustauit, ⁊ IACO. Butrigarij alius Bartoli p̃ceptor, SIMON de Bursiano Cardinalis Mediolanensis, ⁊ PAVLVS de Eleazarijs Joan. andree auditor decretorum eximius, qui scripserunt super Clemen. Hi omnes simul claruere vsq; ad annum. M.ccclx. Raynerius vita functus est anno. M.ccclviij. Post hos LVCAS de Penna Tholosanus, qui scripsit super tribus libris Codicis. LAPVS sancti Miniati Abbas, qui scripsit super sexto ⁊ clemẽtinis. IOANNES Palatẽsis de Senis Baldi preceptor, ⁊ magnus textualis, a quo Bal. multa mutuatus est, ANDREAS de Jsernia, quem iure optimo summum feudistam appellat domi. Jas. in. l. gallus. §. etiam si parẽte. in sexta columna. de liberis ⁊ posthumis. hunc legimus interfectum fuisse a quodam Barone Gallico, quia contra eum sententiaz tulisset. ⁊ BARTOLVS Saxoferratensis, qui merito magister ⁊ princeps academie legalis nuncupatur. huius auctoritas quanta sit, nemo est qui nesciat. audiuit Petrum de bellapertica, Cynum, Raynerium, ⁊ Jacobũ butrigarij. vita functus est anno. M.ccclv. etatis sue. xlvj. de cuius studijs ipsemet dixit in. l. quidaz cum filiũ. ff. de verborum obligatio. qui (si Roman. credimus in singu. dccxxiiij. cuius est initiuz, quero a te.) comedebat ad pondus, vt haberet ingenium pariter dispositum, ⁊ nunq̃z alteratuz, vt eius verbis vtar, eadem tempestate cum Bartolo claruit. FRANCISCVS Tigrini Pisanus, cuius vita, ac mors doctrinam eius maxime ornauerunt. NICOLAVS Alexandrinus Bartoli gener, qui inter alia repetijt. §. si initium. in. l. si quis ex argentarijs. ff. de edendo. licet illa repetitio falso Bartolo ascribatur, vt etiam testatur And. Barba. post Joan. de Platea, in repetitio. rubri. de fide instrumẽtorum. columna penultima. ⁊ Alexand. licet non clare exprimat, in. l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pactis. ⁊ idem sentit, si recte eius verba corrigantur, in dicto. §. si initiuz. in prima columna. FRANCISCVS Albergotus Aretinus, Bartoli familiarissimus, ALBERICVS Rosatius Bergomensis, doctor magne practice, cuius scripta extant, SIGNOROLVS Homodeus Mediolanẽsis, quem laudabilis ⁊ egregie memorie virum vocat Bald. in capitulo clerici. circa medium. de iudicijs. ⁊ in consilio. cclxiiij. cuius est inititium, statuto cauetur. in prima columna. in primo libro. ⁊ profundum famosumq; dicit Jaco. Alua. in capitulo primo. in principio. in quinta columna. quis dica. dux, vel march. commendat etiam domi. Jas. in commentario. l. si is qui pro emptore. columna vigesimasexta. de vsucapio. Bartoli nomen excepit BALDVS de Vbaldis Perusinus eius discipulus, qui vna cũ ANGELO, ET PETRO fratribus, tempora sua illustrauit. Horum momenta extant laudatissima. Baldus preter ingenij monumẽta que de se predicãt, ⁊ Bartolo pares ferunt gressus. Jn vita etiam tantus fuit, vt facile omnes alios, iuuenis adhuc superauerit, ideo iure optimo p̃ceptor meus dominus Jason (de quo etiam infra dicemus) sepissime admiratione quadam motus, dicat Baldum nihil vnquam ignorasse. hocq; ego ausim etiam sub religionis iuramento affirmare eum, qui Baldi scripta diligener premanibus habuerit quamlibet difficilem questionem facilem adiudicaturum. Preceptor fuit Gregorij. xj. ante eius pontificatum, obq; famam postea a Joan. Galeatio Mediolani Duce ⁊ virtutum Comite, Papiaz ascitus, hic diem obijt, anno domini. M.cccc. quarto chal. Maij. Requiescit in Basilica diui Francisci hoc epitaphio honestatus.

Vita, labor, studium, diuini cultus amoris,
Artes mature, Regis fulgentia dicta,
Legales norme, pactorum celica iura,
Ornant Baldi animum, quem pandit dogmate claro
Quisquis, nunc liquit mortalis pondera carnis,
Dulcia iam gustans auctoris pascua summi.
Clauditur hic Baldus Francisci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Perusinaq; editus arce.

Eodem etiam anno Florentie decessit Ange. quem venerandum ⁊ excelleñ. fratrẽ suuz appellat Bal. ɔsi. cclxiiij. cuius est initium, statuto cauetur. ad finem, in primo libro. Petrus iuri diuino operam dedit ⁊ auxilium, eiusq; plurima mentio inter Bald. Angel. ⁊ aliorum etatis sue consilia. Eodem tempore claruerunt RICARDVS, ET BARTHOLOMEVS de Salyceto, cuius commentarij perutiles circunferuntur. BENEDICTVS de Plumbino, qui scripsit super aliquibus titulis. ff. noui, ⁊ fecit nonnullas repetitiones, que extant, ⁊ FRANCISCVS Baldi filius, cuius inter patris consilia plurima mentio. Non multo post in lucem venerunt IOAN. de Legnano, quem canonum, ⁊ legum, ⁊ philosophie summum ⁊ illustrem Capitaneum appellat Andr. sicul. in tracta. de prestan. Cardinal. in prima questione, prime partis. in octaua columna. hic bigamus fuit, ⁊ ideo in Cardinalez eligi non potuit vt dixit Baldus in capitulo at si clerici. in penultima colum. extra de iudicijs. ⁊ propterea sunt qui putent eũ potius superioribus adnumerandum. LAPVS de Castello Florentinus, alter a superiore, cuius auctoritas est magna. fuit aduocatus consistorialis, vt etiaz refertur a Ludoui. roman. in singu. xlj. conscripsit allegationes memoria dignas, ⁊ hunc quidam cum priori confundunt, ⁊ quidem imprudenter, vt colligi licet ex his que ipse scripsit allegatione ci. cuius est initium, in ciuitate Florentie. Floruerunt etiam cuz istis IOANNES de Fantucijs, GASPAR Calderini, PETRVS de Ancharano, qui audiuit Baldum, ANTONIVS de Butrio Ancharani discipulus, omnes Bononiẽses. hic legatus est a Gregorio. xij. ad Regem Francie propter schisma Benedicti, eoq; anno mortuus, optatum finem illius schismatis non vidit, vt dicũt Domin. ⁊ domi. Felyn. in proemio Gregoria. FRANCISCVS Zabarella Patauinus, Cardinalis, ac presul Florentinus, in cuius funere Poggius orauit, quamuis sint qui hunc putent floruisse superiori etate circa annos domini. M.ccc.lxx. audiuit Laurentium de Pini, ⁊ Joannem de legnano, vt ipse testis est in prefatione clem. ⁊ IOAN. PETRVS Ferrarius Papiensis, qui iudicialem practicaz composuit vsq; ad annũ. M.ccccx. His successerunt CHRISTOPHORVS Castellioneus Mediolanẽ. subtilitatum princeps, ⁊ duo fulmina iuris RAPHAEL Comensis videlz ⁊ FVLGOSIVS Placentini, qui castellionei preceptoris scripta furto subtracta inter se diuiserunt, ⁊ Patauij publicauerunt anno. M.cccc.xx. vt etiam innuit domi. Jas. in. l. prima. in tertia columna. ff. de pactis. Deinde FRANCISCVS de Ramponibus Jmole preceptor, PETRVS Maurocenus Venetus Sacrosan. Roma. ec. Cardinalis, IOAN. Jmolensis, qui vita functus est. M.cccc.xxxvj. xij. klen. Martij. PAVLVS de Castro Doctor aureus, qui Padue decessit, vbi profitebatur anno. lvij. ⁊ aliqui volũt DOMINICVS de sancto Geminiano, ⁊ MATTEVS Mathesilanus Bononiẽ. ambo Antonij de butrio auditores. Matth. scripsit super aliquibus libris digestorum, maxime de appellationibus. notabilia etiam quedam dicta collegit. composuit ⁊ aliquos tractatus. alij integra ediderunt commentaria. Eadem etas tulit LVDOVICVM Romanum, ingenio ⁊ memoria illustrem, quem tamen aliqui scribunt admodum ineptum extitisse. CHRISTOPHORVM Portium Raphaelis comen. auditorem NICOLAVM de Tudischo Cataniensem, Siculum Abbbatem, ⁊ Archiepiscopum Panormitanum, ordine ⁊ claritudine laudatissimũ. Florebat Senis anno. M.cccc.xxx. IACOBVM Aluarotum feudistam PETRVM Mathesilanũ, FLORIANVM de sancto Petro eius discipulum, ⁊ IOANNEM de Anania Bononien.

nonicam. Archidiaconum diuini iuris interpretem eximium, & Theologum eruditum, hic obijt anno. M.cccclv. Hoc tẽpore floruerunt PETRVS Besutius Mediolanen. doctor insignis, ANGELVS de Periglis, IOANNES Petrutij, ANGELVS de Aretinis, IOANNES de Platea, IOAN. BAPTISTA Cacialupus, aduocatus consistorialis, ANTONIVS de Alexandro, MARTINVS Laudensis, ET IACOBVS Puteus. hi interpretationes conscripserunt. Quibus successit ALEXANDER de Imola, a quo (vt de Tibullo cecinit Ouid.) cen fonte perenni, Vatum Pierijs ora rigantur aquis. Hic quasi canõ fuit posterioribus legũ precepta petentibus ab eo, velut a lege quadam, vt eum iure optimo vna cum Bartol. & Bald. alijs preponamus. legit Bononie, Padue, & Ferrarie. Florebat autem anno. M.ccccl x. et. M.cccclxx. audiuit Florianum. & vere dicit dominus Felynus in capitulo secundo. columna decimasexta. de rescrip. q̃ est lucerna ardẽs cathedris iuris ciuil. MARIANVS quoq; Socinus Senensis, quem celeberrimum Iureconsultum fuisse testatur Alexan. consilio quarto. cuius est initium circa primum quesitum. in vltima columna, prin o libro. & Doctorem immortalem appellat domi. Felyn. in proemio Gregori. in octaua columna. BARTHOLOMEVS Cepola Veronensis Alexandri concurrens in gymnasio Patauino, qui obijt anno. M.cccclxxvij. BENEDICTVS Capra, IOANNES Bertachinus Firmianus aduocatus consistorialis, qui ob copiam auctoritatum, laudẽ sibi comparauit, LAVRENTIVS Calcaneus, BALDVS Bertolinus alter a superiore, itidem Perusinus iure ɔsultissimus, & FRANCISCVS Aretinus, de quo id dici iure optimo potest, quod de Epicuro dicit Lucretius, verbis tamẽ paululum immutatis, hic genus humanum ingenio superauit, & omnes restrinxit stellas exortus, vt ethereus sol. Nam preter iura ceteras etiam liberales artes est adeptus, & Princeps seculi sui habitus. huic enim legum anguli clarius patuere. vixit in celibatu, opibus tamẽ inhians, quas cumulatissimas cognatis demum coactus reliquit, cum tamen maxime cuperet collegium fundare. eumq; celeberrimum Iureconsultum dicit dominus Alexand. in consilio quarto. cuius est initium, circa primum quesitum. in vltima columna. in primo libro. Eadem etiam tempestate Bononie claruit ANDREAS Siculus, quem vulgus Barbatiam appellat. audiuit Ioann. imol. vt ipse testatur in repetitione rubri. de fide instrumentorum. columna trigesimaquarta. multa scripsit, que tamen non sunt in communi omnium vsu, studio enim impugnandi communes opiniones sepissime deliberauit, vt dicit dominus Felynus in capitulo ceterum. columna octaua. de rescri. Hic riualẽ habuit BARTHOLOMEVM Mutinensem, quem postea audiuit Felyn. eumq; mirifice commẽdat in capitulo secũdo. columna decimasexta. de rescriptis. Floruerunt nõ multo post PETRVS Philippus corneus Perusinus, qui Florentie, Ferrarie, & in patria annos prope quinquaginta professus decessit, etatis tertium supra septuagesimum agens annum. BARTHOLOMEVS Socinus Senen. doctor celebratissimus Mariani filius, qui prati, Padue, & Bononie docens iam fessus viuendo, lingue instrumento priuatus per triennium, demum mortuus est anno in partu virginis. M. D. vij. IOAN. MARIA Riminaldus Ferrariensis, FRANCISCVS de Curte, qui vita functus est. iij. chalen. Augusti. M.ccccxcv. LANCELLOTVS Decius Mediolanen. vir integerrimus, Alexand. discipulus. obijt Papie pridie non. Februarij. M. D. Hi omnes in iure ces. scriptitarũt. In pontificio vero domi. FELINVS Sandens Lucensis episcopus, & Rote Romane auditor, cuius scripta hodie post Abba. sicul. multum frequentantur. audiuit Aret. n. licet scribendi genus diuersum a preceptoris stilo affectauerit. Floruit Pisis, & IOAN. ANTONIVS de sancto Georgio Mediolanẽ. diui Ambrosij in vrbe nostra prepositus, sanctiss. Alexandrie Episcopus, & S. S. R. E. Cardinalis dignissimus, obijt Rome. vj. chalen. April. M. D. ix. annum. lxx. agens, cũ ingenti totius Italie desiderio, & presertim inclite patrie, cui se ciuem optimum prestiterat. Seculum vero nostrũ, & Ticinensem academiam exornant IASON Maynus, & PHILIPPVS Decius Mediolanenses, ambo insignes preceptores mei, q leges & iura canonica. & alios maxime illustrarunt, & tanto maiores ceteris sunt, quãto Mediolanensis ciuitas alias excellit, vt de Virg. & Heso. & Mãtua, & Ascra scr. bunt historici, quorum laudem recẽsere in tanta omnium notitia superfluum duco, & presertim cum singuli proprijs vigilijs sint clarissimi. Ex quorum scholis vt etiam ex equo illo Troiano, multi consumatissimi doctissimiq; Iureconsulti in lucem prodierunt, et inter alios FRANCISCHINVS Curtius doctor clarissimus, PAVLVS Richus, MATTHEVS Afflictus, ANTONIVS de Fano, qui insignem tractatum de pignoribus cõposuit, IOAN. FRANCISCVS Balbus, qui omnem materiam pre scriptio. tractatu restrinxit. PVRPVRATVS, BRVNVS, ET ANDREAS Alciatus Mediolanensis omni parte consumatissimus, qui Iureconsultos etiam etate nostra latine loqui posse demonstrauit, & qui iuris ciuilis scientiam cum studijs humanitatis optime coniunxit. Aliijq; quamplures quos sigillatim non referam, eos quilibet pro voluntate poterit adnotare.

FINIS

De sententia, & re iudicata

Tractatus Friderici Schenk. Iurisconsulti clarissimi.

SVMMARIVM

1 Iudex, qua diligentia potest, litigantium controuersias expedire debet.
2 Tempus expediendis iudicijs prestitutum iure ciuili triennale est, iure canonico perpetuum.
3 Festinatio immodica in decidendis litibus iudici vitio vertitur.
4 Sententia nulla ob nimiam iudicis precipitationem, reformari potest, vel per superiorem, vel per eumipsum iudicem qui sententiã tulit, si modo ordinarius sit, non etiam delegatus.
5 Iudex non exemplis, sed legibus iudicare debet. & nu. 33.
6 Consuetudo legem rationabilem non vincit.
7 Sententiam suam interlocutoriam potest iudex reuocare, si modo vim diffinitiue non habeat.
8 Sententia interlocutoria intra quantum temporis spacium possit reuocari.
9 Sententia diffinitiua reuocari non potest a iudice qui eam tulit.
10 Sententiam suam diffinitiuam ipso iure nullam iudex ordinarius corrigere potest.
11 Sententia nonnunquam reuocatur per restitutionem in integrum.
12 Delegatus sententiam suam nullam an possit reuocare.
13 Sententia lata aduersus constitutiones etiam in iudicio allegatas non semper est dicenda nulla.
14 Pignora ante latam sententiam capta recuperari possunt.
15 Damnatorum pena non est post sententiam, vel augẽda, vel minuẽda inconsulto principe.
16 Sententia non est incerta, que ex relatione ad aliud certum continet.
17 Sententia etiam super vsuris lata certam quantitatem ɔtinere debet. & numero. 16.
18 Sententia ex falsis testimonijs conspiratione aduersariorum lata reuocatur per restitutionem in integrum.
19 Sententia an & quando reuocetur obtentu nouorum instrumentorum.
20 Iudicibus dissentientibus plurium sententia obtinet.
21 Iudicibus tribus delegatis duo tertio absente iudicare non pñt.
22 Sententijs diuersis a paribus numero iudicibus latis vera recipienda sit.
23 Iudex supplere potest ea que ad consequentiam sententie spectant, dummodo eodem die suppleat.
24 Sententia presentibus partibus ferenda est.
25 Sententia, qua quis aut suam aut decessoris sui sententiam reuocat adeo nulla est, vt nec ab ea appellari sit necesse.
27 Sententia partibus ex scripto legi debet a iudice.
28 Sententiam iudex proferre debet sedens non stans.
29 Sententia recitata cum scripta non esset, vel contra, nec sententie ꝗdem nomen obtinet.
30 Sententia in qua non procurator, sed dominus, qui iudicio nunquã interfuit, condemnatur, est nulla.
31 Sententia diffinitiua que dicatur.
32 Sententia prolata contra ordinem iudiciorum est nulla.
34 Sententie vim non obtinet sola iudicis suasio.

35 Sententia super possessione lata preiudicium non facit iudicio proprietatis.
36 Sententia ab vno ex arbitris quo modo proferri debeat vt valeat.
37 Sententia lata contra citatum extra territorium citantis est ipso iure nulla.
38 Executionem sententie impedire non potest is, aduersus quem tres conformes sententie late sunt.
39 Sententia quibus ex causis reddatur nulla.
40 Peremptorium edictum quomodo detur.
41 Arbitratoris sententia etiam nocte lata valet.
42 Seetentia incerta quando admittatur.
43 Iudex per sordes aut gratiam iudicans notatur infamia, ⁊ damnū parti lese resarcit. secus si per imperitiam. ⁊ nu. 46.
44 Filiusfam. litem suam faciens quatenus teneatur.
45 Dolo iudicans litem suam facit, atque inibi quis dicatur dolo iudicare.
47 Arbitri male iudicantes litem suam faciunt, nō etiam arbitratores, nisi sint in dolo.
48 Executor, si sit in dolo, litem suam facit.
49 Libellus aduersus iudicem qui male iudicauit quo modo sit concipiendus.
50 Iudicem oportet in iudicando equitatem pre oculis habere, ac meminisse ꝙ Deo inspectore iudicat.

Uder negocia que
1 † coram eo tractantur, cum diligentia
debet expedire. Iurgantium enim con
trouersias celeri sententia terminare, ⁊
equitati conuenit ⁊ rigori. c. ij. extra eo
dem titu. Huic applaudit. l. properan-
dum. C. de iudic. ⁊ c. finem litibus. de
dolo ⁊ contu. Iudex igitur amputet di
lationum materiam litem quanto pote
rit faciat breuiorem, exceptiones, appel
lationes, dilatorias, ⁊ frustratorias repellendo, partium, aduocato-
rum, ⁊ procuratorum contentiones, ⁊ iurgia testiumqꝫ superfluam
multitudinem refrenando. Non sic tamen litē iudex abbreuiet, quin
probationes necessarie, ⁊ defensiones legitime admittātur. clem. se-
pe. paulo post principium de verbo. sign. in clemen. Que tametsi in
causis statuat summarijs, tamen quo ad premissa etiā obtinet in alijs
2 causis. sm glosam. ibidem super verbo amputet. ¶ † Tempus au-
tem istud celer e. ī. qd iudex pronunciare debeat, est iure ciuili, trien
nio moderatum. d. l. properandum. adeo vt etiam prefixum id a le-
ge tempus, partium consensu prorogari non possit, sm glo. ibidem.
Uerum iure canonico, tempus nullum terminande liti prefinitum
inuenitur. Immo instantia cause perpetuo durat. glo. i. in. c. fi. de do
lo ⁊ contu. glo. in. d. l. properandum. in verbo, triennij. ⁊ in. c. ante-
riorum. §. ad hec sancimus. ij. q. vj. ⁊ text. in. c. venerabilis. de iudic.
Hec dispositio tametsi temporis prolixitate molesta, est tamen in q
busdam minus dispendiosa. Quia cum iure ciuili, post emensū triē
nium, ex quo perempta est instantia, nouam incboare necessarium
fuerit, opusqꝫ sit a nouo dare libellum, facere nouā litis contestatio-
nem, nouasqꝫ probationes ⁊ repetita molestia, omne iudicij telā re-
texere, sm Bal. in. c. fi. de dolo ⁊ contu. Hoc non erit opus sm dis-
positionem iuris Canonici, cum temporis lapsu cause instantia non
3 euanescat, per iura superius citata. ¶ † Nimia tamen festinatio, et
precipitantia, merito reprehenditur in iudice, cum iudicantem opor
teat cuncta rimari, ⁊ ordinem rerum plena inquisitione discutere, in-
terrogandi, obijciendi, respondendiqꝫ prebita patientia ab eo, nec li-
tigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando iam
peractis omnibus nihil habeant in questione, quod proponant, ⁊ tā
diu actio ventiletur, quo ad vsqꝫ ad rei veritatem perueniatur. Fre-
quenter interrogari oportet ne aliquid pretermissū forte remaneat
quod annecti conueniat. c. iudicantem. xxx. q. v. Quare tantum tem
poris effluere permittet iudex, vt verisimiliter de causa possit esse
instructus. c. tam literis. ⁊ ibi not. extra de in integ. resti. ⁊ Bar. in.
l. prolatam. C. de senten. ⁊ interlocuto. omnium iudicum. Nam tex.
in. l. secunda. C. de senten. ex breui. recitand. dicit, ꝙ iudices non su-
bitas, sed ponderatas ferre debent sententias. Quod verum, nisi p-
pter periculum existens in mora, iudex accelerare cogeretur. l. si qs
filio. §. quid tamen. ff. de iniusto rup. ⁊ irri. testamen. Igitur Barto.
in dicta. l. prolatam. dicit, ꝙ si iudex vesperi receperit acta cause, ⁊
in sequenti die ferat sententiam, sententia non subsistet. Quia ex tem
poris breuitate presumitur de causa non fuisse instructus.
4 ¶ † Proinde sententia nulla existēte, propter nimiam iudicis pre-
cipitationem, in optione partis erit, an vel per eundem iudicem, an
vel per superiorem petere velit sententiam reformari. l. si preses. C.
quo. ⁊ quando iud. ⁊ l. iiij. C. de accusa. iuncta. l. absentem. C. eo. Si
cut enim appellatio deuoluit causam ad superiorem, ita etiam nulli-
tas. Bar. l. si expressim. ff. de appel. Hec in sententia lata a iudice or
dinario. Secus si a delegato. Quia finitur sua iurisdictio per sentē-
tiam nullam. l. si vt proponis. la. j. C. quo. ⁊ quando iud. de quo per
5 Fely. in. c. de literis. de offi. iud. deleg. ¶ † Iudicem non exemplis
sed legibus iudicare oportet. Omnes enim iudices veritatem, ⁊ le-
gum ⁊ iustitie sequi vegistia iubentur. l. nemo iudex. C. de sente.
¶ Item ⁊ sm prescriptas ⁊ laudabiles, probatasqꝫ consuetudines
6 iudicari poterit. † Uerum licet consuetudinis vsusqꝫ longeui non vi
lis sit auctoritas, tamen non vsqꝫ adeo sui volitura momento, vt aut
rationem vincat, aut legem scriptam. l. penul. C. que sit lon. consuet.
Preses igitur prouincie, probatis his, que in oppido frequenter,
in eodem controuersiarum genere seruata sunt, causa cognita, statu-
et. Nam ⁊ consuetudo precedens ⁊ ratio, que consuetudinem sua-
sit, custodienda est, ⁊ ne quid contra consuetudinem fiat, ad sollicitu
dinē suam reuocabit preses prouincie. l. j. C. allegato titu. Nam anti
quitus approbata, ⁊ seruata tenaciter consuetudo, leges quoqꝫ ipsas
imitatur ⁊ retinet. Et quod officijs, curijs, ⁊ ciuitatibus, vel collegijs
prestitum fuisse cognoscitur, perpetue legis vicem obtinet. l. fi. C. eo
dem tit. Uerumtamen male adinuenta, maleqꝫ consuetudines, neqꝫ
ex longo tempore, neqꝫ ex longa consuetudine confirmantur. in au-
cten. vt null. iudi. liceat habe. lo. serua. §. j. versi. male enim adinuen
mea intereſt ceſſare damnum, idem in legato repudiato, intereſt.n.
mea lucrum emergere. Verum argumentũ id antiſtrephõ vt Gre
ci dicunt. ⁊ conuerſorium eſt, tolliturqꝫ ex inuerſione capitum, naꝫ ſi
aduerſus hoſtem ago, in cauſa eſt damnum, quod emerſit, emerſu-
rumqꝫ eſt mihi, ſi heredem qui me legatum coegit repudiare, in ius
voco; idcirco facio quoniam eius cauſa ceſſauit lucrum. Similis
argumenti exemplum habemus apud Gellium, ⁊ etiam Africanũ
titulo ad legem Falcidiam.l.qui.cccc. Sunt ⁊ qui alijs rationibus
idem impugnent, quoniam non id quod intereſt comprendit, cũ dã
num ex eo infertur, quod id fiat quod fieri nõ debet. Reſpõdet Sa
lycetus, ſatis comprendi, quoniam appellatione facti, non facere cõ
22 tinetur, hinc † ſi ſtipuler non fieri, ſtipulatio iſta facti eſt.l.vbi autem
§.illud.ff.de verborum.obli. Sed ⁊ ipſe in hãc definitioneꝫ illud in
torqueo, quod non comprehendit id quod noſtra intereſt, quia cum
promiſiſſes dare non dediſti, in obligationem enim rem dari id qđ
intereſt, deducitur, quamuis non iure obligationis, ſaltẽ iudicis of
ficio.l.vinum.ſi cert.pet. Cum igitur id non contineatur, cõſeqnẽs
eſt definitionem non eſſe perfectam niſi dixeris appellatione faciẽ
di latiſſime dationem venire, licet improprie.l.iij.dare.de vſufru.l.
23 ſi ſtipu.de vſur. Preter ceteros aliam quoqꝫ definitionem † edidit
Bartolus, vt diſtinguamus id quod in genere intereſt, an quod ẽt
vniuerſaliter. ſi enim ſequenti hoc modo accipiamus, intereſſe, inqt
eſt iuſta alicuius vtilitas, quod ſane quam improprie a Barto. di-
citur nam ⁊ genus vt ipſe ait, generaliſſimum in eo quod intereſt di
ci, ſicut ⁊ alibi profeſſus eſt in officio iudicis, nemo dialecticus vn-
quam admiſerit, itaqꝫ non dubitauerim id ꝙ intereſt, gñaliter di-
ci poſſe. Qđ vero aliud ſit eſtimabile, aliđ ꝙ petat̃ aliđ ineſtimabi
le, aliud quod peti non poſſit, ſintqꝫ hec eius ſpẽs ipſe, nequaquã fa
tebor, cum potius accidentia ſint que ſpeciem diuerſam non faciũt,
vt ſi dixerim, hominum quidem albi, quidam nigri ſunt, qua ratio
ne poſſeſſio pro emptore aut pro donato, aut pro derelicto, ſpẽs q-
dem poſſeſſionis non ſunt, ſed differentie quedam ex accidẽti Bar
tol.in.l.j.iiij.colum.de acquiren.poſſeſſ. Ceterum etiam ſi Barto
li hanc diſtinctionem admittamus, dubio tamen non caret eiuſmo-
di definitio, cum iuſta alicuius vtilitas reperiatur que tamen pro-
prie ad id quod intereſt non refertur, quale eſt rei pretium.d.l.hec
verba quanti.de verbo.ſigni. Quod ſi probari dixeris eſtimationẽ

quidem rei ab eo quod singulariter interest non comprehendi, sed non tamen, esse consequens, quin id quod in latissimo genere intersit, estimationem hanc contineat. Respondeo ab eo genus removeri, a quo omnes eius species abdicantur, he autem species sunt, singulare, conuentum, commune, quibus speciebus clarum est rei estimationem non contineri. In eundem etiam illud contorquetur, aliquid nostra interesse, non tanquam vtilitatis non habite pretium, sed vti damni emergentis, estimationez. l. prima. §. si. si quis in. l. fina. ff. de preto. stip. ⁊ de proprij sermonis natura multum differentie est, si dicamus damnum emergere, vel vtilitatem non haberi, alioquin in Accursij definitione superflueret, lucrum cessans, cum expressisset id damnum emergens. Merito itaqꝫ Bartoli definitiones sectatorem nullum in hoc tractatu habuere, sed Accursio creditum est. Precedentem nostram rationem Dyni argumentum confirmat is, inter iuris regulas. Dyn. in capitulo mora. hoc syllogismo vtitur, hec verba, quanti ea res est, non ad id quod interest, sed ad rei estimationem referuntur, vt iurisconsulti tradunt, negatiua
24 † autem verbo potest precedente, omnis potentie actus excluditur capitulo primo de regu. iur. libr. sexto quoniam vniuersaliter negat. rei ergo estimatio nullo modo id continet quod interest, ⁊ tamen iusta est alicuius vtilitas. nam ⁊ quod idem dixit, aliquid fieri nostra interesse, quod quidem estimari possit, peti non possit, nimis plane perfunctorium est. naz quatenus interest, in facto consistit quod ad probationem referri superius dixi, si igitur peti non potest, nec in iudicium deduci valet, ⁊ probationes erunt incongrue, nec a iudicibus admittende. Non video itaqꝫ, cum probari nequeat, quomodo nostra interesse dici possit, tum iuri estimatio, nisi Bartolum loqui intelligamus de eo quod intersit quidem vere, sed probari nequeat quod si probetur, estimationem caperet, probatio enim nihil de rei substantia immutat. l. duo sunt. ff. de testa. tut. Definiuit ⁊ aliter Dynus, qui interesse, in quantitate consistentem damni esti-
25 mationem dixit, quod quidem defendi potest, † si appellatione dãni, rationem quoqꝫ lucri cessantis ducendam putauerimus, ⁊ id enim quodammodo damnum dici potest. l. proculus. de dam. infec. l. tertia in princip. ff. vsufruc. quemadmo. cau. In hanc tamen definitionem aliquis idcirco dixerit, quoniam id quod nostra sola affectione intersit, non comprehendat. Item dum putat estimationem esse in quantitate consistentem, nescio an satis probem, quoniam fortasse mea interest habere fundum. l. in fundo. de rei venditio. id ergo quod mea interest, in quantitate non consistit, licet damnum mihi per dationem quantitatis restituatur. ⁊ hoc argumento suprascripte doctorum definitiones reprobari possent, quia interesse, vt ipsi dicunt non est ipsa estimatio rei, vel damni, lucriue, sed per huiusmodi estimationem compensatur mihi, ⁊ restituitur damnum, ita quod mea amplius non interest. Uerum aliud est ipsa res, aliud rei solutio, nam ⁊ estimatio hec quoddaz quasi subsequens est eius quod interest. l. prima de contrahen. em-
26 ptio. quoniam ex ea rem ad pretium deducimus. definitiones † autem rei substantiam amplecti debent non exteriora. Bartol. in ru. de app. nemo enim dixerit estimationem substantiam eius quod interest, respicere, sed potius quendam effectum quapropter cuz lex dicat, quatenus intersit in facto consistere dicta. l. quatenus. definitiones autem non que facti, sed iuris sunt, soleant terminare non arbitror in hoc inquirendum, modice enim id vtilitatis, definitiones vero in iure periculose sunt, quamobrem ⁊ iurisconsulti veteres descriptionibus potissimum vtuntur. l. j. de regu. cat. li. de do. l. filius de be. insti.

27 **Quero id quod † interest, quot** modis accipiatur. Et plures species adducuntur, que tandem in tres reuoluuntur, interest enim singulariter, communiter, ⁊ ex cõuentione. interesse singulariter dicimus quod in persona petentis consideratur, communiter, quod communi estimatione finge, vendidi tibi fundum reditus aureorum sex in annos, dein accepta pecunia non trado, quinimmo annum integrum retineo, tu tandem mecum agis, iudex id quod interest estimabit. si singulariter estimaturus est, accidere posse tua vel viginti inter fuisse, quod statim non tradiderim. l. prima. ff. de actio. emp. vel ex probabili aliqua affectione, vel ducta alicuius damni ratione quod tibi euenit, quia fundum non tradidi. si communiter estimatio ineatur, fortasse tua non referret duodecim, puta quia in homine eiusdem qualitatis communiter ex mora maius in simili re detrimentum non accidit. sed finge rursus in eo contractu affuisse pactionem, vt si euestigio fundum non traderem. dena tibi rependerem, dicetur ex conuentione interfuisse decez. l. fina. ff. de preto. stipulatio. Superest videamus vt vera sit hec distinctio, ⁊ in primis Dynus. in capitulo mora. de regu. iur. ⁊ alij quidam existimauerunt vnico tantum modo nostra interesse, cuius rei argumentum in hac constitutione esse arbitrari sunt, dum sanxit Iustinianus hoc quod interest dupli quantitatem minime excedere, id est duplum communis estimationis. aiunt ipsi igitur communis estimatio non est species eius quod intersit, cum quod excedit, minime idem sit cum eo quod ex-
28 ceditur. nam † ⁊ que res disponit, ⁊ que res disponitur, eiusdem non sunt generis. l. fina. ff. de fundo instructo quamobrem si id quod communiter, vel ex conuentione interest, estimationem rei pretergreditur, disponitur ⁊ restringitur, ne duplum excedat, estimationemqꝫ coarctat. Igitur absurdum est opinari eiusdem generis species esse, consequens alioqui foret estimationem communem non respicere id quod interest, sed respondendum est huic rationi, verum esse communem estimationem ab eo quod interest differre, non enim ipsius rei communis estimatio, ⁊ interesse communiter idem est, vt argumentum Dyni supponit, sed vltra rei communem estimationem damni emergentis, ⁊ lucri cessantis communi vsu ducta ratio id efficit, quod interesse, commune appellant. ⁊ Bartoli, ceterorũqꝫ verba ita accipi debent, vt male faciant recentiores. in rep. l. quatenus. ff. de regu. iur. quidam, qui vt Bartolum arguere videantur, eius verba falso referunt, ⁊ pessime declarant. Illud tamen profitebor, si ex mora damnum aliquod non accidisset, nec propterea a lucro esset cessatum, tunc latissima significatione estimationem rei in id quod interest contineri. Adducit ⁊ in sententiam suam alia argumenta Dynus, que si referam, opere precium facturus non sum quoniam id satis esse debet, legi ea apud Salycetum confutata posse. Uerior itaqꝫ ea est communis opinio, quam. s. retuli tribus scilicet modis id quod interest diuisionem capere, a qua tandem nec Dynus ipse recessit, Uideamus quemadmodum singuli modi probabiles sint, et quod
29 † communis estimatio sit pars eius quod interest, deducitur ex eo quod qui iudicio aliquem sistere promisit, ad communem estimationem condemnatur. l. secunda. §. fina. ff. qui satisdare cogantur. ⁊ tamen lex quandoqꝫ afirmat, damnari in id quod interest. l. fin. ff. si quis in ius vocando. Nam ⁊ in litem iuramus, quatenus nostra interest. l. penulti. ff. de in litis iuran. ⁊ tamen in tali iuramento venire rei estimationem constat. l. videamus. §. si tamen eodem titulo, quinetiam lex Aquilia quandoqꝫ legitur estimationem damni vlcisci. l. ait lex quanti. l. si seruum. ff. ad legem Aquiliam, quandoqꝫ plectere quatenus interest. Id verum est, posse id intelligi, quatenus interest singulariter, non communi estimatione, allegant in hanc rem ⁊ quedam alia Dynus Salycetusqꝫ, que tute videre poteris. At illud quod ex conuentione debetur, interesse conuentum dici Baldus in nona columna quibusdam rationibus prodidit, nam pretium id ex debitoris non tradentis mora petitur, ergo ratione eius quod interest prestatur. siquidem ex penitentia pretium non datur, quando in nominatis contractibus penitere non liceat, consequens igitur est ex mora prestari. l. cum te. C. de pactis inter emptorem, ⁊ venditorez quod non aliud est, quam quod interest. Sed hoc argumentum efficax non est, cum non ex mora principaliter id precium debeatur, sed ex contractu, quia ita cõuenit si non fieret tantum dari quare cum legi contractus paritum non si, t euenit conditio, debetur itaque illa pena non propter moram, sed propter conditionis euentum. Alia Baldi ratio
30 ex eo deducitur. † Quod si rem estimatam vxor marito in dotem dederit, cum non hec est, actum, vt vendita sit, soluto matrimonio, diminuta re, vel perempta, estimatio petitur. l. estimare. ff. soluto matrimonio idem in pecore estimato in societatis contractu. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Certe hec estimatio dicetur conuenta, cum ita estimari conuenerit.

¶ Quod argumentum friuolum est, cum estimatio conuenta ab ed quod interest ex conuentione differat.

¶ Addit idem scriptor probari id in venulei responso. l. finali. ff. de pretor. stipulatione quo dicitur, id quod interest in conuentionem expressa quantitate deducendum esse, quoniam alioquin difficilis sit huiusmodi probatio. Ex hoc argumento clarissime ex-
31 plicatur quid si. t † Quod doctores interesse conuentum appellant, non enim esse ipsam rei estimationem, vt precedenti ratione deduxerat, sed penam que additur si principalis conuentio non obseruetur, veluti vendo tibi Seianum fundum centum aureis, ⁊ promitto tradere, ⁊ si non tradidero intra annum, spondeo viginti, quoddam hic erit interesse conuentum, certe ipsa viginti,

non

non autem centū,que sunt ipsa rei estimatio. Idemqꝫ Dynus pro
bat,⁊ quandoqꝫ Bartolus in octaua columna,versiculo venio ad
vltimam,licet idem cum Accursio etiam variauerit,⁊ ipsa centum
interesse conuentum existimauerit,si quis tamen in proposito exem
plo centum ⁊ viginti interesse conuentum appellauerit,viginti qui-
dem in ea summa proprie dixerit,centum improprie. Et hec sunt de
aliorum traditionibus,que prosequi placuit. Ceterum que nobis
magis adlubescant,talia sunt,⁊ inter cetera verbum interesse sub-
stantiuo modo prolatum, in iure ipso ciuili non reperiri, quo-
niam latine sic dici non potest, nisi ex adiecto insolens dictio tem
peretur, quale illud Ausonij, Hoc quod amare vocant, aut
misce aut solue cupido. Solent itaque iurisconsulti appellare id
quod interest.

¶ Sed ⁊ diuisiones he,quas supra ex recentiore disciplina tradi-
di,a veteribus non referuntur,neqꝫ enim singulariter vel communi
ter,vel ex conuentione interesse,apud antiquos legere est,sed vo-
ces he a Neotericis interpretibus facta sunt,vt facilius quod men
te conceperant,declararent,quod etiam Fulgosium non preterijt.
in.l.prima.ff.de actione em. Igitur † quicquid ad me pertinet qua
32 litercunqꝫ dum non iniuste pertineat,mea interesse dicitur, nostra
enim refert,ne quicquam iurium nostrorum aliquis perditum, vel
minutū est,in summa quicquid ad nostram vtilitatē spectat,nostra
interest,formatur autem ab eo quod est in re esse, qua de re si pro-
misisti dare centum,⁊ non des,nostra interest te centū dare, si spo
pondisti tradere Stichum hominem,⁊ nō tradat, ad nostram rem
pertinet,vt addas,vel id soluas quod communi estimatione Sti-
chus valet,⁊ idem in similibus. Potest itaqꝫ pro certo affirmari,
in eo quod intersit etiam rei pretium versari,si enim rem non das,
vtiqꝫ mea interest te estimationem saltem dare. si ergo hoc quod in
teresse vocant,generaliter accipiatur,omnes species comprehen-
33 det,⁊ quidem proprie,species † enim suo generi proprie inest.l.pre
tor ait.ff.de suis ⁊ legi. nisi quis existimet hominem proprie non esse
animal,⁊ equū non esse bestiā,vel pauonem proprie non esse auē.
Illud tamen aliquando accidit,vt verba angustiore significatione
accipiantur,quam proprietas vocis ferat capitu.cum de no.de p̄-
ben.lib.vj.aliquando latiore,⁊ vberiore vti vel rei de qua agitur ra
tio,vel loquendi consuetudo tunc requirat.l.si vino.ff.loc. Quapro
pter quod legitur, hec verba quanti ea res est, non id quod inter
est,sed ad estimationem referuntur. idcirco dictum est, non quod
nostra intersit,estimationem habere,sed quod estimationem debe-
ri alia ratione iam clarum est,vnde cum dicitur,non ad id quod in
terest,⁊c.intellige generaliter,vel ratione communis interesse, vel
affectionis,vel alio modo, sed ad estimationem,id est rei pretium,
vt quod interest illam estimationem non excedat. Illud non diffi-
teor in tractatu nostro interesse illud intelligi quod singulariter in-
terest,quamuis ⁊ quandoqꝫ commune accipiamus, sed id rarius.
Ceterum id hac ratione,quoniam vtrunqꝫ incertum, ⁊ probari de-
bet,quare ⁊ estimatio communis,que nondum certa est,hoc verbo
plerunqꝫ accipitur,si vero certa sit rarissime sic nuncupari repe-
ries,quoniam aliud habet nomen,⁊ quidem elegantius, videlicet
estimatio vel precium,quo frequentius appellatur,⁊ que loquendi
consuetudo in altero insolentiam ⁊ quandam improprietatem indu
xit. Igitur omne quoquo modo intersit,dicitur proprie interesse, ⁊
licet aliud peti possit,aliud non possit,non tamen ideo minus dici-
tur interesse,nec propter hanc differentiam,speciei varietas videt̄
inducenda. Barto.in.l.j.in.iiij.colum.ff.de acqui.possessio.quod
circa quod interest intra rem,vel extra,vel affectionis causa in spe
cie differre non opinor.

Ait lex, dupli quantitatem mini-
34 me excedere quesitum est,duplum † id quemadmodum colligendū
sit,⁊ Accursius tres sententias refert,⁊ prima Placentini est, id
quod ex conuentione interest,duplari hinc ipse Accursius, Bar
tolus,ceteriqꝫ damnant quippe plurimos esse casus,in quibus ni-
hil quod intersit,in conuentionem deducitur,nec coarctandam le-
gem,quamobrem Bulgarus, Jacobus Butrigarius, id quod cō
muniter interest duplari crediderunt. Accursius Bartolusqꝫ, vbi
interesse communiter potest,in estimationemqꝫ id cadit,hoc dupla
ri malunt,si vero communis hec estimatio iniri non possit, tunc qđ
ex conuentione interest,ad duplum vsqꝫ portendi poterit, ita tamē
vt si eadem in re accidat ⁊ communiter interesse, ex conuentione,
id quod communiter interest,dupletur si maior ea summa futura ē,
quam ea que de estimatione conuenta fuerit,alioquin dupletur cō
35 uenta,⁊ hoc † in odium eius,qui in mora est,quoniam is in maio-
ri quantitate semper condemnandus est, argumen.l.contumacia.
ff.de re iudica. Videamus quemadmodum interesse ex conuentio
ne hic accipiamus,⁊ si penam ipsam,que in obseruantiam contra-
ctus principalis punit,intelligamus,dubio procul existimo Bar-
toli,⁊ complicium sententiam a veritate abesse. Si enim contrahē
tes expressim cauerunt,non videtur ab eorum prouisione receden-
dum.l.fina.ff.de preto.stipu.cum regulam iuris habeamus,que ex
presse aguntur ea quibus tacite lex prouiderit,tollere, ⁊ hanc sentē
tiam Salycetus probat, qui fragile Bartoli argumentum osten
dit. satis enim est, si qui contractui non paret, id quod interest ad
duplum pendat,durissimeqꝫ secum ageretur, si maioris summe du
plum representare cogeretur. ¶ Sed quid si Bartoli sententiā
accipiamus in estimatione conuenta, hoc est,in rei ipsius precio,
nec etiam arbitror rectius sentire Placentinum. ¶ Et imprimis
sciendum est, aliorum sententiam vnico Vlpiani responso. in le-
ge prima.ff.de actione empti.pauxillum adiuuari, is tradidit, si
res vendita non tradatur, in id quod emptoris interest agi, hoc
autem interdum precium egreditur, non enim statuit iurisconsul-
tus summam ad quam vsqꝫ protendatur, tu intellige egredi vsqꝫ
ad duplum vt hac lege cautum est,que efficaciter in illos induci-
36 tur. Ait lex † in contractibus certis,qualis est emptio ⁊ locatio,id
quod interest,dupli quantitatem minime excedere, constatqꝫ his
in contractibus versari precium.§.pretium. institu.de contrahen.
emptio.idqꝫ esse quod estimationem conuentam appellamus. Cū
igitur lex dicat non excedi duplum,ratione simpli dictum id nemo
negauerit, cum in duplo simplum insit §.tripli. institu. de actio. ⁊
sic ipsa estimatio, at estimatio rei alia non est preter conuentam,
cum conuenta communem tollat,quoniam quod expressum est,ta-
citum tollit,nam ⁊ in venditione quod conuentum est,sempe attē-
ditur,cetera negliguntur.l.si voluntate.C.de rescinden. vendi. qua
re ⁊ Bartoli ratio explodenda est,qui in contumacis iniuriam ma
iorem summam attendi probauit. Nam immo quod minus est,ob-
seruandum fuerit,cum hec constitutio, non ad extendendam eius
quod interest estimationem, sed ad coarctandam promulgata sit.
37 Sed † ⁊ nostra hec opinio Pauli Africaniqꝫ responsis luce cla-
rius probatur hi si heres seruum,cui fideicommissaria libertas de-
beatur,vendat,⁊ emptor in eo erudiendo multas pecunias effude-
rit,deinde ex constitutione seruus in libertatem prouocet, compete
re emptori repetitionem precij tradiderunt,⁊ id omne quod empto
ris interest,quia in eo erudiendo profudit, ita tamen vt pretij du-
plum non excedatur.l.titius.⁊.l.sequen.ff.de actio. empti. an ergo
quemadmodum ipsa estimatio conuenta dupletur. Sed quia subse
quitur aliud responsum.in.l.idqꝫ iulianum.ff.eodem tit. videamus
an supradictis aduersetur. si enim aream aliquis alienam vendi-
derit,⁊ emptor in ea edificauerit,deinde per dominum euincatur,
dubitat iurisconsultus an emptor in omne id quod interest,vendi-
torem conuenire possit. Et cum erga dominum exceptione, vt sibi
restituat quod edificando impendit,tutus fuerit,non posse a vendi
tore id repeti statuit in omnibus tamen his casibus si venditor alie
num sciuerit,omnimodo teneri debet. Respondent quidam, verbū
id omnimodo ita coarctandum, vt duplum non excedat, sicut ver-
bum, omne in priore responso positum per iurisconsultum ad du-
plum restringitur,quod ego cum cauillatione non careat, non ad-
mitto. Bartolus priorem legem per hac sequentem corrigi tradi-
dit,quod eque absurdum est. Fulgosius non corrigi, sed declarari
arbitratus est,vt distinguamus an venditor ignorauerit rē esse alie
nam,⁊ duplum non excedetur, an sciuerit,⁊ tunc omnimodo tene-
ri,quod ⁊ Bartolo fere placuit. ¶ Sed ⁊ ipse nequaquā sequar
cum verisimile non sit iurisconsultum,qui priore responso ignoran-
tiam in herede nullam tradiderat,tam cito de sententia decessisse.
Itaqꝫ arbitror veterem ⁊ hac in re perspicacitatem longe defecisse,
versiculus enim ille vltimus, non ad computationem referendus
est,que in estimatione eius quod interest prius facta fuerat, sed
ad obligationis ipsius substantiam, quod ostenditur ex illis ver-
bis,teneri debet,⁊c. traditur enim an teneatur, vel id minus,non
autem quomodo vel quatenus teneatur. Igitur quia superius ex
plicauerat, cum aream alienam quisquam venum dedisset,si vbi
emptor edificia struxerit,euincatur,an vēditor id quod interest em
ptoris, sit condemnandus, ⁊ si emptor in possessione fuerit, non
teneri tradiderat; cum dominum exceptione doli mali expen-
sas reficere emptor compellere potuerit,si vero in possessione non
fuit,tum agere contra venditorem emptorem posse, quod decla-
rando iurisconsultus prosequitur,vt cum venditorem rem alienam
sciuit,omnimodo teneatur non possideat emptor siue possideat,⁊
doli exceptionem non opposuerit,nec aliter exprimit quatenus ra-
tione eius quod interest, sit condemnandus venditor, quod ⁊ ex

superiori responso, ⁊ ex hac constitutione deciditur, duplum non egredi. Igitur distinctio in sciente tradita in secundo illo casu procedit, non autem ad heredem serui venditorem, quod in priore responso scribitur trahenda est, heres enim supracripto casu dubio procul onus manumissionis sibi a testatore impositu3 notat, quamobrē ⁊ Seia legatum accipere noluit, vt pote fere inutile, nec verisimile est heredem testamentu3 quo institutus fuerit, ignorasse. l. eius qui. ff. si certum petatur, Bartol. vox itaqꝫ ille omnimodo ad proximiorem casum referenda est, que interpretatio etiam regula† iu-
38 ris adiuuatur relationes videlicet ad proxima queqꝫ trahi. l. prima. §. deinde. ff. de postbu. Ceteru3 ⁊ sententia hec nostra ex ipsius legis ratione confirmatur in contractibus enim certis duplum idcirco excedi nequit, in incertis vero quantumcunqꝫ interest, deducitur, quoniā illis, cum certam quantitatem vel naturam habeant, facilius quod simplum est dignoscitur, quamobrem contrahentes non videntur voluisse illud maxima summa excedere, at in incertis non ita est, cum haud facile simplum reperias. Si igitur hec ratio vera est, nemo quippe est, qui eam non probet, in quem alium finem certitudo ista considerari potest quam propter pretium, quoniam videlicet hi contractus certum pretium vel habent, vel habere haud difficulter possunt. quod enim communiter interest quibuscunqꝫ in casibus deprehendi potest puta vicissim promisimus ego Romam ire, Tu Venetias, id nonne in communez estimationem redigi potest, consequens igitur est, aut legis huius distinctionem ratione carere ipsius rei estimationem conuentam duplari. quam sententiam fere communem dixerim, cum non solum Placentino, sed ⁊ Saliceto placuerit, tum Petro, recentioribusqꝫ quibusdam Aurelensibus. Moder. in. l. quatenus. ff. de regulis iuris hi ita existimauerunt in casibus certis cum pretium statutum est illud duplari, quod si nihil certi constitutum sit, quod communiter interest attendendum, non habita affectus ratione. ff. ad legem falcidiam. finge igitur me tibi centum sestertijs domum vendidisse. nec postea tradisse quam propter moram, tu trecenta amittis, si aduersus me agas, ⁊ tantum te damni passum probes, iudex me in ducentis solum condemnabit, duplum enim non excedet. quod si te amisisse quinquaginta tantum probaueris, in ea quinquaginta damnabor, excedere itaqꝫ duplum non potest, in minorem summam cogere potest. in incertis contractibus id iuris non est, quia quicquid interest, id omne redditur. Et differentie rationem dixi quoniā cū certum est pretium seu conuenta estimatio, qui maius dānum duplo patitur, suam culpā agnoscere d3, qui non quibuscunqꝫ remedijs vsus sit, vt sibi conuenta seruarentur, sed cum a principio incerta est estimatio, quicquam actori imputandum non est, cum incertus fuerit quantum potuerit sua interest.

Hec legis verba, vt quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, declaranda diffusus sunt, ⁊ id vestigandum est, quemadmodum ipsius quod interest estimatio ineunda sit, hoc enim est damnum reddere. Discutiemus itaqꝫ quid sit cum singulariter interest, tum de eo quod intra rem vertitur, deinde quando extrinsecus intersit, tandemqꝫ quid in maleficijs iuris sit. ¶ Quod primo querendum proposui, ita explicat Bartolus.
39 ¶ †Cum eo quod singulariter affectionis causa interest dubitamus, condemnationem idcirco non augendam, quoniam ex communi vsu precia rerum constituuntur. l. precia. ad legem falcid. ⁊ si seruum aliquem meum quis occiderit, ex Aquilia lege in eius precium condemnatur. l. qui seruum. ff. ad. l. aquiliā. nec idcirco pena augetur quod eum valde amauerim, quod ve paterna ex heredita-
40 te ad me peruenit. †In actionibus tamen bone fidei huius affectionis rationem habendam Papinianus scripsit. l. cum seruus. ff. māda. indeqꝫ actionem dari, quod in stricti iuris iudicijs est contra. l. fideiussoris. ff. de pactis. nisi fauor minorum tum quoque dari suadeat. l. si in emptione. ff. de mino. ⁊ suprascripta Baldus, Salycetus, ceteriqꝫ omnes probant Mihi quedam notare placuit, ⁊ du3 generaliter traditur propter affectum, condemnationem nunquam augeri, in bone fidei iudicijs actionem tamen dari, que alioqui non competijsset, rationem huiusce rei nullam esse dixerim; si enim affectus hic ita sit efficax, vt actionem inde dari fateamur, quanto magis poterit in causa esse vt estimatio augeatur, maioris quide3 operE est rem nouam concedere, quam concessam paulisper augere. s3 ⁊ diminutionem estimationis suadente affectione Celsus fieri. l. in fundo. ff. de rei vendica. in proposita specie scripsit, si aree aliene inedificauerim re euicta a domino restituēdum mihi est quod fuerit impensum, nisi is dominus sit, qui si omne restitueret, laribus fundisqꝫ auitis carendum haberet. si igitur diminutio estimationis ob affectus quandoqꝫ fit, ita si idem affectus iusserit, augmentum faciundum videtur, argumen. l. fina. §. fina. ff. de legatis. iij. Ceterum ⁊ quod passim aiunt, in actionibus bone fidei ob affectum agi posse, cum alioquin in stricti iuris contractu aliud sit, probare ipse ne-
41 queo, cum in confesso† sit actionem, qua testamenta rescindimus, stricti esse iuris Barto. in. l. si heres. ff. de eo quod certo loco. sicut ⁊ aliam quamlibet rescissoriam, ⁊ tamen hac competere ob affectionem Jabolenus author est. l. libertus qui soluendo. ff. de bon. libe. Pone libertum meum, qui soluendo non erat, me testamento preterisse, an contra tabulas bonorum possessio. petere possim, ⁊ cum mea non intersit, non posse videretur quod si in eius hereditate fundus est, qui parentum meorum quandoqꝫ fuerit, vel seruus qui singulari aliquo officio me demeruerit, cur mea non interest: compe-
42 tet itaqꝫ persecutio. †Sed ⁊ alibi traditum est, patri qui fundum pro filia dotis nomine tradiderit, si is fundus gstante matrimonio euincatur, actionem ex stipulatu duple ob affectionem competere. l. pater. ff. de euic. Neqꝫ dixerit quisquam stipulationem hanc, quonia3 venditioni accesserit, bone fidei esse, argumen. l. si stipulatus. de vsu-
43 ris. nam† stipulatio eius contractus naturam, cui accedit ita imitatur, vt firmiorem validioremqꝫ conuentionem faciat, non vt qui nō teneretur, idcirco teneatur, ⁊ qui agere non poterat, idcirco possit. Alexander in lege prima. ff. de pactis. Nam ⁊ si tradidero tibi seruum, ⁊ mihi tecum conuenerit, vt eum manumittas, vel si ancillam tradidero, pactus ne prestituatur ⁊ tu conuenta non serues, agam in id quod mea affectionis ergo interest. l. si seruus ead. l. ff. de ser. expor. atqꝫ id impromiscue, seu contractus bone fidei fuerit, seu nō idemqꝫ Accursio visum est communem igitur sententiam merito sequor. Nec me mouerint que referunt doctores argumenta, quale illud ex Papinia. responso. l. cum seruus. ff. manda. cum seruus se ab extero emi mandat, si emptor non manumittat, domino competere in id actionem, quoniam in bone fidei iudicijs affectus ratio haberi solet, interest autem venditoris vt manumittatur affectu. nā responsum illud non ita simpliciter accipi debet, sed hoc potissimu3 modo, cum seruus se emi ab extraneo mandat mandatum a principio non valet, sed eius robur ex domini voluntate descendit, ratamne habere venditionem velit, hoc est pretium accipere, an mancipium consequi, si igitur approbat contractum, quicquid in eo est deductum, censetur approbasse, non solumqꝫ vt seruus sit venditus, sed vt manumittatur, quoniam illud est consequens, ⁊ idcirco seruus mandauit se emi. In contractibus autem bone fidei id est actu3, videlicet vt seruus manumittatur, presumitur, eius affectionis ratione quam homo homini debet, presertim cum libertatis ac-
44 cedit fauor. †At in contractibus stricti iuris non presumitur actu3 nisi quod expresse constat lege quicquid de verborum obligatio. ⁊ quod perquam necessario consequens est. Non itaqꝫ in proposito casu actio simpliciter datur, quia propter affectionem intersit, sed quoniam tacite ita conuentum videtur, vt fieret seruus ille liber, alioqui dominus non fuisset venditurus. Non ergo id propter naturam actionis omnimodo est inductum, sed quia cum dominus principalem contractum approbauerit, videtur etia3 consequentia approbasse, ⁊ id egisse, vt seruus manumittatur. in contractibus eni3 bone fieri id deducitur omne quod actum est, in stipulationibus vero id quod est expressum. Aliud adducitur argumentum ex Neratij Prisci responso. in. l. in emptione. ff. de minor. is tradidit, si in fundi in se collata minor adiectione superari se passus sit in integrū restitui, cu3 sua interest, puta quia fundus ille paternus fuerit, quod enim specialiter in minore inductum fuerit, communiter affectionē non considerari in his iudicijs ostendit, restitutio enim in integrū stricti iuris. Sed ⁊ hic animaduertendum est, cum minorem respexerimus, satis fuisse si pretor in integrum restitutionem concesserit, nec equum fuit vt accumulato nouo fauore specialiter in eo affectionem considerandam duceret. ¶ Quare hoc scire nos equu3 est, id responsum ita intelligi debere, cum minor rem emit, quam actionis causa habere interest, ⁊ dein ex licitatione superatus eam perdit, restitui eum in integrum posse, agit enim de ea rursus in suum patrimonium redigenda, fauorabiliorqꝫ causa† recupe-
45 randi est, quam acquirendi. l. videamus vbi Bartol. ff. de vsuris. At semel fundum minoris fuisse illud ostendit, quod adiectione superatum dicitur. lane venditio ea lege facta, pura est, sed que ex conditionis euentu resoluatur. l. prima. ff. de in diem adiec. glo. in. l. ij. eodem titulo. Quapropter suprascriptis rationibus aliter di-
46 stinguendum opinor, cum enim† agimus vt ius nostrum conseruetur nec quicquam depereat, affectionis ratio habēda est. d. l. in fundo. ff. de rei vend. idemqꝫ iuris, cū res nostra perdita est. Sed nos id agimus, vt recuperetur in his qui facultatē recuperandi habēt.

d. l.

d.l.si in emp.z.d.l.libertus qui.z hec rei illius ratione quam a no bis teneri nostra interest,quod si de ipsarum rerum estimatione tra ctemus,ea tam in bone fidei quam stricti iuris contractibus ex af fectu non augetur.d.l.pretia rerum.d.l.si seruus. cum vero an ex huiusmodi affectione actio detur querimus,z si expresse conuenit, dari nemo dubitauerit,idqz siue bone fidei actio,siue sit stricti iu
47 ris dicta.l.seruus ea.lege.aut †nihil expresse est actum, z in bone fidei contractu facilius tacite actum presumitur .d.l.cum seruus.z l.j.§.ij.ff.de tut.z ratio.dist.quam in ceteris,sed z in contractu stri cti iuris tacite id conuenisse,quandoqz presumitur,veluti si fauore dotis admoneamur dicta.l.pater de euic.vel aliter ita dictet equi tas. Nec nostre huic sententie negotium facit quod legitur,si liber tus fundum vendiderit,z in fraudem suaz venditum patronus id circo asserat,quod in eo maximam haberet affectionem,ex vicinita te,opportunitate,zelo,quod ve illic fuerit enutritus, vel parentes sui sepulti,non tamen Flauiano experientem audiri.in.l.prima.§.z alias videamus.ff.si quid in frau.patr.nam nihil id patronum mo uere debuit,cum in rebus suis arbitrari quoquomodo velit, liber tus queat,potestqz libere accepto pretio alienare,dum minor cen tenario non fiat,non enim nos admiserimus quotiescunqz de reuo cando agitur,id quod ob affectionem interest,in estimationem de duci,sed tum deduci,cum is qui agit,ius reuocandi habet. Igitur ex suprascriptis huiusmodi questionis veritas elucescit,cum pater Titio in vxorez filiam tradidisset,z curator Titij viatica se ei pre staturum promisisset,vt Rome studiorum causa ali posset, defuncto curatore dubitatum fuit , an aliqua actio patri competeret,vt cu ratoris heredes Titio viaticum prestare cogerentur, z Baldus Nouellus respondit competere. Bald. nouel.in tracta.do.in.iij. par.in fi.interest enim soceri generum fieri eruditiorem,quod pro cedit,quoniam contractus dotis respectu soceri bone fidei est. no.
48 in.§.fuerat.de act.†Sed z alia questio deducitur, lege municipa li cautum est,vt agnatus rem,que paterna fuerit,venditam redime re intra annum z diem possit,an si minor,cui facultas hec compe tiisset,lapsu temporis exclusus est,possit in integrum restitutionem petere,z recentiores posse arbitrantur.in.l.dudum.C.de contrahē da emptio.in.l.quatenus.iiij.colum.de re iudi. z hoc ex Neratij Prisci responso,quod supra ostendimus non multum sententiam hanc adiuuare,quandoquidem eo in casu ius in re minor habue rat,quod per negligentiam amissum est, at in proposita questione debilius est ius,videlicet ad rem,quod non ita euidenter minorem ledit. Utcunqz sit,eorum sententiam non damno. Illud etiam non est pretereundum. Accursium existimasse in contractu stricti iuris affectionem considerari.glos.in.l.si vnus,in prin.in verbo. videa mus.ff.de pact.quam opinionem reprobari supradicta ostendunt. Ceterum quoniam Bartolus id,quod ob affectionem interest, sin gulariter interesse dixit.l.prima,de act.emp.hac.l.recentiores qui dam argutias in eum intendunt,nam eius quod singulariter inter est,in emptionis contractu ratio habetur,z tamen affectionis , non habetur. Item id quod interest,indistincte peti lex ait z tamen ex affectu non petitur. Que argumenta nullius pretij sunt quoniaz nō idem plane esse id quod singulariter interest,z quod ex affectione, Bartolus scribit,sed alterum alterius partem esse,z vti speciem in genere comprehendi,in his enim casibus,quibus affectus ratio du citur,nostra singulariter interesse dicimus. Discutiendum † nunc
49 est aliud Bartoli pronuntiatum,id huiusmodi est, aliquando no stra ob affectionem pecuniariter interesse,vnde etiam iuramentuz in litē datur,id considerari generaliter,z actio detur,z estimatio au geatur,que quidem vsqz ad duplum protendi potest, sequunturqz idem Alexander, Jason, z ceteri . Ego etiam duplum excedi posse crediderim,quod ex Ulpiani responsis probo.l.videamus. §.fina.de in lit.iuran.is iurari in infinitum posse tradidit. Idem dubitat an iudex qui iuramentum defert,possit quantitatem taxa re intra quam iuretur.si enim suprascripta opinio vera esset, quis dubitauisse posse,vel saltem cum duplum vsqz taxatur. que enim le ge permittuntur,indubitatum est fieri posse.quid item operepretij fuit,quicquam de ea taxatione ambigere, cum hac constitutione specialiter coarctetur. Sed z idem in bone fidei iudicijs arbitrio iudicantis reliquit,an taxare eam summam velit,quod apertissime ostendit,nihil eam,eam taxationem ad legem nostram pertinere. distinguendum quippe non in bon.fid.vel stricti iuris iudicijs,sed
50 certis vel incertis casibus fuerat. Prosequitur†idem , cum iura tum est posse iudicem ex magna causa a iureiurando discedere,qđ certe non recte dictum esset,cum etiam sine causa, vbi duplum ex cessum est,recedatur,nam z constitutio cum in casibus certis du plum non excedi iussisset,in incertis vero id attendendum,quod ve re probabitur,subiungit ita statutum,vt videtur infinitas. Uide er go quod ad duplū restringitur,infinitum non dici , z tamen supra scripto casu in infinitum iurari diximus,nam z cur ita iurari lex cō cessit,si regulariter id iuramentum intra duplum coercetur,verum etiam alibi idem Ulpianus.l.qui restituere.ff.de rei vendicatio. q restituere iussus,rem interuerterit,condemnandum scribit , quanti actor in litem in infinitum sine vlla taxatione iurauerit. id enim est longe duplum excedere,cum sine taxatione , id est iudicis prefi nitione iuretur. quod etiam verborum geminatio exuberantiaqz arguunt. Nec obstat nostra constitutio,a qua Ulpiani supradicta responsa corrigi Jacobus ab Arena existimauit , quod sane nō satis probabile verisimileque est , Igitur ipse crediderim, cum lex concedat in litem in infinitum iurari , id omne quod iuratum est,presumi vere iurantis interesse , idcirco prestandum tanquam res ita sit indicata. Locum itaque sibi vendicat constitutio , cum per alias probationes damnuz probatur,quam per iurisiurandi sa cramentum quod presumptionem efficacissimam inducit. Albe ricus Rosates hic in vltima columna.nobiscum sentit, in eo quod ob affectionem interest constitutionem nequaquam procedere exi stimat. ¶ Sed z eandem sententiam Fulgosius probat in dicta. l. videamus.

Sequens questio est, quid cum

intrinsecus damnum incidit,an omne reddatur. ¶ Et priusquam vlterius progrediamur,agendum paulisper est de verboruz signifi catione,quid †sit quod intrinsecus interest, z quid quod extrinse
51 cus,z Bartolus arbitratus est que ipsa re continenter proueniūt, vt partus,fructus , z similia ad intrinsecum referri , que vero non ex ipsa re,sed occasione rei procedunt , extrinseca respicere , vnde consequens fuit hereditatem seruo meo delatam , vti habeant ad me pertinere. Petrus z Albericus id notarunt, quin potius in trinsecum dici quod rem quamcunque committatur,idem z confir marunt alij quoniam lex venditorem quanti emptoris interest,rem non esse euictam prestare debere ait.l.venditor.ff.de euictio. veluti ancilla pregnāte euicta,vel seruo cui hēditas relicta sit,equat enim partum z hereditatem relictam, que paritas ostendit vtrunqz in trinseca spectare. Idem z alibi similibus argumentis probatur.l. preterea.ff.de rei vendicatione.l.actione.§.diximus.ff.pro soc. que nobis satis leuia videntur,cum nos de nomine disputemus, illa ad rei effectum pertineant. Ipse in Bartoli sententiam,que commu niter probatur,pedibus vado.ea Antonini constitutione.l.prima. .C.locati.adiuuatur,qui damnum extrinsecus veniens illud appel lat,quod non ex re venit,sed in rem datur ex remota causa. Ulpia nus in.l.item veniunt.§.item non solum.ff.de petitio. heredita. he reditas,inquit,augmentum z diminutionem recipit, sed ea que ex ipsa hereditate proueniūt,puto hereditati accedere , si extrinsecus non qz persone possessoris accedunt. Caius.in.l.qui proprio.ff.de p cura. procurator inquit,quod ex lite consequutus est,seu principa liter seu extrinsecus,restituere domino mandati actione compelli tur. Quibus verbis constat,qcqđ principaliter nō adheret, extrin secū esse. Non tñ differri ausim,verbum id aliqñ largius quandoqz aliter accipi,prout res quā tractamus requirit.inde cōditiones ex trinsecus.l.conditiones que extrinsecus.ff.de condi.z demon.veni re alia significatione dicimus, item in stipulationibus extrinsecus aliqua deduci eodem sensu lectuz est in .l.que extrinsecus.ff.de ver. obli. Sed quod hereditas seruo nostro delata, ad nos extrinsecus pertineat,alia quoqz ratione probari potest , nam cum intrinsecus nostra interest,quia in eo versatur rei estimatio,cum his accessioni bus,que continentur ex re proueniunt semper augetur condemna tio.eiusqz ratio habetur.l.non quocunqz.§.inl.ff.de leg.j.ex his.n. accessionibus locupletiores dicimur,quod euidenter constat eteniz
52 vaccam pregnantem pluris licitabere,quam sterilem, z † tamen q eum seruum habeat,cui hereditas delata sit non idcirco dicitur lo cupletior.l.pretia rerum.ff.ad.l.fal. non igitur ita intrinsecus hoc nostra interest. Utcunqz tamen hoc in articulo opinemur, disputa
53 tionem omnino vtilem non arbitror,quoniam†voces he,intrinsecū vel extrinsecum interesse,a doctoribus nostris sunt conficte, nec in iure ciuili specialiter apposite reperiuntur,vt aliquid in eo quod in terest denotent. Fatuum igitur crediderim super recentiorum ver bis disputare,cum qui ea fecerunt,illis possint quam voluerint si gnificationem dare. Nec enim in iure vidimus,idcirco magis ra tionem eius quod interest duci,quia extrinsecus intersit , vel non, res equidem considerant,non verba, que non alia ratione penna ta Homerus dixit,quam vt leuitatem notare . ¶ Hoc tamen ex
54 Bartoli† annotatione dignum duxerim , eum fere existimasse causam seruitutis ab ipso fundo extrinsecam dici . quod recentio res non probant,nam creditor pigneratitia actione conuentus non

solum fundum, sed etiam seruitutes tenetur restituere. l. creditor. ff. de pig. actio. quod argumento est fundum seruitutes in se, non extrinsecus continere. seruitus enim fundo annexa est, ⁊ sine eo esse nequit. l. cum fundus. ff. commu. predi. Quam sententiam ⁊ ipse cõ
55 firmauerim, quãdo quidem † petitione hereditatis nõ solũ fundos consequimur, sed etiam seruitutes. l. item veniunt. ff. de peti. heredi. ⁊ tamen lex ait, nos ex ea non consequi, nisi quod intrinsecus comprehẽditur. Nec Bartoli mouemur argumento, nec enim passim verum est, seruitutes non esse in bonis. l. j. de vsufru. leg. Bart. in. d. l. j. quinimmo sunt, licet protinus fundo debeantur, ⁊ consequenter ad nos pertinẽt. Unde existimauit Bar. que ab aliqua re porro descendunt, ea illius rei esse extrinseca. quod legi municipali intelligende confert, qua cauetur, cogi quemlibet iurare delata sibi ab aduersario iuramenti forma, stariqz sacramento, preterquam in his, que extrinsecus a formula veniunt. Signor. in consil. post malesi. Ange. aret. Finge, detulisti iuramentũ an mutuatus mihi cẽtum fueris, iuro te mutuatum, sed me tibi tantundem vini prestitisse, extrinsecũ id est, nec crederet̃ ꝯpensatio, si. s. scripta sententia vera esset. Adde ẽt extrinsecum id dici, quod de rei natura non est. l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infec.

Explicitis itaqz vocum ipsarum quibusdam quasi interpretatiunculis, prosequendum est, quemadmodum suprascriptam questionem determinemus, ⁊ quod intrinsecus interest, quatenus rei estimatione spectat semper considerari, rationemqz illius duci, Bartolus, ⁊ ceteri tradiderũt. l. vinum. ff. si cer. peta. † Sed in eo
56 non modica difficultas vertitur, quod dubium est a quo tẽpore estimatio crescat, nam si tibi vinum mutuo dederim, nec reddas, estimationis rationem ineundam temporis, quo in iudicio petierim, Sabinus scripsit. l. datio. §. cum per venditorem. ff. de ac. emp. at si vinum vendiderim, nec tradam, estimatio emptori computabitur, quanto pluris vinum valuit, vel cum venditum est, vel cum fuit petitum, quod Pompo. tradit. Quemadmodum hec responsa extricabimus, ⁊ veteres interpretes plurifariam distinctionibus ea discuerunt, quorũ sententias Bartolus, ⁊ recentiores confutant. in. d. l. vinum. Igitur ipse in venditione tempus quo contractus initus est, considerari idcirco prodidit, quia tunc in mora esse venditor incipit, cum precio accepto statim teneatur vinum tradere. non probant id recentiores, nec admittunt statim venditorẽ precio accepto esse in mora, nam nec Bartolum defendit lex curabit. C. de act. emp. cum precio accepto venditor non solum rem, sed ẽt rei accessiones teneatur tradere, solumqz ratione lucri non faciundi sit in mora, non autem si damnum emergit. Aliter itaqz ipsi respondẽt, in Pomponij responso actum fuisse vt statim vinum prestaretur, ⁊ hoc per locum a solitis conijciunt, vsitatum enim est, vt in venditione data pecunia statim res tradatur, item mutui natura est, non vt incontinenti reddatur, sed post aliquod tempus, at in venditione cum aliud non agitur, presenti die debetur. igitur in mutuo contractus tempus non inspicimus, qꝛ tunc non solet reddi, vẽditione contra. ⁊ ita Fulgosius quoqz existimat, sed aduersum deducitur quoniam si contractus tempus in venditione respiciamus, consequens esset, vt tum vinum quoqz periculo venditoris periret, quod falsum est, cum † periculum emptor subeat, vt Ulpia. scribit.
57 in. l. j. de pericu. ⁊ commo. rei vendi. nisi dixeris tunc periculũ ad emptorem pertinere, cum venditor moram non cõmisit, at in Pompo. responso commiserat, qꝛ interpellatus fuit, cum enim iuriscon. loquatur, cum venditor fuerit in mora, necessario debemus interpretari venditorem fuisse compellatum, alioquin mora non dicitur. nã quoties legislator aliquid refert intelligere debemus omnia interuenisse, que actui, necessaria sunt. Decius in c. j. de iudi. Ful. Albe. de rosa. Jason in. l. Barbarius. in. j. col. ff. de offi. preto. Accipiendum itaqz Pomponij responsum est, vt interpellationem ab emptore factam dicamus, quoniam alioquin si venditor vinum non tradidisset, nulla in eo fuisset mora. Ceterum quoniam hic tractatus responsa quedam simul pugnantia continet, quorum concordiaz cum diu interpretes nostri quesierint, voto frustrati sunt quoniam vt Jason ostendit, eorum distinctiones ⁊ cauillis ⁊ coniecturis quibusdam fallacibus consistunt, nostro opere fuerit, Gordianum hũc nodum, non vt Alexander fecit, gladio secare, sed quantum vires possint, manibus dissoluere, ⁊ quoniam veritas verborum adminiculis non indiget, aliter quam in presentem diem quisquam existimauerit, sic arbitror explicandum. † Cum de his contractibus am
58 bigimus. in quibus debitor facere tenetur, veluti fundum restituere, rem tradere, distinguendum putamus eos qui sunt stricti iuris, ab his qui bon. fid. dicuntur. in illis moram purgare ad litis vsqz contesta. permittitur. l. si insulam. ff. de verbo. obligatio. ⁊ idcirco estimatio non nisi a litis contesta. tempore initur. l. hominem. ff. mãda. in his quoniam magis ex bona fide proceditur, vsqz ad sententiam tradi, vel restitui res potest, quapropter rei estimatio non fit, nisi in sententie tempus. l. iij. §. in hac. ff. commo. Cum vero de his ꝯ ctibus querimus, in quibus versatur datio, eodem modo distinguẽdum est, vt in bonefidei contractibus estimatio ineatur virius temporis voluerit actor, more an sententie. l. iij. §. in hac. ff. commo. in cõtractibus stricti iuris litis contestate tempus obseruemus. l. fin. ff. de condi. triti. l. vinum. ff. si cer. peta. Quod si certam speciem dari actum est quamuis obligatio precise videatur. l. vbi autem. §. si. ff. de verbo. obli. tamen tempus sententie attendimus, ita tamen, vt si res interim deterior facta sit, eius quoque ratio habeatur quapropter tali casu lex litis estimationem solui iubet. l. si seruus. ff. de eiic. l. heres. §. si vnus. ⁊. §. si incerto. ff. fami. herciſ. que estimatio ⁊ rei ipsius ⁊ accessionum omnium, eiusqz quod interest valorem resarcit. Un
59 de consequens † est, vt precise non compelli quenquam ad dandum existimem, preterquam eũ qui rei vendicatione superatus sit, ab h enim res manu militari propter ius domini, quod in actore est, auferri debet. l. qui restituere. ff. de rei vendica. At in casu nostro satis est litis estimationem dari. nam quamuis lex teneri eum omnimodo dicat, non tamen consequens est, vt aliter quaz in pecunia cõdemnandus sit. Alexan. in. l. ij. §. ex his. ff. de verbo. obliga. si enim dominiũ promissor non transferat, non exprimitur in lege quo alio remedio sit agendum, tametsi non inepte dici posset in promissore fundi Tusculani procedere, qui idem ⁊ dominus sit, ⁊ rei dande facultatem habeat, At nos in eo loquimur, quem clarissime non constet certe illius speciei prestande potestatem habere. Priorem tamen resolutionem magis probo. Si igitur sub ipsum sententie ferende tempus debitor offerat estimationem, quia dare nolit, iudex debet id admittere, ⁊ creditorem compellere vt rei petite pretium recipiat, quoniam si reus rem tunc daret, eius respectu liberaretur §. fina. insti. de perpe. ⁊ temp. actio. idem ergo si pretium prestat, quod si reus tunc nihil offert, iudex rem petitam solui pronuntiabit, ⁊ si reus non soluat, ex officio iudicens id curabit vt in stricti iuris contractibus estimatio reddatur, eius temporis respectu, quo res petita est. d. l. vinum, tunc enim mora incipit, in bone vero fidei contractibus iudex in estimationem ꝯdẽnabit, vtrum actor voluerit, aut tempore quo expressim mora facta est, puta per interpellationem, seu tacite, veluti cum dies qua solui actum fuisse psumit, interpellat, aut tempore quo sententia est ferenda, ⁊ Pompo. ita accipiendum est responsum. d. l. datio. §. cum per vendi. dum inqt, venditorem condemnari vtro tempore pluris vinũ fuerit, vel quo vinum venit, vel quo lis in condemnationem deducitur, id est lis ipsa fit condemnatio, ⁊ fertur sententia non enim de litis contestatione hic quicquam accipitur, quippe verba repugnarent, quid tũc ad rem faceret condemnatio, ⁊ suprascripta locum sibi vendicat circa estimationem ipsius rei principalis, non autem in fructibus
60 accessionibus ve † que indistincte a mora incipiũt in tempus sententie. l. iulianus libro sexto, ff. orum scribit. l. fructus. ff. de rei vendica. vt infra enarrabimus, ⁊ si in presenti tractatu hoc modo distinxerimus Accursij, ⁊ Bartoli. Barto. in dicta. l. in. §. in hac ceterorumqz commenta minimũ nos offendent, e quibus alter cum rem non satis perspectam haberet, antiquorum ingenia tenebris inuoluta fuisse tradidit. Dixerit fortasse aliquis absurdum esse eum qui in mora ad vsque sententie tempus perseuerauerit, tam leniter plecti, vt rei estimatio non habeatur, nisi quatenus tunc valet. Cui ipse responderim, estimationem quidem, vti diximus, ineundam, sed non idcirco minus poterit reum aliter iudex punire, veluti si condemnet etiam quatenus extra rem intersit. Igitur Sabini in dicta. l. vinum, responsum intelligi debet cum iam sententia sua iudex declarauit vinum reddi debere, hoc est quod in ea dici-
61 tur vinum per iudicem petitum fuisse. in obligationibus † enim dãdi estimatio non soluitur iure obligationis, sed post latam sentẽtiam officio iudicis. Actor enim vbi reus condemnatus fuerit vinum reddere, in executionem iudicati officium iudicis implorabit. l. si intra. ff. de re iudica. ⁊ si vinum non reddetur, iudex in estimationem ⁊ quatenus interest, reum compellat. Quod ergo in responso dicitur per iudicem peti, maxime refert, licet si communez eius legis interpretationem sequeremur, nullius esset momenti. vel certe inauditam rem confirmaret, in mutuo videlicet non soluz certi condictione agi, sed officium quoque iudicis implorari. Uerum ⁊ in. d. §. si per venditorem. illud adnotandum est obligationem dandi esse, quoniam venditor in genere tenebatur. l. ex empto. ff. de act. empt. in pnci. quod ⁊ recentiores, quamuis Bart. repugnante. in. d. l. vinum. approbant. nam ⁊ locum sibi vendicare arbitror in rei iudicate executione, quo officium iudicis requirimus,

nius,cum enim venditor esset obligatus ad genus in principali cau
sa solum queritur,vt venditor det,non autem de eo quod ob moram
62 actoris interest.†Ceterum quoniam in hoc tractatu non medio-
crem scrupulum Vlpia. inijcit eius verba parergos,⁊ obiter ema
culanda sunt. Is in lege.iij.ꝺ triticaria cōdictione, Pandectis flo
rentinis ita scripsisse deprenditur. In hac actione, si queratur res
que petita est,cuius temporis estimationem recipiat, verius est qꝺ
Seruius ait,condemnationis tp̄s spectandum. si vero desierit esse
in rebus humanis mortis tempus,sed etiam emplate secundū Cel-
sum erit spectandum,non enim debet nouissimum vite tempus esti
mari,⁊c.significat autem dictio illa emplate quasi latius dicas, ⁊
inobseruatis iuris angustijs,ne ita tempus mortis spectetur, vt ad
leuissimam estimationem rem redigamus,sed potius quod bonū
equumqꝫ est,estimemus. Inducenda igitur circumscribendaqꝫ est
vox illa antea,que loco grece dictionis supposita fuit, vt varie ille
⁊ inconstantes Accursij expositiones explodantur,qui dū illud ad
uerbium tripliciter interpretatur,ostendit plane se textum non intel
ligere,⁊ hec quidem a nobis dicuntur,non quod nostra distinctio a
vulgata lectione discrepet,sed quod non ab re ducimus huiusmodi
castigationes seu gemmulas nostris scriptis inserere. Vt ergo vn
63 de digressi† sumus reuertatur,illud contra suprascriptaꝫ distinctio
nem fortissime intorqueri potest. nec enim in obligatiōibus facti eā
differentiam admittendam esse videretur, vt in stricti iuris contra
ctibus,quanti res valeat in litis contestate tempus inspiciamus, tā
quaꝫ,huciusqꝫ rem promissam dare liceat quinimmo etiam post li-
tis contestationem, si reus offerat id tradere quod petitur, absolui
debere fere constat.§.fina.instit.de perpe.⁊ tempo.actio. Sed in
hoc animaduertendum est quoniam nequaquam arbitror verum
id esse,tametsi Barto.in.l.si insulam.in.j.opposi.de verbo.oblig.
hoc tradit,alijqꝫ probent,plurimas enim hec heresis leges violat, ⁊
per cauillationes discindi cogit,⁊ in primis si insulam inquit lex fie
ri stipulatus essem,⁊ transierit tempus quo potuisti facere, quan-
diu litem contestatus sim,nihil prodesse tibi si edifices. ecce quem-
admodum in nostram sententiam verba legis accedunt ⁊ tū Bar-
tolus intelligit,quando lis non super facti petitionem,sed super id,
quod interest,est contestata,cum de eo quod interest verbum ibi sit
nullum,consequensqꝫ ex hac sua interpretatione fit iurisconsultum
illud silentio transmisisse,in quo fundamentum ⁊ cardo totius legis
cōsistebat. Sed ⁊ Paulus in contractu stricti iuris,si reus offerat,
vsqꝫ ad litis contestationem diluere more damnum scribit post lit.
contesta.minime,immo sententia omnino proferri debet.l.sed si a-
lia.ff.de constitu.pecu.⁊ id intelligere cum oblatio inefficax est, qꝺ
Barto.fecit,per quam inconueniens ⁊ absurdum est. Ideꝫ si reus
inquit,paratus est pecuniam soluere,iniquum est cogi eum iudiciū
accipere.l.si reus.ff.de procur.⁊c.non enim ob aliam causam reus
volebat soluere,quam quia si lis fuisset contestata,necessario expe-
ctanda erat sententia.⁊ propterea Accursius,quandoqꝫ ⁊ Rayne
rius.d.l.interdum.§.fi.de verb.obliga.existimauerunt. post iudi-
cium acceptum indistincte moram amplius dilui non posse. Conse
quens nunc est vt obiecta redarguam,⁊ dum adducitur iuris regu
la,si ante rem iudicatam is cum quo actum est,satisfaciat,actor ab-
64 soluendus est.d.§.fi.insti.de per.⁊ tem.ac.respondeo † satis fieri
in casu nostro actori,si post litem contestatam super petitionem fa-
cti,reus non ipsum factum,sed quatenus interest actoris rependat,
inuito enim actore factum prestando non satis facit.nā cum lex ob
ligationem facti post lit.contesta.in estimationem eius ꝙ interest
transfundat, illud incipit deberi,non factum ⁊ hec ita defenduntur
absqꝫ aliqua iuris scrip.conturbatione,cum alioquin in hisce que-
stionib⁹ cernere sit,doctores ipsos miros Autolycos Sophistasqꝫ
65 nam† ⁊ pro nostra hac sententia illud facit, ꝙ quoties stipulationi
pena adijcitur,ea loco eius quod interest succedit.l.fi.ff.de pret.sti.
fitqꝫ hoc casu nouatio,⁊ post lit.contesta.soluꝫ potest solui pena.l.
j.ff.de pe.leg.cur non igitur idem est in eo ꝙ interest. Illud nō omi
serim,⁊ in hoc multum se contorsisse Barto.in.l.ita stipulatus ma
gna.in.vj.q.cuius dicta latissime discussimus.lib.parad.j.cap.x.
Cum a nobis declaratum sit,quem modum ineunda sit eius ꝙ in-
terest ratio rei ipsius debite estimatione,reliquum est,vt ⁊ id quera
mus,qua ratione† inibitur in fructuum accessionūqꝫ ꝯputatione, ⁊
66 Bar.in.l.videamus.ff.de vsur.quem vti signiferū ceteri fere om-
nes sequuntur,tribus pronuntiatis rem absoluit. ¶ Si mihi fundū
dare obligatus es,a tempore quo lis est contestata, fructus consi-
derabunt̃. ¶ Si teneris tradere,a tempore more fructus accedēt.
l.si fundum tradi.ff.de ver.obli.non sicut fructus,sed vti portio eius
ꝙ mea interest te non fuisse in mora. ¶ Si dandi simul ⁊ faciendi
reus es,veniunt in ꝯdemnationem in tempus more, nisi preceden-
tis contractus natura aliter suadeat.l.si stipu.ff.de vsur. veluti cum
venditor rem dari,vacuamqꝫ possessionem tradi promittit.⁊ hec q
dem Bar.⁊ ceteri dixere. Ias.in.l.si filiusfa.§.fi.de ver.ob. quoꝝ
sententia nobis nequaquam videtur probabilis.⁊ aduersus secun-
dum pronuntiatum illud adducitur,ꝙ Pomp.scribit eum,qui si-
bi possessionem tradi stipulatur,nihil intelligi de fructibus agere,
⁊ propterea neqꝫ ab lit.contesta.neqꝫ ab mora eorum rationem du
ci.l.datio.§.j.de act.emp.⁊ recentiorum in eo responso interpreta-
tio perqꝫ insulsa est,qui non computari fructus tradunt vti fructus
sed tanquam portionem eius quod interest. quapropter cum vir di
ligens,⁊ cautus rusticus longe plures fructus sit collecturus quaꝫ
soleant patritij,si computarent̃ vt fructus,quicquid rusticus colle-
gisset,computandū foret,sed cum estimentur tanquam id quod in-
terest,id solum in pretio fuerit,ꝙ verisimiliter patritius collegisset
hec expositio cauillatione non caret. cum enim fructus id sint quod
intrinsecus interest,si Bart. hic credimus,cum lex dicat fructus
non deberi,nonne ostendit,id quod intrinsecus interest non deberi
quatenus in fructibus continetur, Sed ⁊ frigida est eorum ratio cū
possit patritius eque multos fructus recipe,atqꝫ facturus erat villi
cus,si per eque diligentem agricolam vineam coli faciat. Sunt.n.
he subtiles quedam argutie,non aliqua lege,non iurisconsulti res-
ponso expresse,se quas suo de vertice Barto.formauit, Quin ⁊.s̄.
scripta distinctio caret ratione,cum enim is† qui tenetur dare effica
67 cius obligetur eo qui tradendi reus tantum est.l.vbi autem non ap
paret in.§.fi.ff.de ver.obliga.nonne absurdum est eum fructus de-
bere,non nisi a litis contestate tēpore,hunc vero ab ipsa mora,itaqꝫ
communem sententiam non probo, quam alijs etiam argumentis
Syllimanus,Suzarius,Oldradus,Butrigarius,Fulgosius,in.
d.l.videamus.damnant,tametsi nec ipsi recte declarent. Illud igit̃
68 sciendum est, eum† qui sibi fundum tradi stipulatus est, in dubio
non videri id egisse,vt causa bonorum huiusmodi stipulatione com
prehenderetur.l.si rem tradi.ff.de verborum obliga. quapropter q
ita stipulatus est,fructus suos non facit,cum ex regula iuris ad do
minum,non ad eum qui in possessione sit, fructus pertineant.l.in
fundo.ff.de rei vendica.in ambiguis quoqꝫ qui rem tradi stipulatur
de huiusmodi traditione videtur intellixisse,ex qua fructus non de
beantur.l.in conuentionalibus.§.fina.secundum intellectum,quem
supra tenui.ff.de ver.obli. Cum ergo quisquam fundum certo die
tradi stipulatur,si promissor non tradiderit,in id condemnandus ē,
quatenus stipulator damnum passus est ⁊ lucrum amisit. sed nuꝫ in
fructus,⁊ opinor non debere,quoniaꝫ ⁊ si stipulator collegisset,fru-
ctus suos non faceret,sed restituere eos domino teneret̃.d.l.in fun-
do.vnde sua non interest habere,quod illicite haberet. ⁊ hoc mo-
do est accipiendum Vlpiani responsum.d.l.si fundum.ff.de verb.
oblig.qui si fundum,inquit,certa die prestari stipulor ⁊ per ꝓmis-
sorem steterit,quo minus ea die prestetur consequuturum me quan
ti mea intersit moram factam non esse. id enim est vnde omnis cali-
go in presenti articulo euagata est,est autem accipiendum in eo q
mala fide esset,⁊ idcirco fructus suos non facit in dubio enim casu
Vlpianus loquitur ⁊ quum quilibet res suas scire presumatur, le-
ge cum de indebito.ff.de probationibus.si quis dominus fundi nō
est,haud quaquam verisimile id eum ignorare,quin potius credit̃
scire eum res suas,⁊ consequenter fundum suum non esse, cum igi-
tur aliquis fundum simpliciter tradi stipulatur,⁊ scit fructus ad do
minum pertinere,non autem suos fieri,eius probabiliter non inter
est fructus sibi dari,quos restituere domino cogeretur. Iuriscon-
sultus autem generaliter locutus est a tempore more stipulatori qꝺ
sua iterest restitui. si eniꝫ est bone fidei possessor,sua interest habere
fructus,si male fidei,non interest.d.l.in fundo. Queret aliquis vn-
69 de† accidat,vt in stipulatione que reꝫ tradi ꝯcipitur bone fidei pos
sessori fructus a tempore more resarciantur, cuꝫ in stipulatione dā
di non ita sit.d.l.fundum. Cui ipse responderim. eum qui dare te-
neatur,esse vel debere esse dominum,cum qui dominus non sit,da-
re nequeat,donec igitur dedit facit fructus suos. Ceterum iniquuꝫ
id visum fuit,vt ex sua mora fructus lucraretur,quare placuit me-
diam viam eligi,vt post lit.contestatam in fructus collectos tenere
tur,at priore casu fructus ad dominum pertinent, vel eum qui loco
domini sit,puta quia bone fidei possessor,qua ratione si versus do-
minum,vel bo.fi.possessorem in mora sis,fructus tradere statim te
neris,si vero creditor tuus dominus fundi non sit,non teneris. Igi
tur in hoc articulo sic distinguendum potius fuit,vt cum is qui sti-
pulatus est tradi,nec dominus,nec loco domini est, nullo tempore
70 fructus rei accedant.l.datio.§.j.nisi† vacuam possessioneꝫ tradi sti
pulatus sit,nam hec causam bonorum continet.d.l.in conuentiona
libus,vt in principio operis demonstraui,si vero est dominus a tē-
pore quo mora facta est,fructus computabuntur.d.l.si fundum,ꝙ
si quisquam dari sibi stipulatur, tunc in Bartoli, communemqꝫ

sententiam vado, quod fructus ad lit contest a. tempore computan
di sint. d. l. videamus, sed cum dari ⁊ fieri spōdemus, fructus a tem
pore more collectos prestabimus. d. l. si stipulatus. Idem iuris est
si rem restitui petierim. d. l. videamus, quod ⁊ in actionibus bone fi
dei, vel earum naturam habentibus pleriq; existimant. Ias. in. l. si
filij. §. j. de verbo. oblig.

71 Tertia questio est, quemadmodū † id quod ex=
trinsecus interesse aiunt, in
condemnationem deducatur. Quem tractatum cum Barto. pluri
bus distinctiōibus explicauerit, nos qui eius vestigia imitamur, qu
que axiomatibus sumus enarraturi. Id igitur primum sit, cessio ex
trinsecus proueniens, que rem quacunq; prosequitur, in eius qō
interest estimationem ita cadit, vt eius ratio semper habeatur, ve=
luti si ancillam vendidero, ⁊ euictus si partus, in condemnationem
deducetur quatenus tua interest partum non euinci, idem si seruum
emero, cui sit delata hereditas, finge enim a te occisum, certe mihi
in omnem quoq; hereditatem teneberis, sed hic aduertendum est,
quia communi estimatione, quamuis seruo relicta sit hereditas, nō
tamen is carioris precij estimatur, vt Paulus scripsit. l. precia re=
72 rum. ad. l. fal. cuius responsum † vbi castigate legitur, recentiores.
mod. in re. l. filium quem habentem corrumpunt, at quod re vera
corruptum est, silentio transigunt: is autor, precia, inquit, rerum nō
ex effectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur, in=
uertunt quidam ⁊ finguntur malunt legere verum fictio ne hec est
an potius estimatio, nihil sane hec commune habent. Ipse vulga=
tam lectionem probo, accipiendum enim funguntur, id est functio=
nem recipiunt, hoc est estimationem que fungitur vice rei. est autē
in passiua significatione positum, quod ⁊ veteres in simili verbo,
vtor fecisse Gellius obseruauit, alij prodidere. maculosos autē cir=
cū fertur versiculus finem versus, quem nos ex antiquis codicibus
ita restituimus, sed nec heredem post mortem testatoris institutum
seruum, tanto pluris esse, quanto plus venire potest Pedius scri=
bit, est enim absurdum, meipsum heredem institutum non esse locu
pletiorem antequam adeam. Si autē seruus heres institutus sit, sta
tim locupletiorem effectum, cum multis causis accidere possit, ne
iussu nostro adeat, acquirit etenim nobis certe cum adierit. est au=
tem preposterum, ante nos locupletes dici, quam acquisierimus. ⁊
hoc modo legenda sunt eius responsi verba. Sed ⁊ dum dicitur,
eadem causa est eius serui, qui noxam nocuit, nec enim delinquen=
do quisq; preciosior fit, significat noxam nocere, delictum facere,
quod per noxe deditionem expurgetur. T. Liuius lib. ix. quando
quidem hisce homines iniussu Po. Ro. Quiritumq; fedus ictū
iri spoponderunt, atq; ob eam rem, noxam nocuerunt, quo Po.
Roma. scelere impio sit solutus, hosce homines vobis dedo. Hoc
autem dictum est propter estimationem, que augetur in lege aqui=
lia. Sed his omissis, ad rem ex diuerticulo redeamus cum constet
idcirco quod alicui delata sit per seruum hereditas, non censeri eū
ditiorem. d. l. precia. certe consequens est, huius accessionis in eo
quod interest rationem non duci. Sed tamen vt huic argumento
respondeatur, debemus scire, si hereditas mihi delata sit, cū in bo
nis meis ius adeundi comprehendatur recte nuncupari me locu=
pletiorem. Barto. in. l. post emancipatum. §. fina. ff. de libe. leg. sed
73 † cum seruus meus heres institutus est, non idem est, vt possim ip=
se locupletior dici non enim proprie tunc mihi delata dicitur here=
ditas, quippe delata est, quam quis adeundo consequi potest. l. de=
lata. ff. de verb. signi. at hoc casu adire ego nequeo. Quid enim si
seruus nec precibus nec minis flectatur, ⁊ aditurū se neget, qui ca
sus est in. l. cum proponas. C. de he. insti. ipse enim locupletior non
sum, ⁊ multo minus seruus cui nihil potest acquiri. Igitur vt om=
nes obices remoueamus, nō obstat primum argumentum, quod vē
74 ditorem † ancille euicto partu, teneri Iulianus scribat. d. l. venditor
ff. de euic. quod ⁊ in venditore serui probatur hereditate euicta. nā
vtroq; in casu ⁊ partus, ⁊ hereditas emptori semel acq̄sita fuerāt.
Unde ius habuit in re, non autem tantum spem, qua precia rerum
non augetur, quod vero Neratius scripsit in. l. vnde neratius. ff. ad
l. aquil. si seruum † occideris cui hereditas delata fuerit, teneri te.
75 l. aquilia in omnem hereditatem, ea ratione inductum est quia de=
liquisti, at in delictis quantumcunq; etiam extrinsecis interest, fit
condemnatio, quod infra disquirabimus, sed ⁊ quod ait lex si he=
reditas † amissa sit, quia seruus non exhibeatur, id damnum heredi
76 tatis estimari debere. l. sed ⁊ hereditas. ff. ad exhiben. in actione ad
exhibendum sibi locum vendicat que arbitraria est, ⁊ in qua iusiu=
randum in litem defertur. l. item videamus. §. si. ff. de in li. iu. Un=
de non ratio solum eius quod extra rem damni incidit, in ea initur
sed affectio quoq; probabilis est. ⁊ hoc modo possunt contraria ar
77 gumenta euitari. Ceterum † ⁊ specialis ratio Pauli responso, in

d. l. precia. ff. ad. l. fal. assignari posset, quapropter Bar. supra scri=
ptum axioma generaliter accipiendum videretur, quod enim ait
Paulus si hereditas seruo meo delata sit interim non esse me locu
pletiorem, nec huius lucri in eo quod interest rationem communi=
ter duci, procedere arbitror in communi rerum estimatione, que p=
pter deductionem ex. l. falcidia debetur aduersus legatarios, qui
ad lucrum admittuntur. quare si seruo meo delata sit hereditas, cū
cuilibet adire vel id minus libellum sit possum ego iussum seruo nō
prestare, ne videlicet adeat, nec id mihi damno versus legatarios
esse debet cum id in fraudem fieri nemo dixerit, si lucro abstineo. l.
qui autem. §. si seruum suum. ff. que in frau. cre. Igitur donec adijt
seruus, nihil amplius estimabitur, ⁊ id erga legatarios qui lucrum
spectant. at in iuribus, que aduersari supra demonstraui, dominus
cui resarciendum est damnum, de euitando detrimento agebat, ⁊ ve
risimile fuit, dominum vt seruus adiret iussurum fuisse, cum hoc do
mini vtilitatem respiceret. at priore casu iussus incommodum lega=
tariorum vergebat, non domini quapropter credibile fuit, dominū
prius non fuisse iussurum, quam cum legatarijs transegisset. ⁊ hoc
78 verius esse opinor, quam quod ibi Barto. commentus est secundū
Barto. axioma est, in re † que estimationem intrinsecus augeri nō
patitur, id quod extra rem accidit damnum representatur. l. nūmis
de in lit. iur. l. iij. §. fina. de eo quod certo loco. l. si penam. l. liber. ij.
§. fina. de verbo. obliga. quod cū estimatio intrinsecus augeri po
test, contra. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. ⁊ id cū
interest, quia non fecisti. exempli causa, quod Ulpianus ait, centū
apud te deposui, que cum repeterem, non tradidisti, estimatio hic
augeri nequit, centum enim aurei omni tempore centum valent. ha
bebitur igitur solum ratio eius quod extra ipsam rem meam inter=
est quid enim si pecuniam sub pena debui, ⁊ quoniam mihi deposi=
tum tradere renuisti, coactus sum penam soluere ⁊ dictū id Bar
toli communiter approbatur videamus quam verum sit. ⁊ in pri=
mis rationem nullam habere id videtur. Cur enim cum estimatio
non augetur, venit id quod extra rem interest, nonne vtrunq; simul
considerari potest, vt ⁊ estimatio augeatur, ⁊ quantum interest etiā
extra rem simul conueniat, nam Gallus Elius. l. videamus. versi.
preterea. ff. de vsur. scribit, si vestimenta aut scyphus petita sint, ⁊ ea
non prestes, non solum te condemnari in eorum estimationem que
quidem augeri potest, sed etiam in id precium, quod mercedis no=
mine capi potuisset, si ea locassem, hoc enim extrinsecus interest. sz
⁊ valida ratione idem conuincitur. cum enim in his rebus, que pre
cipuum intrinsecus accipiunt, rationem cessantis lucri habeamus.
d. l. videamus. ⁊ hac. l. quantomagis estimandū fuerit id quod ex
trinsecus interest, quatenus damnum respicit, multo etenim equius
est, nobis ne detrimentum aliquod patiamur succurri, quam ne lu=
crum perdamus. l. fina. C. de codicil. Uerum ⁊ illud aduertendum
est, Ulpiani exemplum. in. d. l. nummis, quod supra adduxi haud
quaquam sententiam communem adiuuare, cum enim centum pe=
nes te a nobis deposita abnegas, condemnaberis quidem in eo qō
mea extrinsecus interest, in alio non condemnaberis quoniam pe=
cunia certam habet estimationem. igitur in vtroq; damnareris nisi
alterum videlicet nummorum estimatio locum hoc casu non habe=
ret quamobrem nostre sententie assertor quoq; Fulgosius fuit, qui
duplici ratione communia insectatur, licet vtraq; non satis firma.
aiebat enim in oleo, similibusq; rebus accessionis extrinsece causā
facilius quam in pecunia admitti. l. oleo. C. loca. vt facile ⁊ quod in
tra rem ⁊ quod extra dānū emergit, simul computetur. aiebat rur
sus, id lege constare, si res vendita non tradatur, quanti interest em
ptoris agi. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. qō interdū rei precia egre=
ditur. ea enim verba, quanti interest, necessario extrinsecus accipi.
non enim intelligi possunt in eo quod nostra habere ex affectu inter
est nisi, quod verius est, ⁊ ego probo, responderis, de eo accipi qō
singulariter ob vtilitatem interest. id enim ⁊ in condemnationem de
ducitur, ⁊ rei precium plerunq; egredit̄. l. j. de act. emp. Ceterū no
stre huic sententie vnicū Pauli iurisconsulti responsum in. d. l. si ste
rilis. aduersat̄. qui nō per venditorem, inquit, steterit quominus rē
tradat, omnis vtilitas emptoris in estimationē venit, que non extra
rē consistit. Neq; enim si potuit ex vino puta negotiari ⁊ lucrū fa
cere, id estimandum est non magis quam si triticū emerit, ⁊ ob eā
rem q non sit traditum, familia eius fame laborauerit, nā nec pre=
tium tritici, nec seruorum fame necatorum consequitur. Huic respō
det Fulgosius, non omne quod extra rem damnum venit, emptori
rependi, sed illud tantum quod non omnino est impertinēs. cur. n.
non preuidit emptor hoc accidere potuisse, vt venditor triticum nō
traderet, sibi igitur aliunde interiz parare debuerat, nec canto pa=
trifamil. conuenit dicere non putaram. Responsionem hanc Ful=
gosij ipse non approbo, quando quidem vulgo dicitur, exempla re=
gulam

gulam non arctare, cum enim iurisconsultus semel dixerit vtilitatē,
que extra rē consistit, non estimari, sequentia exempla restringere
dictum non debent. Nam ⁊ quod ratio cessantis lucri habeatur ne
quaquam impertinens est, ⁊ tamen negat lex estimari. Igitur alio
modo censendum arbitror, ⁊ illud affirmandum hoc in tractatu ex
contractu emptionis ⁊ venditionis, ad ceteras promissiones argu
79 mentis non inferri. Hoc enim † in contractu etiam versus negocia-
torem, lucri cessantis ratio non habetur. l. fina. ff. de peri. ⁊ commo.
cum tamen in reliquis casibus habeatur. d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod
certo. Itaq; puto generaliter concludendum, non solum eius quod
intra rem, sed etiam simul eius quod extra rem nostra interest, ra-
tionē habendam, aliud tamen esse specialiter inductum in emptio-
nis ⁊ venditionis contractu. nam cum emptor ⁊ venditor simili iure
censeantur, ⁊ quod passim aiunt, sint correlatiua, non debuit alter
plus altero grauari. l. ij. C. de cupre. li. xij. d. l. fi. ff. de peri. ⁊ cōmo.
rei. ven. Cū igitur id statutum esset, vt emptor si pecuniam non tra-
deret, in vsuris solū legitimis condemnaretur, equum fuit vt ven-
ditoris quoq; mora nihilo durius puniretur, vnde si rem venditam
non tradit, solum in eo quod intrinsecus interest damnatur, id eniz
quod extra rem versatur, legitimum vsurarum modum excedit. l.
oleo. C. de vsur. Tertium Bartoli axioma est huiusmodi. Cum
80 quis † non negligentia, sed ex male facto reus est, puta quia tradi-
dit rem non suam, si scienter quicquid etiam quantumcunq; extrin
secus interest. d. l. Titius. ff. de act. empt. si ignorans, vsq; in duplū
tenetur, si vero ignorans vitiosam rem tradiderit, tenetur quanti
minoris. l. iulianus. ff. de act. emp. preterquam is qui vas vitiosum
prestitit. l. tenetur. §. si vas. ff. de act. emp. probatur hec sententia ex
Pauli, Africaniq; responsis, alijsq; item legibus. Uerum supra
admonui, ea responsa male fuisse a ceteris intellecta. quoniam ex
eorum verbis ostendi etiam in sciente rem alienam procedere vt ad
duplum solum conueniatur, nam ⁊ non comprehendi eum casuz sub
81 hoc axiomate existimaui, non enim † qui rem alienam vendit, veruz
est male facere. immo rei aliene venditio valet, ⁊ satis facit emptor
is qui de euictione se obligat. l. rem alienam. ff. de contrahen. emp.
82 Igitur in diuersam sententiam eo, atq; opinor, quoties † ob rez alie
nam traditā agatur, siue imprudens venditor siue sciens fuerit, qua
tenus emptoris interest omnimodo condemnandum, ita ne duplu3
egrediamur. d. l. Titius. quod si ob id agimus, quia male factum,
83 veluti cum venditor † sciens tignum vitiosum, vel ouem morbosam
tradit, inde quicquid detrimenti emptor consequitur, puta lapsa do
mo, vel corrupto grege, omne resarciendum est. d. l. iulianus. quod
in ignorante venditore non ita est, solum enim agitur quanti mino-
84 ris. ¶ Uerum dubitauerit aliquis cur cum † venditor rem alienā
ignorans tradit, non tenetur quanti minoris actione in. l. titius. res
pondeo, si emptor sciuisset alienam, verisimile est nullo pretio ab eo
empturum, at quando res non aliena est, sed vitiosa est, viliori pre-
tio saltem vendibilis est, expedit itaq; tunc quanti minoris agere,
quid maxime probo, cum vitium rei affixum est. Dixerit aliquis,
85 cum venditor sciens † rem vitiosam tradit, Iulianus ait quanti ꝙ-
ti emptoris interest damnari, nomine id presenti constitutioni ad-
uersatur, qua traditum est in contractu emptionis ⁊ venditionis
duplum non excedi, Barto. in. iij. oppo. respondet, omne illud
quanti, quanti emptoris interest. simplam quantitatem esse quate-
nus communiter interest, id ego non probo, quoniam supra demon
straui hanc constitutionem ita intelligendam, vt condemnatio in id
ꝙ interest non fiat vltra duplum vel pretij conuenti, vel vbi nihil cō
uentum sit pretij singularis. d. l. titius. at in casu Iuliani exceditur.
Tignus enim tibi fortasse venditus est decem, ⁊ domus diruta du
centis valet, igitur ex hac constitutione duplicanda fuerant sola de
cem. itaq; Fulgosius. in. d. l. iulianus, aut, inquit, id ꝙ interest in lo
cum rei principaliter in obligationē deducte succedit, ⁊ nunquaz ex
cedit duplum eius pro quo subrogatur, aut principaliter ex seipso
ꝯsideratur, ⁊ excedit vt in casu supra scripto Iuliani, cum enim agi-
tur ex maleficio, simplum certum non est, vnde tunc secundam con-
stitutionis partem attendimus, sed aduersus Fulg. deduci videtur
quod constitutio duplum ex precij conuenti quantitate deflectit. qō
cum in iuliani questione certum sit, non possumus dicere incerto-
rum casuum regulas obseruari, quid censebimus, Accursij senten-
tiam, licet Bart. confirmauerit, nequaquā supra admisi, qm̄ nimis
ꝯstitutio coarctaretur, si cā disponere tm̄ dicamus circa duplū pre-
tij singularis, nam ⁊ in Iuliani casu predicto, quod communiter in
terest, tantum esse non crediderim, quoniam, vt etiam Alberi. no-
tauit, id accidere potest, vt domus cui tignum vitiosuz intuli, ex sin
gulari aliqua ratione mihi carior esset, nec tamen ex lege nostra cō
siderabitur domus, vti singulariter mea interfuit non dirutam vsq;
ad duplum, sed tigni estimatio duplabitur. d. l. titius. Cynus, diffi

cilis hec, inquit, est oppositio ⁊ cornuta. Martinus ⁊ Bulgarus
nostram constitutionem editam esse, vt solum quod intra rem inter-
esse coarctaretur, existimarunt, Iulianum vero loqui cum extra rez
interest, quod summe displicet, lex enim hec nostra generaliter in-
troducta est, vt omnes veterum difficultates tolerentur. quamobrez
Iacobi Rauen. Petriq; sententiam probo, quam Nicola. Mat
the. Alberi. q; Rosates sequuntur, nec aliter credidisse videtur
86 Fulgosius, vt cōmunem hanc putem. ab his traditum est, in † ven-
ditione tigni duplicem obligationem versari, rem tradi, ⁊ vitiosam
non tradi, venditor itaq; tradere tenetur, ⁊ quod bona fide tradet.
cum ex eo capite agitur, quia tignus non sit traditus, obligatio est
certa, ⁊ dupluz stimatio more non egreditur, cum ex alio agitur qa
in dolo malo, es, ⁊ vitiosum tradidisti ratione doli obligatio est in-
certa. hoc enim vitiose tignum non tradere, certam estimationem
natura, vel qualitate rei non habet, ⁊ ideo condemnatio fit quanti,
quanti interest. idem iuris est in pecude morbosa nec aliter Mar
tinum, Bulgarūq; sensisse opinor, licet mutile ⁊ nimis laconice scri
pserint. Ceterum etiam dum Barto. quando quis rem vitiosam
ignorans vendit, actione quanti minoris conueniri affirmat, non sa
tis penes me hoc constat, cum alibi legatur, si tibi agrum locem, in
quo mala herba nascitur, ⁊ propterea pecuascere non possis, te ad
pensionem non teneri. l. sed addes. §. j. ff. loca. non solum quanti mi-
noris non agitur, sed nihil penitus petit̄, nisi dixeris ex eo vitio fun
dum penitus inutilem reddi. quod nō satis probo, magis etenim il
lud arriserit, si intelligamus idcirco omnem pensionem a colono re
tineri, q̄ ex morte pecoruz tantum detrimenti fuerat passus, aliogn
si malam herbam resecauerit, euulseritq;, nihil obesse videtur, quo
87 minus solum quanti minoris conueniar. † Quod autem prosequit̄
Barto. in vase vitioso vendito idē iuris esse, siue sciuerit, seu igno
rauerit, ⁊ venditorem non quanti minoris, sed in omne prorsus qō
intersit conueniri, videtur carere ratione. cur enim id in vase specia
liter inductum est, merito itaq; Accursij sententiam Fulgo. probat
is nihil in vase specialiter fieri scripsit, sed solum obseruari, vt si res
quarum vitium probabiliter ignorari possit, venundentur, venditor
ignorans quanti minoris iudicio solum teneatur, quod si non facile
fuit. vt ignoraret, in omne quod intersit condemnari. l. tenetur. §. sed
si vas. ff. de act. emp. Uerum nec hoc ipse probauerim, cum facili-
tas hec dignoscendi vitium, vel id minus, sic facti, que augere eius
ꝙ interest condemnationem non debet, nisi quatenus probetur. l.
quatenus. de reg. iur. sed ⁊ quid si pecus sit morbosum, vel tigillus
cariosus vt facile dignosci possit, si tamen venditor ignoret nonne
conueniri quanti minoris lex ait. d. l. iulia. que generaliter hoc san-
88 xit. nā ⁊ contrariuz potius distinguēdum fuerat, cum in rei † vitio-
se venditione minus emptori succurratur, cum vitiū facile pōt agno
sci, quam si non sine industria deprendatur. l. j. ff. de edi. edi. quapro
pter Ulpi. si intelligatur, inquit. vitiū morbus ve mancipij, vt ple
runq; signis quibusdam demonstari solent vitia, pōt dici edictum
cessare, ⁊ ratio in promptu est, sibi enim suam negligentiam emptor
imputet, qui vitium minime latens statim non deprenderit. Igitur
a maiorum traditionibus discedo, interimq; hoc magis probo, vt
89 distinguamus † an res vendita seu locata, ob vitium penitus sit inu-
tilis, ⁊ hoc casu venditor, tametsi ignarus, in omne quod iterest dā
nabitur. nam vas si vitiosum sit, puta q̄ vinum efluat. nullius com
modi est, vasorum enim ea est natura, idcirco emantur, conducatur
ve, quia vino impleri possint, hoc igitur vēditor tenetur scire, alio-
quin est in culpa, aut res vendita ex huiusmodi vitio non est peni-
tus inutilis, sed solum depreciatur, ⁊ tunc quanti minoris experiun
dum est. nam pecus infirmum penitus nullius commodi non est, si
cut nec tignus vitiosus, si enim onera grauia nequibit ferre, sustine
bit saltez leuia ⁊ distinctio hec probatur ex natura actionis, nam ꝙ-
ti minoris actio rem nihil penitus valere non arguit, sed minoris va
lere. vnde cum res ratione eius opere ob quam emitur, sit omni-
no inutilis, non ea actio competit, sed per actionem ex contractu
quantum est quod emptoris intersit, resarcitur quoniam dominus
scire debuit rem suam, an satis idonea esset opere cui principaliter
conueniret. Accursius hoc in articulo plurifariam anceps fertur,
cuius dissentiones referre operepretium non arbitror, quandoqui-
dem ⁊ nostra sententia eo confirmatur quod. d. l. tenetur. §. sed si
vas in vase non integro, ⁊ quod defluat, semper loquitur, quod of-
fendit ex eo vitio reddi nullius commoditatis. ¶ Quartū Bar-
toli axioma in hanc formam est, in contractibus qui vtriusq; con-
90 trahentis gratia fiunt, qualis est venditio, si seruus † vendatur em-
ptor nō aget contra venditorem, nisi scientem, ⁊ qui tacuerit. d. l. sed
addes. §. j. quod in rebus inanimatis est secus. Uidenda primo
est ratio differentie, ⁊ priore casu idcirco succurri venditori credi-
derim, quia facile potuit a seruo decipi. l. cum plures §. si seruum. ff.

loc. vitia enim in homine facillime latent, ⁊ propterea reprensionis
⁊ maledicente Deum Momum tradunt veteres, tribus in rebus
Iouem arguisse, quod capris cornua inutiliter fecisset, vtpote refle
xa, nec quibus se tueri possent, quod tauris eadem non in barmis
posuisset, sic enim futurum vt valentius impeterent. quod homini
in pectore fenestras non aperuisset, vt inde eius mens cognoscere-
tur, ne deciperet, plerunqꝫ enim accidere, vt quos exterius pulcher
rimos censeas, animo sint fedissimo. Sed ad rē, si Bartoli verba
simpliciter acciperemus, aperte reprendi possit, quoniam ex tradi-
tione serui, vt obliger in eo quod extrinsecus interest, sufficiat etiaꝫ
si ignorauerim, qꝛ ob malam electionem sum reus culpe. d. §. si ser-
uum, quod procedit generaliter cum seruum a me conduxisti, vel
emisti. Itaqꝫ Bartolum intellexisse crediderim, cuꝫ simpliciter me
cum egisti, vt locarem Stichum, nam si is tibi furtum fecerit, nil
teneor, nisi sciuerim eum esse furem, sed ⁊ dum idem distinguit, an
probabiliter ignorari vitium a me potuerit, supra confutaui. Quin
91 tum axioma sic explicatur in † contractibus qui alterius contra-
hentium causa solum fiunt, puta dantis, vt depositum, is qui dat, te
netur in omne qualitercunqꝫ intersit sciat seu ignoret. l. in rebus. §.
item qui sciens. ff. com. l. penulti. eodem titu. at si causa recipien-
tis fiant, sciens tantum tenetur, ignorans vero seruum pro noxa dā
do, liberatur. in. l. si seruus. §. quod vero. ff. de fur. Casus hi clarissi
mi sunt, quia ita expresse a iurisconsultis proditū est, qui distinctio-
nis quoqꝫ rationes afferunt. nodus ergo in scirpo querendus nō
est solum aliquid dubitationis est in mandato, cum alibi lex inter
causas. §. si seruus. ff. manda. generaliter dicat, si seruus, quem vt e-
meres mandaui damnum tibi intulit, me teneri, alibi vero distin-
guat, vt liberer eum pro noxa dando, sed quia id recte Accursius,
⁊ ceteri extrinsecant, vlterius non existimo agendum. Ceterum
quonia in plerisqꝫ superius a Bartolo recessimus, ex nostra sen
92 tentiam breuiter † sic fuerit dicēdum. in contractibus non recipro-
cis promissor pecunie post moram, ⁊ quod intrinsecus, ⁊ quod ex-
trinsecus interest, representare debet. d. l. nummis cum generaliter
vero querimus, in omnibus contractibus, accessionem rei quaqua
tendat comitem considerari. d. l. venditor. in contractu autem ven-
ditionis quod extrinsecus interest, quia non factum quod fieri de-
buerat, non rependitur. d. §. cum per venditorem. in ceteris contra
ctibus rependitur, quod si venditor est reus quia male fecit, si sciēs
omnimodo condemnatur dicta lege iulianus. si ignorans, aut res
vendita emptorem nihil propter vitium iuuat, ⁊ idem iuris est. d. l.
sed addes. §. si vas, aut aliquid iuuat, ⁊ agitur quanti minoris, quod
si venditor iniuste tradidit, quia rem alienam, in id quod extrinse-
cus interest emptoris, condemnatur. d. l. titius. dum tamen dupluꝫ
non egrediamur, in alijs distinguo, vt ex Africani respōso constat,
titulo de furtis. d. l. si seruus.

Superest quartam vt questionē

93 explicemus, num † videlicet hec constitutio in maleficijs, seu deli-
ctis locum sibi vendicet. Accursius, Bartolus, ⁊ ceteri communi
ter vendicare sibi locum affirmat. ¶ Sed in hanc sententiam illud
torquetur, quod ex communi interpretatione in responso Iuliani.
in dicta. l. iulianus, superius retuli. si enim vt te decipiā, tignum ti-
bi vitiosum vendidero, ⁊ domus corruerit, omne tibi detrimentum
resarcire compellor quod nedum duplum, sed decies decupluꝫ po
test excedere. illud item adducitur, finge sub pena ducentorum au
reorum promisisse me tibi librum commodaturum. Titius furatus
est librum quapropter coactus sum ducenta soluere, cum liber de-
cem non excederet, num Titius resarcire mihi hanc penam debet,
certe constat debere. l. inficiando. §. fina. ff. de fur. ecce igitur quem-
admodum excedatur duplum rei finge te vi aut clam aliquid mihi
damni intulisse, ita debes damnari, vt eodem statu cōstituatur, quo
forensi nec vi, nec clam aliquid fecisses. l. semper. §. in hoc interdi-
cto. ff. quod vi aut clam. poterit certe id duplum estimationis dam-
ni egredi, ⁊ ita censuit Petrus, nec nostra hec constitutio aduer-
satur, quia ⁊ ex verbis ipsius ⁊ ex exemplis apparet in contracti-
bus solum procedere, quod ⁊ inter Baldi responsa Signorellus
Homodeus retulit. consil. lxxj. in. j. Is si, inquit in fluuio commu-
ni molendinum edificem quod tu prohibeas, quia tua intersit ne id
faciam, veluti quod tuum non ita frequentabitur, nihilominus in-
iuste te id facere, quoniam ratio cessantis lucri in contractibus ha-
betur ex presenti constitutione, non idem in ceteris factis igitur cō-
stat constitutionem in contractibus solis loqui. posset tamen dici de
licta ratione doli mali incerta esse, ⁊ idcirco secundum constitutio-
nis casum attēdi, vt quicquid sit quod interest refundatur, ⁊ hoc probo, nec
aliter Iac. Pan. Pet. Cy. Alb. Ros. Mar. Bul. senserunt, ⁊
communiter fere tenet si ita declarauimus.

Prosequitur in constitutione, cuꝫ sci-

94 mus esse nature congruum, ⁊c. † Ex qua parte legis Cynus Bar-
tolus atqꝫ alij annotauerunt, penas in iure coarctari, nec in infini-
tum posse progredi. ⁊ penas legales quadruplum non excedere sa
tis constat. §. omnes, instituta de actio. sed dubium est, quid in con-
95 uentionalibus ⁊ distinguit Accursius an per mutiplicatiua † nomi
na, an per numeralia stipulatio concipiatur. quod Gallici docto-
res reprobant, cum verborum differentie futiles sint. id tamen faci
liter reijcitur, cum has differentias iure fieri plerunqꝫ viderimus.
Exemplum vnum proponere interim sat fuerit, cui testator per ver
ba numeralia reliquit puta lego Titio centum potest in testamen-
to esse testis. §. legatarijs. institu. de testamen. quod si dixerit, relin-
quo tertiam partem hereditatis, licet hec portio sit minor centum
tamen non potest esse testis. vtcunqꝫ sit, communiter doctores Ac-
cursium suprascripta ratione damnāt, Bartolusqꝫ aliter distinguit
in. l. stipulatio ista. §. aliter. ff. de verborum obligation. cum certa est
simpli quantitas, pena vel quadruplum potest excedere, cum incer
ta non potest, quoniam verisimile non est voluisse contrahentem in
tanta summa condemnari, vitandaqꝫ hoc casu erit infinitas, que ra
tio fragilis est, cum in genere potuerit promissor simplum, quan-
uis incertum estimare, ⁊ sibi imputare debeat qui voluit quadru-
plum egredi. Igitur constitutionis verba de legali pena accipien-
da sunt. Bald. ⁊ Ioan. ab Imola. Bald. hic Imol. ⁊ Alexand. ⁊
Iason in. d. §. alteri. existimauerunt per simplicia nomina, neqꝫ qua
druplum posse excedi, quod ⁊ Alexander quibusdam rationibus
96 confirmat, quibus Iason respondet. † Ipse crediderim conuentā
penam aliquo modo egredi non posse, id quod cum legitimis vsu-
ris vere interest. Que sententia tribus rationibus adiuuatur. Pri
ma he pene eius quod interest loco subrogantur. l. fina. ff. de preto.
stip. igitur eius naturam imitentur, ne illud excedant. Secūda, lex
nostra, quatenus taxationem eius quod interest cohercet, argumē-
tatur a penis, igitur vltra legis restrictionem pene exendi non pos
sunt, aliter enim argumentum non valeret nec dicat quisquam con-
stitutionem loqui in penis legalibus, quia probabilius est ad con-
uentas respexisse, que loco eius quod interest subrogantur. Tertia
ratio, ex Papin. responso elicitur. l. iulianus. §. idem pap. ff. de ac.
emp. is frustra dupli penam adijci promissionibus author est, quia
sic faciliter legitimus vsurarum modus excederetur, an ergo pe-
nam excedere non posse id quod vsurarum ratione habita interest,
nec illud responsum in eo intelligendum est, qui fenerare soleat, nec
item in obligationibus tantum dandi, sed etiam in factis, sic subsit
similis suspitio. Illud non negauerim vbi suspitio fraudis nulla
sit, in Bartoli sententiam me accedere, at cum simplum est in-
certum, tunc dubio procul duplum excedi nequit, idque omnes
probant.

Postremo lex ait, ⁊ hoc non so-

lum in damno, sed etiam in lucro ⁊c. Notandum his ex verbis est,
non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis rationeꝫ ve
teres habuisse. Quapropter ⁊ in eo statuitur, vt duplum non exce-
dat pretij conuenti. Pro declaratione igitur huius articuli statuen
dum est, quemadmodum generaliter lucri cessantis ratio habeatur
⁊ vt aliorum ambages missas faciamus, duobus verbis id habe, ra
97 tio † lucri cessantis, quod verisimiliter aliquis fecisset, regulariter ha-
betur, vt hac. l. cum similibus. id non procedit, si lucrum illud cum
alterius iniuria acqreretur. l. si is cui. ff. de fur. ideꝫ iuris est in em-
ptionis venditionisqꝫ contractu. d. l. si sterilis. vt vtrinqꝫ equalitas
seruetur, vt. s. declaraui.

FINIS

Antonij Fumei Parisiensis Iureconsulti Tractatus, De eo quod interest.

SUMMARIUM

1 Interesse neutro genere a iurisconsul. vsurpatum.
2 Interesse quid sit. vbi & iurisconsul. diffinitio aduersus doctorum argutias defenditur.
3 Estimatio eius quod interest reipu. mulieres dotatas esse, aut maleficia non remanere impunita, possit necne fieri.
4 Damnum pro damni estimatione apud iurisconsul. reperitur.
5 Damnum in diffinitione eius quod interest quam significationem habeat.
6 Damni estimationem frustra petit, qui damnum iure passus est.
7 Aut, vel cuiusmodi particule sint, & quis sit earum effectus in ordine.
8 Lucri cessantis ratione agitur ad interesse licet nullum damnum datum sit.
9 Damni appellatione lucrum cessans non venire.
10 Interesse rectius ne diffiniatur per rei pretium, quã per damni estimationem.
11 Interesse loco succedit nonnunquam illud, quanti erat res non obquam agitur.
12 Interesse diffinitio per Jac. rauennatem tradita examinatur.
13 Interesse num recte hactenus a doctoribus diuisum sit in commune, conuentum, & singulare.
14 Relatum non est idem cum eo ad quod refertur.
15 Interesse vnicam tantum speciem esse non triplicem.
16 Iuratur nonnunquam in litem super eo quod interest.
17 Species sola mediocritate non distinguuntur.
18 Actio quod metus causa datur ad quadruplum in quo rei pretium continetur.
19 Penam conuentam non esse interesse.
20 Interesse diuiduum est, pena autem obligatio est indiuidua.
21 Interesse aliud intra rem aliud extra rem.
22 Interesse intra rem seu intrinsecum quid sit.
23 Usure non proprie veniunt nomine fructuũ, licet pro fructibus nõnunquam ponantur.
24 Hereditas seruo relicta comprehendatur ne sub interesse intrinseco an sub extrinseco.
25 Hereditas seruo relicta, eo euicto vel non tradito quando veniat in rationem eius quod interest.
26 Interesse extrinseci ratio habetur in actione legis aquil. & nu. 40.
27 Seruitutes non esse in bonis nostris quomodo intelligendum.
Seruitus etiam venit in rationem eius quod interest.
28 Venditor non tradens rem venditam tenetur emptori ad interesse intrinsecum, non ad extrinsecum.
29 Vendens rem vitiosam ad cuiusmodi interesse teneatur.
30 Interesse intrinsecum venit in actione ex locato, non etiam extrinsecum.
31 Interesse intrinsecum venit in omnibus bone fidei iudicijs, non etiã extrinsecum.
32 Extrinsecum alicui rei quid dicatur.
33 Interesse etiam intrinsecum non venire in actibus stricti iuris.
34 Stipulationis vacuam possessionem tradi effectus.
35 Fructus fundi venditi ex quo tempore debeantur obligatione per stipulationem nouata.
36 Interesse veniat necne in obligatione nummorum.
37 Interesse cuiusmodi veniat in arbitrarijs actionibus.
38 Verba in contractibus expressa semper aliquid operari debent.
39 Interesse et extrinsecum venit in actione furti quam dominus intẽdit, non etiam si alius, qui dominus non sit, agat furti.
41 Actio ad exhibendum cui detur.
42 Interesse etiam extrinsecum venit in actione ad exhibendum.
43 Contractus quando dicatur certam quantitatem continere.
44 Quantitatis appellatione speciem nonnunquam venire & econtra.
45 Quantitatis appellatione quid proprie veniat.
46 Verba in odiosis sunt restingenda.
47 Contractus omnis suam substantiam, legem, & naturam habet.
Substantia contractus quid sit.
Lex contractus quid sit.
48 Natura contractus quid sit.
49 Mutui contractus quam naturam habeat.
50 Natura contractus innocenti (do vt des) qualis sit.
51 Contractui stricti iuris nihil ex natura inest, nisi quod expresse dictum fuerit a contrahentibus.
52 Contractus certam naturam habentes qui dicantur. Iustinianus in l. vnica. C. de senten. que pro eo quod inter profe.
53 Dupli ratio quomodo sit ineunda, cum de eo quod interest, tractatur.
54 Obligatus ad faciendum an liberetur soluendo interesse, an vero cogi possit precise ad factum, & nu. 59.
55 Intellectus ad l. stipulatio. §. siue autem. ff. de oper. no. nun.
56 Condemnatus ad rem aliquam restituendam an & quando precise cogatur restituere.
57 Scribere librum si promisit, non posse precise ad id fructum cogi, contra quem Accur. ac Bar. opinati sunt.
58 Intellectus ad l. sed & he. §. preter. ff. de procur. atq; insibi conciliatio eiusdem. §. preter. cum. l. non cogendum. ff. eo. titu.
60 Intellectus ad l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. de eo quod metus causa.
61 Obligatus ad factum conueniri potest sine alia interpellatione nõ solum, vt faciat, sed etiam vt si non fecerit, prestet interesse.
62 Alternatiue obligationi vtrunq; inest, donec alterutrũ sit exolutum.

Qui de eo quod interest, pro iure ciuili scripserunt, mihi videntur optimo iure Dedali nominandi, struxerunt enim multis ambagibus inextricabiles vias, vel potius peruia queq; suis in celũ imẽsis cõmẽtarijs, & satis meabiles locos occuparũt. de ijs ita semp preter quorũdã opi. cẽsui, qui putabãt hũc pũctũ sic hactenus tractatum fuisse, vt dum eo illũ sub incudẽ renoco, videar apud illos Penelopes (qd aiũt) telã retexere. Nos vt poterimus, recta trãscẽdemus, tutiq; itineris vestigia sequentibus parabimus, nihil nisi priscos iurecõ. repetẽtes, a quibus iã pene desciuimus. opz aũt in primis (qz ois nostra disputatio est d eo, qd interest) añ definire quid sit id quod interest. Omnis enim que a ratione suscipitur de aliqua re institutio, dz a definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur.

Antequam perueniamus ad definitionẽ eius qd interest, permittã aliquid de titulo huius negotij. Vocãt. n. fere oẽs iteresse, cuius vt insolẽtis vocule veniã petijt Alciatus in eo suo libro. de eo qd interest, qz nõ putauit Latine dici posse, interesse in substãtiuo, quin potius apud iuriscõ. quos pure loqui nõ diffitet̃, nõ legi affirmat. Facilius vero, vt ego spero, huius vocule venia mihi dabit̃, ẽt nõ postulata, q̃z illi erudito viro, &
1 lingue Latine cẽsore exactissimo, nec dubito noiare Interesse, † qppe q apud iuriscõ. inuenerim esse vsurpatũ, in. l. qd sepe. in fi. leg. ff. de cõhẽ. emp. in. l. debitor decẽ. ff. de legatis. ij. Et si Latine dicimus tuum scire, vt in illo.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
Cur non item dicemus, tuum interesse? Si itẽ & illud eisdẽ persij,
Tunc cum ad canonicem, & nostrum illud viuere triste,
Aspexit.
Et illud eiusdem.
Velle sui cuiq; est, nec voto viuitur vno.

Totã aũt hãc nr̃am actionẽ, vt oibus sit apertior distribuemus in
2 quinq; capita, ex qbus primũ hoc erit, qd sit id qd interest. † Id qd interest, est dãni dati vel lucri cessantis estimatio. Nemo ex interptibus adhuc talẽ attulit definitionẽ, sed illã nobis tradidit Paulus q̃uis nõ tã definiat q̃z scribat, in. l. si cõmissa. ff. rem ratã habe. Vbi si cõmissa (inquit) sit stipulatio rẽ ra. haberi, agit̃ ad id qp interest. i. q̃tũ mihi abest, q̃tũq; lucrari potui. Hãc aũt definitionẽ nr̃am q̃ suis numeris cõstat defendamus ab illis oibus icursionibus q̃ fiunt ab eis, qbuscũ in hoc cãpo certãdũ est. Pugna primũ aduersum nos qd dixit Bar. in. l. vnica. C. de sen. q̃ pro eo qd interest proferunt̃. Aliqñ. n. inqt, agimus ad id qd interest, qñ lucrũ emersit, & cessauit dãnũ, cuius rei est exẽplũ in. l. si fideiussor. ff. de lega. j. Veluti ẽt, inquit, cũ legatarius repudiauit legatũ interest heredis ne amplius petat legatũ. Id aũt qd sua interest, est dãnũ cessans, qz illius debitor erat, & lucrũ emergẽs ei, q ab debito liberatus est, putauit Alciatus esse arg. qd Greci antistrephon appellãt Latini reciprocum, cuiusmodi est illud exẽplũ Gellij, in cap. x. lib. v. Noctiũ Atticarum. Dicimus aũt reciprocũ argu. qñ sola inuersione capitum inuertit̃ totũ arg. Quod sane nõ video hic fieri. Quod. n. (vt inqt) lucrũ emergẽs & dãnũ cessans faciãt vt nostra itersit, hoc plane falsum est, ob idq; nec inuertit̃ nostrũ argu. Si. n. ex cuiusq; facto nõ infert̃ mihi dãnũ, nihil mihi abest, nec occupat̃ lucrum, quo pacto

querat vel dicã ob factũ illud mea interesse? Cũ.n.dicemus id qđ interest dãni dati aut lucri cessantis estimationẽ esse facimus eius qđ interest necessariã cãm dãnũ datũ vel lucrum cessans. Si vero vtrũq; abest, q̃r vt amplius habemus qđ nostra interesse dicamus? Cũ aũt mihi res legat̃ fateor me ex ea re facere lucrũ, ⁊ tñ mea iter est habere illã rẽ legatã. Uide qũo ego planũ hoc facio, ceteraq; que similia huic adferunt̃ exẽpla. Id qđ interest nõ est (vt plenius suo loco dicemus) ipsa res.l.hec verba.ff.de ver sig. sed cũ his, q rem mihi dz, cessat in solutione, tũc parata est mihi aduersus illũ, q dz, q̃r iniuste qđ meũ per legatũ, aut donationẽ factũ est apud se retinet, ⁊ impedit, facitq; cessare meũ, qđ ex ea re facere debeo, lucꝝ. Hec lippis ⁊ tonsoribus, credo, patent, neq; nostrũ est negotiũ diutius in leuibus istis versari, alio alie res me vocãt, ⁊ hec nil nisi sunt verborum aucupia, quibus miseros quosdã videas torqueri.

Aliud est quod huic definitioni obstare vĩ, idq; p̃mus monit Bar. quia nos dixeri
3 mus id q̃ interest esse estimationẽ dãni, nos ꝯ, inquiunt. † Aliqñ nostra interest sine vlla tñ estimatione, vt in illo de.l.j.ff.sol.ma.vbi, Interest (inquit) Reipu. mulieres esse idotatas, ⁊ tñ nemo id estimauerit. Ut est ẽt aliud qđ vulgo est, Interest reipu. delicta nõ remanere impunita, ⁊ ne quis re sua male vtat̃. Alciatus satis fatet̃ id qđ sic interest, tanti esse, vt nullo pretio liceri possit, cũ enim id deduci in iudiciũ ineptũ sit, quid attinet sub definitione cõprehendi? At ego aliter sentio, ⁊ sub hac definitione ꝯtineri probo, nemo nescit id, qđ reipu. interest, q̃r multos cõplectit̃, vix estimari posse, certoq; vero pretio adduci, attamẽ qđ sic petet̃ a ꝓcuratore aliquo fisci vel reipu. nõ oĩno erit frustra, ꝙuis.n.vera eius rei, que comparari nõ põt estimatio nõ fiat a iudice, aliquid tñ eius rei nomine adiudicari solet. Ueluti si maleficiũ factũ ꝓponat̃, procurator reipub. intendet suã actionẽ aduersus illum, qui deliquit, vt penas meritas luat ⁊ illa pena sic afflicta dicet̃ esse qđ reipu. interest, q̃r eius interest delinquentes ijs penis, que ceteris terrorẽ incutiant ⁊ a delictis auocẽt, affici. ideq; de alijs erit iudiciũ, vt q̃r tanti posset esse id qđ reipu. singulariter interest, qđ emptorẽ nõ interuenerit, melius visum, vt de cõi tm̃ estimatione vel legibus vel ꝯsuetudine cõstituta daret̃ iudiciũ, vt in.l.p̃tia rex.ff.ad.l.falci. ⁊ hoc recte cadet in speciẽ eius, qđ interest singulariter, de quo suo loco plenius. Est ⁊ aliud, quo fortasse nõ putabũt multi nostrã dẽfinitionẽ posse cõstare, qđ sane euacandũ est, ne quid sit qđ eius luminibus officiat. Cum dicimus id qđ interest esse estimationẽ damni, non comprehẽdimus id, qđ singulariter ⁊ ex sola affectione nostra interest, q̃r mea interest habere illũ fundũ, quẽ peto potius, ꝗ̃ quoduis aliud, ⁊ sic id qđ interest, est ille fundus, nõ aũt estimatio, seu pretiũ. Sed vide de qũo hec recto sensu capias, q̃r non habeo fundũ, q meus est, peto illũ mihi reddas, qđ si nõ feceris, q̃r magni mea interest illũ habere ago ꝯ te ad id qđ mea interest. Si enim pro fundo agerẽ male peterẽ, id qđ mea iteresset nõ habere fundũ, q̃r hec inuicẽ pugnãt si.n.ꝯsequor fundũ, quẽ peto, quid iam amplius mea interest? Estimatio ergo dãni est pretiũ illud seu queuis alia res, que subit locum eius, qđ petit̃, q̃r nõ potest id dari, vel inueniri. Annotemus autez singula queq; verba definitionis primũ ab ijs incipiamus. Id qđ interest, est dãni dati.c.nos in ea re discessimus ab Accur. qui dixit esse dãnũ datum, qđ sane est ineptum. Tantũ.n.abest ⁊ damno ad eius estimationem, quantũ a pretio ad mercez, aliud.n.res aliudq; eius pretiuz. Non q̃ ita exactus verboꝝ censor esse velim, vt ob eã
4 definitione deficere, que ceteris suis numeris constaret, sic.n.† ⁊ viros doctos sumpsisse damnum pro eius estimatione legi, quẽ vsum a doctis obseruatũ ipse nõ possuz improbare, talis.n.ꝯsuetudo verbis proprietatẽ tribuit. Ita dãnũ pro eius estimatione legimus in.l. si seruũ.ff.ad.l.aquil. in.l.vnica.C.de sen. que pro eo quod inter. profer. Uerũtñ in definitionibus nihil nisi ꝓprijssimum auferri debere puto, vt aliqñ quid cuiq; rei ꝯueniat doceat̃, ne veteꝝ ac verboruz definitiones, ⁊ termini tandẽ ꝯfundant̃ aliudq; in aliud sine nor
5 ma ac sine limitibus promiscue transferatur. † Qũo vero nunc dãnum accipiamus dicendũ est. Dãnum ergo puto esse omnem cuiuscunq; rei diminutionem, seu lesionẽ, neq; mihi satisfacit illa etymologica descriptio. Pauli de vbo hoc dãnũ, in.l.iij.ff.de damno infec. qui inquit, Damnũ dictũ quasi adẽptio seu diminutio patrimonij, nunc enim ⁊ ijs, qui in suis bonis proprijs vel maternis, aut aliũde quesitis diminutionem accepit, dãnum passus videbit̃? qđ sane nemo diffitetur, num ⁊ fame alicuius dãnũ infertur? num ⁊ si quis verberatus est, aut plagis affectus, damnum corpori illatum dicemus? que omnia volumus nostra diffinitione compelecti, vt etiam comprehendamus id quod cuiusq; interest propter lesum vel occisum hominem, qđ tam ⁊ si vere estimari non possit, aliquid tñ estimatur, ⁊ eius rei nomine vel pecunia, vel quiduis aliud, pro eo qđ interest, qđ iudex estimauerit, soluetur ex iudicio, de hac specie dãni resarcienda tractatur in.l.si seruum.ff.ad.l.aquil.

Non sinemus autem definitionẽ nostrã vagari ita late, vt tãtisper ab ea equitate, quam profitemur, seiungat̃, ita q̃ propter damnum datum agit quis ad id, q̃ sua interest, debetq; id iudicio consequi,
6 si modo hoc iniuste factum esse reperiatur. † Quod si quis iure dãnum datum esse contendat, ⁊ vincat, nõ habebit iudex rationẽ eius, qđ propterea interest, ob idq; fingunt iureconsulti talem non sentire damnum, vt in.c.dam.de regu.iur in.vj.

Item dicimus in nostra definitione, id quod interest, esse lucri cessantis, vel damni da
7 ti estimationẽ, vidẽdũ est aũt † quid possit illa particula, vel, quidue sibi velit, que similis est illi, aut, de quaꝝ natura eleganter scripsit Proculus, in.l.hec verba ille.ff.de ver.sig.vbi particula, aut, huic similis, vt dixi, est nõnunq̃ disiunctiua, ⁊ nõnunq̃ subdisiunctiua. Hec autem particula de qua hic agit̃, subdisiunctiua est, ⁊ eius generis subdisiunctiue, que est, qđ ꝓpositis finibus, ita nõ põt neutrũ esse, vt possit esse vtrũq;, cuiusmodi est ⁊ illõ. omne animal aut agit aut patit̃, sic dicimus hic, interesse esse dãni, aut lucri cessantis estimationẽ q̃r vt esse possit, opz ex ijs scilicet dãnum vel lucrũ cessans adesse, q̃ si neutrũ reperiat̃, interesse ẽt nõ reperiri, neq; subsistere dicemus. Sed recte stabit vnũ ex illis sine altero, veluti ex solo dãno dato, ⁊ si nõ cesset lucrũ, possuz agere ad id q̃ mea interest idq; est, q̃ interesse circa rem vocant iuriscon. vt in.l.si sterilis.§.cũ per
8 vẽditorẽ.ff.de actio.emp. † Potest p̃terea agi ad id q̃ interest ratione lucri cessantis tametsi non sit dãnũ datum tex.in.l.vnica in fi. C.de sen. que ꝓ eo q̃ interest profe. Tametsi multi hoc improbãt ex pluribus rñsis, ex rñso presertim Pauli in.l.si sterilis.§.cuz per venditorem.ff.de actio. empt. ⁊.l.si sponsus sponse.§.si maritus heres.ff.de dona.inter vir. ⁊ vxo. alijsq; multis, de quibus suo loco plenius tractabitur.

Scriptum est preterea in definitione, aut lucri cessantis, ⁊ in eo q̃ noiatim de lucro cessante ascripsi copiosior est nostra diffinitio quã illa antiqua Byn. in.c.mora.de reg.iur.in.vj. Et miror tñ illum iuriscõsultũ ⁊ in iure veteranũ pretermisisse in sua definitione, lucrũ cessans. Non dedignabor tñ illã cõmemorare, que propter antiquitatem, a nonnullis cõmendat̃. Interesse, inquit, est dãni estimatio, in quantitate cõsistens. Deficit autem illa definitio in eo, quod lucri cessantis non meminit.

Alciatus retro fortasse ad me respiciẽs pro Byno ita cauit, qm̃ inquit, appellatione dãni recte lucrũ cessans venire cum ⁊ id lucrũ cessans quodammodo, latissimaq; significatione damnum passo dici, attamen ap
9 pellatione † damni, lucrũ cessans nõ veniret, cuius rei hoc erit satis aptũ exẽplũ, homines qui vendunt̃ vicissimq; emuntur, vt serui nõne quodãmodo appellatione mercis ꝯtinebunt̃? cũ merces dicantur ille res, que venduntur, aut emuntur, a mercando dicte, ⁊ tñ nõ veniunt appellatione mercis huiusmodi venalitij serui, q̃r alio nomine vocantur, tex.in.l.mercis appellatione.ff.de verb.sig. multaq; alia testimonia possent adduci, quibus in re tam clara non est opus. Itaq; nõ ꝯcludit argu. Alcia. pro defensione Byni. Probatur ex alijs, appellatione damni non venire lucrũ cessans, neq; in definitione comprehendi. Primũ ex eo q̃ scripsit Ulpia. in.l. proculus.ff.de dam.infec. Longe interest (inquit) an quis ex alieno facto dãnum patiat̃, an lucro q̃ adhuc faciebat, vt prohibeatur. Idem in.l.fi.C.de codillis.in.l.si sponsus.§.si maritus heres.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxo. Atq; ego miror Alciatũ ita ꝯtinẽtez, vt nõ moueatur tantis tumultibus ac fere perpetuis dissidijs doc. nostrorum, misere se ꝯtorquentiũ pro ea differentia, que fit inter damnũ ⁊ lucrum cessans. Est illa infinita questio, vtrum rõne lucri cessantis tantum sine dãno dato, agi possit ad id qđ interest, de quo primus Accur. in.l.si sterilis.§.cum per venditorẽ.ff.de actio.empt. d̃ quo etiam disputare alio loco remisimus. Sed oportuit primum definitionem totius negotij cursim ⁊ punctuatim explanare, vt facilior sit aditus ad cetera.

Est ⁊ aliud explicandum de definitione, cum enim
10 dicimus † id quod interest esse damni dati estimationẽ, multi nobiscum non sentiunt, inquiẽs inter ceteros By. in suo.c.mora, quẽ etiam defendit Alcia. Accur. etiam in.l.vnica.C.de senten. que ꝓ eo q̃ interest profe. in priore sua definitione. Qui omnes putant id quod interest rectius dici rei pretium, multaq; in hanc rem adferũtur argumenta. Sed efficatioribus satisfacienus, cetera, que nihil aut parum valent, minus occupatis relinquenus. Aduersum nos

fortiter

fortiter pugnat tex. in. l. fi. ff. de preto. stipu. In stipulationibus (in-
quit) que q̃ti ea res est promissionem habent, optimum erit certaȝ
summam comprehendere quoniam pleruncq; difficilis est probatio
eius, q̃d cuiusq; intersit, ⁊ sic idem facit, quanti ea res est, q̃d quanti
cuiusq; interest, ob idq; probatum est, id q̃d interest, esse verum rei
pretium. Non reperio sane aliquem ex nostris doctoribus qui de
eo textu plane se expediat verum id enitendũ est nobis, si quid me-
11 lius ac potius illis poterimus. † Ego putarem cum illic iuriscon-
sultus ea verba, quanti ea res est, vocat interesse, ob id vocare, q: il
lud quanti ea res est, loco eius quod interest succedat, scilicet in sti-
pulationibus pretorijs alijsq; quibusdã pro eo quod interest hoc tẽ-
peramentum lex dedit, vt scilicet ad id quãti ea res esset ageremus
⁊ hoc fiet planum ex coniunctione harum legum, scilicet. l. fi. ff. si qs
in ius voca. non ierit, ⁊. l. ij. §. fina. ff. qui satisda. cogan. Quia altera
propter cõmissam stipulationem iudicio sisti, dat actionem ad id ꝙ
interest, altera ad id quanti ea res est. Que duo responsa ita recte
cõciliaueris, neq; aliter subsistent. Simile est in. l. arbitrio. ff. de do
lo. in. l. fina. §. hec autem nostra opinio per tex. expressuȝ, ⁊ qui aliã
interpretationem, non patitur in. l. hec verba. ff. de verbo. significa.
Ubi hec verba quanti eam rem esse apparet, non ad id quod inter
est, sed ad rei estimationeȝ referunt. Deinde oporteret dici rẽ ⁊ rei
pretium idem esse, quod quam sit absurdum, nemo non videt. Se-
quenti capite hec altius repetemus, in constituenda differentia spe
tierum eius quod interest. Postremo videbitur forte morosis qui-
busdam nimis vaga nostra definitio, neq; satis plures casus com-
plexa, vt que ea omnia facta, quibus damnum contingit, non enu-
meret, vt scilicet, q: non fit quod fieri debet, aut econuerso, vel non
datur quod debetur, quos tamen omnes casus annumerat Iaco. de
12 rauena in definitione eius, quod sua interest. Sed ille dum † suam
definitionem copiosiorem reddere curat, facit longe hac nostra ar-
ctiorem, ⁊ illam non omittam, quoniam ⁊ multis commendatur. In
teresse (inquit) est damni estimatio, ex eo contingẽs quod aliquid
fieri cessat ꝙ fieri debet, vel fit, ꝙ fieri nõ dȝ, vel nõ dat, ꝙ dari de
bet. Sed sub hac tanta verborum serie non continetur id quod no-
stra interest ob factum ⁊ dationẽ simul cuiusmodi est stipulatio red
dendarum rationum, de qua in. l. cum seruus. ff. de conditio. ⁊ demõ
stratio. Melius itaq; fuisset aliquos ex casibus generantibus iner
esse non exprimere, qui potius debebant esse exemplo, quam talem
casum pretermisisse. Sed scio quo se defendant vmbone, quia dicẽt
satis sub simplicibus mixtum contineri in. l. ij. ff. de verbo. obligat.
Sed non debuerant itidem illi de non facto aliquid adiecisse, cum
satis sub appellatione facti contineretur, vt in. §. fina. insti. de verb.
obligatio. deinde alium casum omiserunt illi tam diligentes defini
tionum obseruatores, non enim comprehendunt id quod interest ob
illegittimam dationem. Ut si fur quispiam rem furtiuam apud te
deponat, ⁊ tu vero domino rei restituas non autem furti aget fur ad
uersum te, q: ei non reddidisti, qui apud te deposuerat, vt in. l. fina.
ff. deposi. Melius igitur se habet ita non minus laxa nostra defi-
nitio, tametsi expressim tales casus nõ notet, cum enim dicimus, id
quod interest, esse damni dati, aut lucri cessantis estimationem, in-
telligimus de damno dato vel lucro cessante ob quamuis iniquã cau
sam, siue factum sit seu non factum, vel illegitimam dationem, de-
niq; quouis casu vel modo perpetretur damnũ. His autem omni-
bus satis patet, ⁊ apud doctos probata est nostra definitio.

Caput Secundum.

13 v Ideamus † vero nunc quot modis in iure
nostra intersit. Id autem, q̃d in-
terest, tripliciter sumi omnes fere asseruerunt, primusq;
inter alios Accursius in. l. vnica. C. de sententijs que
pro eo quod interest proferuntur. ⁊ in. l. prima. ff. de actione empti.
quem vti signiferum confertissima turba doctorum, tum veterum,
tum recentiorum sequuta est. Sic autem tripartiuntur id quod in-
terest, in Commune scilicet, Conuentum, ⁊ singulare. Tum demuȝ
esse commune iudicant, cum eius rei, qua de agitur estimationem
non superat, vt in. l. pretia rerum. ff. ad. l. falci. Conuentum vocant,
cum de soluenda certa re loco eius. quod interesse potest, inter par
tes conuenit, de quo in. l. fina. ff. de preto. stipula. Singulare, quod
ex affectione damnum passi estimatur. Sed hec nos subtilius, ⁊ di
stinctius, quam a nostris adhuc explicata sint, non enim id vanum
neq; contemnendum, si scierimus quid sibi voluerit legislator, q ali-
quem ad id quod interest condemnat, ⁊ quo modo id estimandum
sit. Bene quidem egerunt, quantum ego existimo, nostri iuriscon-
sulti, donȝ illa verba, id q̃d interest, nõ explicuerũt aliter, sed somniã
da nobis tradiderunt, vix enim vnum idemq; rectum iudicium de
ea re tot capita censentiũ protulissent. Sed ijs quomodo iudex ali-
quis vtatur iuridicis rationibus doceamus ⁊ legislatores oẽs no-
biscuȝ sentire, tametsi non apparuerint si boni oratores erimus, per
suadeamus. Dynus qui de hac re multa congessit in. c. mora. de re
gulis iuris in sexto. arguit in vtranq; partẽ tandem tamẽ lacessitus
communi opinioni se dedit, maximum autem argumentũ quod ad-
fert aduersus cõem sniam est, vt probet non esse cõe interesse. Nam
inquit, hec verba, quanti ea res est, non ad id quod interest referũ
tur, sed ad veram rei estimationem, ⁊ precium, quod succedit loco
rei, nec idem est cum re. l. si ita fideiussor. ff. de fideiusso. sic nec id,
quod interest, quamuis succedat in locum estimationis rei, ⁊ fortio
ri ratione hoc confirmarem, quia id quod interest, nonnunquaȝ ve
rum pretium rei excedit, aliquando comparatur, vt in. l. prima. ff. de
14 actio. empt. non potest, idẽ dici. † Est preterea certissima apud dia
lecticos regula. Quod quoties duo sunt, quorum vnum refertur ad
alterum, non sunt idem relatum, ⁊ id ad quod fit relatio. Hec sunt
que pugnant aduersus communem sniam, quibus Altiatus ita rñ-
det, Uerum est, inquit, communem estimationem ab eo quod inter
est, differre, non enim ipsius rei communis estimatio, ⁊ interesse cõ
muniter idem est, sed vltra rei communem estimationem dãni emer
gentis, ⁊ lucri cessantis cõmuni vsu ducta ratio id efficit, quod in-
teresse commune appellãt. Sed ex Altiato scirem lubens, quo pa
cto aliquid estimabimus preter communem vsum, semper enim va
gantur in incerto adfectus, lex autem adfectus non prohibet, q: in
eos non habet imperium, sed rerum estimationem ex illis nullam a
lege factã reperies, ⁊ oporteret ex illius sententia omne id, quod in-
terest, esse commune nulla enim fit affectionis estimatio, sicq; nec
subesset, quod illi singulare vocant. Hec optime docemur ex. l. si ser
15 uum meum. ff. ad legem aquiliam. † Ego putarẽ in hac re aliter iu-
dicandum, quam hactenus ceteri, vt sit eius, quod interest, vna tan
tum species, quod tamen communi estimationi rei, pro qua agitur
interdum comparatur, interdumque pluris est vt in. l. prima. ff. de
actione empti. Et cum lex disponit, aut partes conueniunt, vt
quis teneatur in id quod interest, non referemus ad verum rei pre-
tium nisi forte is qui agit, pluris sua interesse nõ docuerit, q̃d plane
voluit Ulpianus in. d. l. prima. de actio. empt. Si vero lex condẽ-
naret ad veram rei estimationem, vel ad id, quanti ea res est non ad
mitteretur actor volens agere, ⁊ docere pluris sua interesse, idq; est
quod clamant illa omnia iura. l. hec verba. ⁊. l. inter. ff. de verborum
significatio. l. secunda. §. fina. ff. qui satisdare cogantur, ⁊. l. fin. si qs
in ius vocat. non ierit. Que in hanc rem solẽt citari satis diximus
superiore capite. Omiseram fere vnum aliud. Si diceremus cõe
interest, quia a communi vsu estimationem caperet, nec pretium rei
excederet, hodie id omne, q̃d interest, etiam singulariter illam solã
speciem haberet quin in lege vnica. C. de sentẽtijs que pro eo quod
interest, pluris estimetur duplo estimationis rei, ⁊ sic omne interes
se commune ⁊ certum. Mouentur preterea ij, qui commune inter-
esse sic depingunt ex. l. non a iudice. ff. de iudi. cui ⁊ ego addo simi-
lem in. l. ij. altero responso. ff. de in lit. iur. Si de dolo vel ꝯtumacia
agatur iudex sequetur estimationem non ex eo quod interest, sed ex
16 eo, quod in litem iuratur. ¶ † Constat autem pro eo, quod inter-
est, nonnũquam in litem iurari test. in. l. penul. ff. de in litem iur. Er
go diuerse sunt species eius, quod interest. Sed nos ita explicabi-
mus. Ad hoc vt quis quod sua interest, per condemnationem con
sequatur, oportet notum esse iudici vel testibus, vel literis, vel alijs
quibuslibet legitimis quanti sua interest. Tantum autem fuit, ⁊ taȝ
graue odium apud veteres dolosorum, ⁊ contumacium, vt etiam si
testibus vel instrumentis non liqueret, quanti intersit credatur so-
li iuramento actoris in litem ⁊ eadem pena coercentur nefarij ra-
ptores, seu rerum violenti ablatores, cum enim quis tantaȝ iniuriã
passus sit lex in eo subleuat, vt non teneatur probare per testes, sed
eius solo iuramento credatur, quantum illi absit ex violentia, tex. in
l. si quando. C. vnde vi. vide quomodo ex eo constitues eius quod
interest diuersas species. Pro eadem communi sententia solet ad
ferri tex. in. l. qui tabulas. ff. de fur. Ubi, qui tabulas, aut chirogra
pha amouerit, furti tenebitur, non tantum pretij ipsarum tabularũ,
sed ⁊ eius quod interfuit, quod ad estimationem eius summe refer
tur, que in tabulis fuit, scilicet si tanti interfuit. Sed respondetur.
Illud nihil cogit, neq; magis inflectit nostram opinionem, quã ce-
teri textus, non enim diffiteor id quod interest nonnunquam equa-
re verum rei pretium, aliquando non attingere, ⁊ aliquando excede
re, si tamen ita ꝯtingat, vt non pluris interesse probetur, quaȝ sit ve
rum rei pretium cur minus interesse vocaueris, ex eoq; nouam ⁊
ab alijs distinctam speciem feceris? Idẽ omnino dixeris de. l. iij. §.
condemnatio. ff. de tabu. exhiben. Illis enim omnibus in locis ni-
hil aliud collegeris, quam quod nonnunquam concurrit interesse

cum pretio rei, nonnunquam excedit, quod a probationibus depen
17 det. † Sed non idcirco debuerunt nostri doctores constituere spe-
cies ex illis rebus que inter se mediocritate tantum differunt, vt est
tex. in. l. fina. ff. de fundo instruc. vel instru. lega. Ad suadendum id
18 quod sentimus, non parum faciet hoc simile. † Si quid per metum
a te extorqueatur, habes ex lege paratam actionem aduersus illum
violentum ad quadruplum, in qua actione qd metus causa res ipsa
ablata continebitur tametsi tu non agas ad rei restitutionē expres
sam, ⁊ designatam. tex. in. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod
metus causa. Ita est in nostro proposito, nam cum ego ago ad id,
quod interest, pretium rei, pro qua agitur, venit in rationem, si tanti
interesse putetur, sed tamen semper est interesse, neqꝫ tum pretium
rei vel estimatio vocari debet, cum pretium seu estimatio rei longe
absit a significato eius quod interest, vt. s. satis explicatum est.
19 ¶ † Alia est ⁊ secunda quam ijdem depingūt, eius, quod interest,
species conuentum scilicet interesse, quando (inquit) inter partes
conuenit de certa summa loco eius, quod interesse potest soluenda,
que plerunqꝫ in contractibus apponitur, quod difficilis est proba-
tio eius quod interest fuitqꝫ saluberrimum hoc consiliū Venuleij
in. l. finali. ff. de pretoria stipulatio. ⁊ ille est textus ex quo hauriunt
hanc speciem interesse conuenti. Sed hic etiā est error similis prio
ri, quod enim transijt in verum pene nomen, illi interesse vocant, fa
cileqꝫ est eundem illum textum. l. finali in eosdem retorquere, nam
ille textus consulit vtilius esse certam summam adijcere loco eius
quod interest, si loco ⁊ vice eius quod interest fungitur, non idē est
interesse ⁊ illa pena ex ea regula quam narrauimus supra de re scili
cet, ⁊ eius pretio, quod in locum rei ex necessitate plerunqꝫ subordi
natur. Idem argumentum ego deduco ex. l. procurator ad exhibē-
dum. §. finali. ff. rem ratam haberi. Quo tex. etiam putabant confici
conuentum interesse. Fortius etiam pugnant ad confirmandā hāc
speciem, de. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verborum
obligatio. qui profecto dum ab illis truncatus ⁊ mutilatus legitur,
aliquid pro illis suadet. Verum ego illis non satis fiscus in lectio-
ne illius legis, earum per progressus statim me facile expediui. Si
quis, inquit, alteri stipuletur, non valet stipulatio, nihil enim eius
interest alteri extraneo solui, plane si velim hoc facere penam stipu
lari conueniet, si hic maneas, erit sane probatum penam esse interes
se, sed perfice caput legis. Penam enim, inquit, cum stipulat̄ qs,
non illud inspicitur, quid insit eius, sed que sit qualitas seu conditio
obligationis. Vides quod pacto suo, quod aiunt, gladio conficiun
tur, ⁊ aperte factam differentiam inter penam, ⁊ id quod interest,
neque vllo in loco reperies id, quod pro pena adijcitur, interes-
se nominari, sed suum habet proprium ⁊ peculiare nomen, ⁊ qui se-
cus agunt, rerum terminos confundunt, ⁊ in primū chaos redeūt.
Nonne illa certa summa, que promittitur ab illo, qui sententie arbi
tri non paruerit, vocatur interesse, non autem pena? in toto illo tra
20 ctatu de arbitris, † nonne pene obligatio indiuidua est? vt in. l. secū
da. §. fina. ff. de verborum obligatio. ad id quod interest in partes di
uidua, lege tertia. §. finali. ff. de verborum obligatio. Ergo non idem
est interesse ⁊ pena. Tantum abest vt vere dicamus penam esse in-
teresse, vt nec vbiqꝫ paris sint cōditionis. Explicata sunt, vt ego exi
stimo, ea omnia que potuerant non satis cautos in illum communē
errorem trahere eorum, qui putant interesse in species diuidi, idqꝫ
reliquum est nobis, vt dicamus vnum esse tantū interesse. quod ali
ter a me non appellabitur quia neqꝫ a veteribus iuriscōsultis aliud
nomen traxit. Commodū fuit eas omnes nugas eradere, totqꝫ fu
tiles specierū differentias non agnoscere, que multorum ingenia
inuoluunt, ac suffocant.

¶ Caput tertium.

1 Id autem omne quod nostra interest,
tametsi non habeat di
uersas species, vt hoc proximo satis fortiter aduersus
21 omnes euicimus † habet quedam ⁊ diuersa inter se ac-
cidentia. Aliquando enim nostra interest extra rem, aliquando in
tra neque hec sunt a nobis ficticia vocabula, sed propria iurisconsul
ti, in. l. si sterilis. §. cum per venditorē. ff. de actione empti, ⁊ adhuc
fuere nonnulli recentiores alijs stupidiores, qui hec, que nos acci-
dentia dicimus vocant species. Sed hec non magis dicemus spe-
cies, quam hominum quidam albi, quidam nigri, num hec accidē-
tia ad hominis speciem seu substantiam? Itidem sane dicemus de
eo quod interest, quod aliud est extra rem, aliud intra, vtrunqꝫ enī
siue intra, siue extra rem, semper habet suam substantiam, scilicet id
quod interest. Videamus itaque quomodo hec verba, extra rem,
⁊ intra rem, extricabimus, neqꝫ id leuis momenti, aut modice vtili-
tatis erit, tum enim erimus gnari, quid propter rem non traditam a
venditore emptori in ratione eius quod interest deducemus.
22 ¶ † Id igitur quod vocamus intrinsecum interesse, est estimatio il
lius rei que ex ipsa principali in iudicium deducta oritur, ⁊ eā quo-
cunqꝫ insequitur, eiqꝫ inheret maxime veluti, si ancillam venditam
non tradas, non solum ipsa estimabitur, sed ⁊ partus ex ea, idemqꝫ
de ceteris omnibus rebus fructum ex se adferentibus, ⁊ generali-
ter id omne quod ex ipsa re statim procedit, dicitur intrinsecum, vt
est textus in. l. item veniunt. §. item non solum. ff. de petitione heredi
ta. Si quis mihi vinum vendiderit, ⁊ in eo tradendo moram traxe
rit, si agat emptor ad interesse, non estimabitur id quod potuit ex vi
no negotiari, ⁊ lucrum facere. est tex. in dicta. l. si sterilis. in. §. cum
per venditorem. Lucrum enim quod ex vino fit nō ex ipsa re, id est,
vino producitur, sed vinum in causa est, seu medium, sed non tanqꝫ
gignitur, vt fructus ex fundo, partus ex ancilla. Insequitur hoc ex
23 illis. † Vsuras tametsi nonnunquam pro fructibus ponantur, vere
tamen ac proprie fructus non esse, quod non ipsa re vel corpore na-
scantur, sed ex noua quadam obligatione que principali accedit.
text. in. l. vsura. ff. de verborum significatio. Propter hoc versatur
24 etiam inter nostros magna contentio. † Vtrum hereditas seruo re
licta, sit in eo quod dicimus intrinsecus interesse ⁊ Barto. quem ce
teri fere sequuntur, in dicta. l. vnica. in sexta colum. putauit esse ex-
trinsecum interesse, quia, inquit, non ex ipsa re, sed eius occasione
prouenit, neqꝫ prodest quod aliqui dicunt, illam hereditatem serui
quocunque concomitari, ob idqꝫ intrinsecum interesse deberi cense
ri, nam ⁊ seruitutes sequuntur predium penes quemcunqꝫ transfe-
ratur, ⁊ tamen non sunt in bonis nostris, text. in. l. prima. ff. de vsu-
fructu lega. vt vero nos habeamus de hac re certum iudicium, in-
ter Bartolum suosque aduersarios sic ego medius profitebor. He
25 reditas seruo † relicta non venit in rationem eius quod interest ra
tione serui euicti vel non traditi, si nondum hereditas illa iussu hu-
ius petentis interesse fuerit adita, textus in. l. pretia rerum. ff. ad le-
gem falcidiam nondum enim ille certus erat priusquā seruus adijs
set potuit enim non adire, neque id a sola ⁊ mera domini voluntate
pendebat, ob idqꝫ spem tantum possidende hereditatis habebat nō
dum rem tenebat, non itaqꝫ illa hereditas seruum quocunqꝫ concō
mitatur, vbi enim repudiauerit seruus, deserit illum. Si vero iussu
huius fuit adita hereditas certe venit in rationem eius quod inter-
est seruum non tradi, hoc enim iam certum ⁊ quesitum erat, ⁊ pars
quedam illius serui iam facta. text. in. l. venditor. ff. de euictio. Est
igitur tunc talis hereditas intrinsecum interesse, quando adita, cū
26 vero nondum adita extrinsecus tantum interesse facit. † Neqꝫ mo-
ueatur quispiam, quod in. l. aquilia, in estimatione eius quod inter
est, ratione serui occisi venit hereditas. etiam necdum adita. text.
in. l. inde Nerratius. in principio. ff. ad legem aquiliam qui sic ex-
plicatur in. §. illud institu. illo titu. Ea est enim natura illius actio-
nis, vt estimetur id omne quod nostra interest, etiam si extrinsecus
⁊ scriptum est in. l. si seruum. ff. ad legem aquiliam in lege aquilia dā
num consequimur, ⁊ amisisse dicimur, quod aut consequi potuimus
aut erogare cogimur.
¶ Incidimus autem nunc in occasionem, vt tractaremus de mul-
tis generibus contractuum, ⁊ examinemus quibus consequamur
id quod interest intrinsecus, vel extrinsecus. Oportet autem ex or-
dine primum respondeamus illi argumento Bartoli, quod pene
27 omiseramus. † Seruitutes inquit, rem suam quocunqꝫ persequun
tur, ⁊ tamen in nullius bonis sunt. dicta. l. prima. ff. de vsufructu le-
ga. Sed hoc non ita latissime patet quod dicitur in dicta lege pri-
ma. dixit autem illic iurisconsultus seruitutes neqꝫ in bonis esse, ne
que extra quia scilicet illarum vsusfructus legari, vel constitui non
potest, sed sit tantum in appellatione fundi vel seruientis, vel domi
nantis, ⁊ hoc dixit, vt satisfaceret illi senatuscō. d quo Vlpia. memi
nit in lege prima. ff. de vsufruc. earum rerum que vsu consu. Quod
autem alias sunt in bonis nostris seruitutes, satis patet ex illa lege
generali, rem in bonis. ff. de acquirenda rerum dominio. ⁊. l. bono-
rum appellat. ff. de verborum significatio. quia scilicet propter ser-
uitutes parata est reo exceptio, ⁊ actori actio. Quin etiam venit in
rationem eius quod interest sola seruitus text. in. l. in vendendo. §.
primo. ff. de contrahen. emptio. Incipiamus autem nunc de contra
ctu emptionis dicere.
28 ¶ † Venditor non tradens rem venditam, tenetur in id quod em-
ptoris intrinsecus interest, puta ad partum ex ancilla, fructus ex
fundo aliaqꝫ similia, non autem ad id quod extrinsecus interest, pu
ta quia ex vino vendito potuerit negotiari ⁊ lucrum facere. text. in
lege si sterilis §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. ⁊ quia con-
tractus hic est reciprocus, idem fiet de emptore trahente moram in
soluendo pretio. textus in. l. fina. ff. de peri. ⁊ commo, rei ven. Ac-
cursius

29 cursius multis in locis putauit in eo constitui † differentiam inter eum qui rem vendidit sciens vitiosam, et eum qui ignorauit, vt scilicet qui scienter, fecisset, teneretur, ad id quod emptoris interesset, etiam extrinsecus, alter ad id solum quod intrinsecus, dictumque §. cum per venditorem, talem debere induere interpretationem, hoc ille putauit in. l. iulianus. in princi. ff. de actio. empti. propter illum textum, cui conuenit textus. l. idemque §. primo. in fine illo titu. Uerum ego puto aliter se habere talem differentiam, vt scilicet qui ignoranter vitiosam rem vendidit, id tantum prestet, quanti minoris, eam rem fuisset empturus, qui vero scienter, id omne quod intersit emptoris rem idonee venisse, non tamen quod sit extra rem, quod satis patet exemplis illius legis. Si enim propter vitium tigni venditi corruerint edes estimatio edium non est extra rem, quia sine eo non erat futurum, vt ruerent, quod ergo sine illo fieri nō potuit non est alienum, neque extra rem. In contractu itaque venditionis hoc tenebimus, si agatur ex lege ad id quod interest emptoris vel venditoris, id omni venire, quod modo circa rem versetur, nec ab re prorsum sit alienum, etiam si postea rei accesserit, vt in. l. item veniūt. §. item non solum. ff. de peti. heredi. Sic etiam fiet deductio rei, si augmentum si res inualuerit aut minuta sit, quia qui ad id quod interest agit, non ad rei pretium agit, sed ad id quod sua interesse probauerit text. not. in. l. euicta re. ij. ff. de euic. idque sat, superque explicatum est alio capite. Sic tibi conciliaueris textus in dicta. l. iulianus cum. l. titius, et duabus leg. ff. de actio. empt. textus in. l. venditor hominis. ff. de euic. et eos omnes textus referamus ad capitaliorem totius huius negotij, qui est in dicta. l. si sterilis. §. cum per venditorē.

¶ Subsequenter videamus de contractu locationis, quod certe cum emptione magnam habet affinitatem, ijsdemque fere iuris regulis cō
30 sistit. textus in. l. secunda. ff. locat. ob idque † idem iudicarem, quod de proximo contractu emptionis supra diximus. Uidentur tamen duo textus repugnare, textus in. l. si fundus. in medio legis. et. l. si in lege. §. colonus. ff. loca. quoniā illi tex. dicunt, quod si locator non patiatur colonum frui sua locatione aut colonia, tenetur locator ad id omne quod coloni interest, in quo, et lucrū eius continebitur. Uerum ego ita explico illos locos, vt scilicet in eo quod interest comprehendatur lucrum coloni, quod scilicet potuit facere in sua colonia, hoc est ex suo fundo vel ex ipsa re, veluti fructus, quia per contractum locationis quodammodo illos videtur emisse, itaque illi debentur colono, ceteraque que ex ipsa re non aliunde potuit querere quodque ex natura rei accessisset. Hanc interpretationem non videntur mihi recusare illi textus quam et nos sequi non erit absurdum, vt non distrahamus bonorum contractuum similitudinem et fraternita-
31 tem. † In summa idem erit et de ceteris omnibus bonefidei contractibus iudicium, vt scilicet si ex bonefidei contractu agatur ad id quod interest, id solum veniat, quod intrinsecus interest, non autem extrinsece. hoc satis patet ex. l. ex empto. ff. de actione empt. Ubi si nihil aliud inter partes conuenit, ea prestabuntur que naturaliter
32 insunt huius iudicij potestate. † Id autem quod extra naturam est alicuius rei, id ab ea dicitur extrinsecum. text. in. l. fluminum. §. vitium. ff. de damno infec. idē in. d. l. item veniunt. §. item non solum. de petitio. heredita.

¶ Quia vero in superioribus constituimus regulam ex bona fide in illis vigentē, num idē sit de stricti iuris contractibus videndū est, et certe non ita se habent contractus stricti iuris, vt est cōtractus
33 stipulationis. † Atque ego existimarem in illis etiam internum interesse non venire, quod sit preter rem in contractu versatam, ea est enim illorum natura, vt nihil ex illis, preterquam quod conuentum sit, nominatim veniat. l. quicquid astringende. de verborū obligatio. et vsque adeo obstricti sunt, ac pene strangulati, vt nec fructus aut partus ex ancillis debeatur text. in. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. et in. l. si filius. §. fina. ff. de verborum obligatio. sed tamen contra hec multum late patet tex. in. l. si fundum. ff. de verborū obligatio. vbi, si fundum, inquit, prestari stipuler, si non prestetur, agam contra te ad id quod mea interest, sed oportet moderari illud interesse ita vt non extendatur ad fructus, quia dictis legibus nominatim
34 cauetur. † Aliud erit si ita concipiatur stipulatio, scilicet rem dari, vacuamque possessionem tradi, tum enim propter commissam morā debentur fructus qui post stipulationem capti fuerint, et ille est effectus illorum verborum vacuam possessionem, tradi tex. in. l. si stipulatus. ff. de vsufruc. tex. hoc probat in. l. in conuentionibus. §. finali. ff. de verborum obligatio. quem ego ita explico cum Accursio aduersus ceteros omnes, quando enim ille text. dicit contineri causam bonorum interpretamur fructus, causa enim sumitur pro eo omni quō rem ipsam sequitur, et ei tanquam accedit, vt sunt fructus. ita in. l. pomponius. §. primo. ff. de acquiren. possessione, ita euidenter ac-
35 cipitur in dicta lege videamus. §. si actionē. ff. de vsur. † Sed si post contractam venditionem iure nouationis emptor stipuletur, rem dari, vacuamque possessionem tradi, illi tantum fructus venient, et debebuntur ex illa stipulatione, qui post eam perfectā percepti fuerint, qui vero medio tempore inter emptionem, et hanc stipulationē causa nouationis appositam percepti fuerit, non restituentur actione ex stipulatu, sed primeua actione ex empto. tex. in. l. si stipulatus. §. fina. ff. de vsuris. per quem optime explicatus est textus in dicto. §. primo. ff. de actione empti. qui cum his visus est aliquando pugnare. Non etiam preter hec morabitur nos tex. in. l. liber homo. §. finali. ff. de verborum obligatio. Ubi si decem mihi aut Titio fuerim stipulatus propter id quod mihi soluendum est, certi stipulatio est, propter id quod Titio, incerti, forte enim mea interest, quia pro misero sub pena illam quantitatem Titio solui. sed vide quomodo hoc recte extricabis, Propter stipulationem dabitur mihi actio incerti pro eo quod soluendum erit Titio, quia scilicet potest mea interesse propter promissam penam illi potius solui non autem quō illud interesse ego cōsequar, sed quia sic interest ago incerti aduersum te, vt Titio soluas.

¶ Huic partitioni contractuum scilicet bonefidei et stricti iuris vnum subiungemus, quia vtrique commune est.

36 ¶ Contractus † in quo nummi tantum versantur, non potest habere internum interesse, quia in nummis non est affectio, nihilque ex se se producunt nummi, et soli sunt sine comite vtilitate. tex. in. l. nummis. ff. de in litem iuran. ob idque vix vnquam ex eo dabitur actio in id quod interest, nisi his tantum casibus, quibus etiam agitur ad id quod nostra quomodocunque etiam si extrinsece interest.

¶ In arbitrarijs autem actionibus quid dicemus? et he fere superioribus contractibus tam bonefidei, quam stricti iuris sunt communes, nisi quod bonefidei actiones semper suum nomen retinent, nec transeunt in aliam speciem propter loci adiectionem, que facit arbitrariam actionem, vt in lege in bonefidei. ff. de eo quod certo loco. semper tamen vtrobique eadem est natura arbitrarie actionis,
37 natura † autem talis est, vt in ea veniat quicquid extra rem interest propter rem non suo loco redditam, vt etiam lucrum estimetur. tex. in. l. iij. §. fina. in fi. ff. de eo quod certo loco. nullamque aliam iurisconsulti rationem autumo, preterquam ne frustra nominatim et expresse locus solutioni destinatus sit, quem non est vero simile ex sola
38 verborum abundantia adiectum, semperque fauemus † ita contrahētibus, vt verba illorum expressa semper aliquid operentur, vt in illa lege. si quando. de lega. primo. Idem enim ex eadem ratione video constitutum in illis contractibus, quibus tempus solutionis gratia assignatur, vt item illius temporis in summa eius quod interest ratio per iudices habeatur. text. in. l. si vt certo. in princi. ff. commod. Non itaque recte est opinatus Bartolus in dicta. l. vnica. C. de sententijs que pro eo quod inter. profe. cum dixit illam. l. iij. §. finali. ff. de eo quod certo loco. non exerceri in alijs contractibus, in quibus aliud quam pecunia versaretur, et quia propter nūmos non potest interesse nostra, nisi extrinsece, necesse est aliunde querere, quam ex ipsis nummis, quod sane quam verum, sit satis discussum est. Sed hoc quam male conueniat illi textui, nemo sanus non videt, vt qui de omnibus generaliter arbitrarijs actionibus loquatur, quarum alie in quantitate, alie in numero consistunt et quedam in mensura, et ad illa omnia illum textum patere notauit Caius in proximo subsequenti capite, quod incipit, ideo in arbitrium etc.

¶ Tractemus nunc de alia specie actionis, et generaliter quid de actionibus ex delicto nascentibus, in quibus sese maxime offert a-
39 actio furti † in qua ego putarem cum breui sententia omissis etiam opinionum relationibus, et inanium verborum contentionibus, omne id quodcunque interest, etiam extrinsece, et cum lucro venire. tex. hoc satis viget in. l. iij. ff. de condic. furt. fortius pungit tex. in. l. inficiando. §. primo. ff. de furtis. tex. in. l. qui tabulas. ff. illo tit. Uerum quia non solum is qui dominus est, sed et quicunque iacturam faciēs, cuiuis interest, agit furti, veluti si fullo polienda vestimenta curauit, vel is cui res erat commodata, furtum passus sit, habet actionē furti in furem. tex. in. §. furti autem actio. insti. de oblig. que ex de li. Uideamus vtrum tanti estimetur id quod horum interest, et quanti id quod domini, et certe non idem erit, sed id tantum veniet quod inius interest, si quid autem extra rem intererit, non debebitur. tex. in. l. is cui commodata. §. fin. ff. de fur. et tex. in. l. qui re sibi commodata. §. fina. ff. illo titu.

40 ¶ Idem faciemus in † actione legis aquilie, vt in ea scilicet estimemus id omne quod nostra interest, etiam extra rem, et cum lucro, in legē enim aquilia id omne amisisse dicimur, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur. tex. in. l. si seruum. in fi. ff. ad leg. aquil. Communis itaque vtilitas venit in eam actionem. probat tex.

in.l.proinde si seruum, & in.l.inde neratius.ff.ad leg. aquil. Neqȝ moueor illo responso dicte.l.si seruum in princip. Ubi occisi serui estimatio affectionis non fiet,sed communis tantuȝ estimatio deducetur, q2 non affectione,nec vtilitate singulorum pretia reruȝ,sed communiter fungi debent. Quia veruȝ est,neqȝ inficior singulares illos affectus, quos propter res nostras nonnunquaȝ patimur, & vix estimari posse cetera vero & damna & prohibita lucra quin estimentur,nihil impedit.& hec de lege aquilia,deqȝ ceteris alijs ex delicto actionibus idem esto iudicium.

41 ¶ † Dicamus etiam aliquid de actione ad exhibendum, ei enim data est actio ad exhibendum,cuius interest rem exhiberi.l.penu. ff.ad exhib. Hoc autem interesse oportet esse huiuscemodi, quod rem ipsam contingat,puta quod res sua sit,aut in ea vsumfruc. contendat,vel pignus,aut aliam causam que in re sit,vt apparet ex illa lege tertia.§.fina.ff.ad exhib. Neque id satis erit, si quis petat libros sibi exhiberi,suaqȝ interesse,ob id quod cum eos legerit, melior doctior sit eusaurus,vt scriptum est in dicta.l.penulti.in fin.ad
42 exhiben. Si autem † is cuius ex lege & iuste interest rem exhiberi, petat exhiberi, neqȝ exhibeatur,per fictionem ad exhibendum illi paratam consequetur id omne quod sua interest, etiam extra rem, & cum lucro,omnesqȝ vtilitates,si que amisse sunt,ob hoc quod nõ exhibetur,vel tardius quidem exhibetur, estimabuntur a iudice. text.in.l.iulianus.scribit.§.fina.& in.l.sed & si hereditas.ff.ad exhiben. Hi sunt magis communes loci,quibus expeditur vaga illa & ampla disputatio,quando etiam lucrum deducatur in eo quod interest,neque reperies ex his iurisconsultorum antiquorum respõsis quicquam immutatum in illa constitutione Iustiniani in titulo de sententijs que pro eo quod inter. profe. Sunt & alij particulares casus, quos singulariter attingere non fuit necesse, vt qui ad precedentes regulas ex paritate rationis aut similitudine nature trahi possunt.

¶ Caput quartum.

QUoniam in noua constitutione Iustiniani in.l.vnica C.de sententijs que pro eo quod interest profer. que omnia vetera iura stringit,ita cauetur, In omnibus casibus,& in omnibus contractibus, qui certam habent quantitatem vel naturam,hoc quod interest dupli quãtitatem minime excedere. In alijs autem casibus,qui incerti esse videntur,iudices qui causas dirimendas suscipiunt per suam subtilitatem requirere,vt quod re vera damnuȝ inducitur,hoc reddatur. Qui volent iudices hanc nouam constitutionem exercere, oportet sciant,quid sibi velint illa verba,certam quantitatem, vel naturam habentibus,vt quid cuiqȝ conueniat id suo arbitrio adiudicent. In hac re quo pede cepimus,ibimus, In recitandis doctorum plusqȝ mille sententijs chartas non occupabimus,neqȝ id quod non probamus,frustra nostris his commentarijs adscribemus,satis erit si (vt spero) viue legis interpretem verum prestitero,sinam interpretes suas interpretationes interpretari,si velint incumbit hoc officio cuiusdam Iasonis,qui hoc pulcre sciuit,doctorũ sententias & phãtasmata ex ordine tanquam aciem instruere,primus in acie pericli
43 taturus,vt qui sepius nudus a iudicio procedit. Ego itaqȝ † existimarem contractum tum demum habere certam quantitatem, ob idqȝ certum vocari,in quo id deducitur,quod quale quantumqȝ sit apparret. Ea ratione Paulus vocauit,stipulationes certas, in.l. stipulationum quedam certe sunt.ff.de verbo.obliga. Idqȝ oportet appareat ex pronuntiatione,seu ex ipsis verbis in stipulatione conceptis,neqȝ id coniectura duci satis est,vt ex ipsa.l.stipulati. & glo
44 sis illius apparet,& ex.l.certum.ff.si cer.pe. Ex hac† autem nostra interpretatione hoc sequatur necesse est interpellatione quãtitatis nonnunqȝ venire & speciem,nec solum numeratam pecuniam,quod sane neqȝ est absurdum,neqȝ minus Latinũ. Ita vsurpasse nostros iurisconsultos apparet ex.l.quisquis.ff.de lega.iij. vbi etiam appellatione summe,& species,& quecunque res corporales comprehenduntur,item & ex tex.l.cum stipulamur.ff.de verb.signifi. Cum stipulamur,inquit,quanta pecunia ex hereditate Lucij Titij peruenerit,res ipsas,non earum pretia spectare videmur. Item & hec cõfundi videntur in auct.equalitas cum sequen.C.de pac. conuen. nec hoc magis inconueniens,quam et econuerso speciem complecti,vt legitur in.l.talis scriptura.§.penulti.ff.de lega.primo. & in.l.
45 ij.in princip.ff.si cer.peta. † Non me latet strictam & propriam vel communem illius vocabuli significationem illam non esse. Latine tamen referemus quantitatem ad id omne quod pondere,numero vel mensura constat. Hanc autem interpretationeȝ nemo putet improbari ex.l.certum.ff.si certum peta. que sane nobiscum recte cõuenit. Certum,inquit,est cuius species vel quantitas, que in obligatione versatur,aut nomine suo,aut ea demonstratione,que nominis vice fungitur,qualis quantaqȝ sit ostenditur. dicent eniȝ, superfluere verbum speciei in illa lege,quod sane non ita est , sed copiosius illic disseruit que vellet iurisconsultus,cum nec ipse diffitear vt iam dixi, communiter hec separata esse quantitatem scilicet & speciem . Sed si nostra interpretatione legem nec fatigamus nec cogimus , & verum sensum litere afferimus , quid erit impedimento,quin vt eam conseruemus,q̃titum pro specie accipiamus.

Nec nos etiam offendet, si quis dicat, in formatione le
46 gum esse odium,& in odiosis† verba stricte accipi debere , in.l.cuȝ quidam de liber.& posthu. Quin potius illam legeȝ Iustiniani debemus magno fauore prosequi,que illud ius vetus digestorum antea vagum,nec satis certuȝ,ita collegit,vt sub vna forma & lege certi essemus,quanti estimetur id quod cuiusqȝ interest, tantum abest vt illa sit odio nobis.

47 **Quid autem de** natura contractus certa dicemus? Est sciendum † in omnibus contractibus esse substantiam,legem , & naturam,vt postea dicetur. Substãtia ꝯtractus sine qua non põt ꝯctus illo nomine quo vocatur appellari,sed transit in alium , & sine qua non potest subsistere,veluti est in contractu emptionis pretium,si enim non sit pretium,sed vtrinqȝ merces,nõ erit emptio,sed alius contractus,quẽ vocant, Do vt des,in.§.pretium,Insti.de emp. & vend. in.l.naturalis.§.j.ff.de prescri.verbis. Lex contractus est id omne quod inter contrahentes conuenit conuentiones enim partium dant legeȝ
48 contractui. Est preterea† natura contractus,& ego putarem , naturam esse id,quod venit in contractum etiam si a partibus omissum sit,& quod illi quasi innascitur,quam quideȝ habent omnes contractus bonefidei. textus in.l.ex empto.ff.de actione empti.cuius rei
49 exemplum vnum sufficiet ex contractu mutui † natura illius est,vt is qui mutuum accepit,reddat eiusdeȝ bonitatis qualitatis vel mẽsure,si in mensura constat,vel eiusdem numeri,vel non minoris põderis,idque etiam verum est,si non dictum sit inter contrahendum l.cum quid.ff.si cer.peta. Naturam etiam reperimus in contracti
50 bus† illis qui non habent nomen a lege,pro quibus inuenta est actio prescriptis verbis,quos innominatos vocant, vt in illo, Do vt des,de cuius natura hoc est,vt si non feceris illam rem quam a te consequi debeo,meam & mei dominij,possim repetere quod dedi l.naturalis.§.primo.ff.de prescript. ver. In eo autem quod de na
51 tura dictum est† constituta est summa differentia inter contractus bonefidei,& contractus stricti iuris,& in quibus nihil inest nature, & omnia vere summi & stricti iuris in quibus nihil venit,nisi quod expressim inter contrahentes conuenit.tex.in.l.quicquid astringende.ff.de verb.obligatio. Illi ergo stricti iuris contractus non tenebuntur hac constitutione,nisi forte adhuc in illis deducatur certa quantitas,vel species. Habet enim constitutio subdisiunctiuaȝ vel que alterutro semper contenta est. Et vt est natura contractus aliqua certa & statuta,sic & cuiqȝ rei sua est natura,idqȝ de natura cuiusqȝ rei esse dicimus,quod ex ipsa tanquam procedit & nascitur vt iam diximus. Hec autem omnia ita nos separauimus, quia videbam multos qui dum se hinc explicare cupiunt,misere torquentur,quia imperite hos terminos confundunt,dum alius legem pro substãtia,alius pro natura contractus legem illius inique vsurpat naturam nature opponunt,& omnia contra naturaȝ somniant , vt in
52 de se exoluant. Quando† itaque legislator dixit in cõtractibus certam quantitatem vel naturam habentibus , &c. (saluum esto quod rectius reperieris iudicium) non de natura contractus vlla verba loqui est imago,sed de natura eius cuiusqȝ rei que in contractũ deducetur. Quasi velit ille satis esse ad dandum locum constitutioni, in contractu certam quantitatem vel speciem seu indiuiduum , aut aliud quiduis quod sua natura certum sit,id est,ex se ipsa , & absqȝ alia excussione,voluitqȝ maxime ex illis verbis designare iura que nonnunquam in contractum deducuntur,quoniam illa nõ satis putabat comprehendi sub verbis quãtitatis vel speciei. Uides quantum affinitatis habeat nostra interpretatio menti legis,multumque falluntur qui illa verba putabant esse de natura cõtracus. Si eniȝ de natura contractus intelligas facienda erit in executione constitutionis differentia inter cõtractus bonefidei,& iuris,de qua supra dictum est,in constitutione posita disiunctiua, vel, que hoc adfert, vt alterutro contenti,simus,& dicamus sufficere certam quantitates deduci in cõtractum,vel naturam contractus esse certam. Tandẽque subsequetur,vt quamuis incertum aliquid in contractu versetur,nihilominus continebitur in constitutione,si modo ille contra
ctus

ctus sit bonefidei, veluti, si diceres constitutionē hanc habere locū in emptione que fieret de iactu retis, cuius species est in .l. si actum retis. ff. de actione empti, quod plane nimis perfunctorium est, quis enim diuinus ille iudex estimabit spem retis trahēdi, vt sibi caueat pro eo quod interest, ne duplū exerceat? Non possum profecto adduci, vt aliter credam melius hec adhuc explicata a nostris. Itaqz si quis vel emerit factum vel promiserit (sine discrimine ꝯtractuū dico) non comprehendetur constitutione. Item si quis etiam vsumfructum. Illa enim sunt, que plane reddunt contractum incertum, quod satis etiam apparet si conferas totam illam legem. vbi autem non apparet. cum .l. superiore proxima. ff. de verborum obligatio. Potest autem & certus esse contractus, tametsi id quod in eo deducitur statim certum non appareat, neqz demonstrari statim possit, dum tamen postea per eam designationem factam, que presentia fere equipolleat, certioretur. Exempli gratia. Tu promittis mihi frumentum, quod in tali horreo habes, vel argentum quod tali archa inclusum est, tex. in .l. vbi autem non apparet. §. illud dubitationem ff. de verborum obligatio. satisqz explicatur in .l. certum. ff. si certum petatur.

Prosequamur etiam quod ea de ꝯstitutione imperatoria continetur, quando ita se habet. Hoc quod interest dupli quantitatem minime excedere, dicam obiter melius legi excedere, quam vt in quibusdam mendosis libris legimus exer
expensis debet condemnari. Sed ea que dicta sunt si tantum ex
pendit reus quantum ⁊ actor non condemnatur in aliquo si minus
detracto eo in residuo condemnatur. vt. C. de iudi. l. properandū. §.
si autem. ex gestis iusta ignorātia, vt si credat se fouere bonam cau
sam. Et ideo non restituet expensas. vt. C. de epis. ⁊ cleri. l. omnes.
in fi. ⁊. ff. de lega. ij. l. qui solidum. §. etiam. ⁊ de peti. here. l. illud. ⁊
in aucten. de iudi. §. oportet. ⁊ ideo non condemnant iudices nostri
temporis in expensis in causa principali, nisi sint promisse, quia pre
sumitur quod bono zelo venit ad reluctandum cum iurat de calum
nia. vt. C. de iura. calum. l. ij. ⁊ institu. de pena teme. litigan. in prin.
⁊ hoc not. extra de dolo. ⁊ contu. c. finem. in glo. magna. ⁊ ideo qꝛ
non presumitur immemor eterne salutis. vt. C. ad. l. iul. repetū. l. fi.
26 ⁊ extra de presump. c. cum iuuentute. † Item in causa appellatio
nis si succumbat appellator, vel obtineat, sed sit contumax condem
natur in expensis. vt in auctē. de his qui ingre. ad ap. §. volumus.
extra de appel. c. vt debitus honor. ff. de iudi. l. eum qui temere. Cū
quis vocatur ad iudicium, ⁊ nō venit non habita distinctione, vtrū
habuerit causam iustam litigandi, vel nō tenetur ad sumptus. vt C.
eo. l. sancimus. Et not. quod expense petuntur propter temeritateꝫ
petitoris, ⁊ de talibus loquitur hec lex. ¶ Sed quo iure petuntur
expense in iudicio. respondeo, si non fuerint promisse petuntur offi
cio iudicis. vt. C. eo. l. properandum. §. si alterutra parte. Itē scias
quod sumptus qui facti fuerunt ante litem contestatam debent pe
ti in libello, alioquin iudex de illo iudicare non posset. vt infra de
edil. edic. l. ediles. §. item sciendum. ⁊. §. quod si nolit. ⁊. §. si man
cipium. Jacobus.

F I N I S

Tractatus de expensis iu-
ris vtriusq; interpretis doctissimi domini
Lanfranci de Ariadno, felix hic
sumit principium.

SVMMARIVM

1 Expense multiplices reperiuntur in iure.
2 Victus est victori in expensis condemnandus.
3 Causam iustam litigandi dicitur quis habere propter veritatem in certam, ⁊ cancellatam.
4 Litigare iuste seu causam litigandi iustam quis habere dicatur.
5 Condēnari potest qs ex duplici capite in expēsis ratione victorie.
6 Emptor colono stare non tenetur nisi bona venditoris conductori obligarentur.
7 Iuramentum calumnie quando censeatur ab expensis excusare.
8 Causa iusta litigandi non excusat ab expensis ratione contractus factis.
9 Victus victori quando debeat in expensis condemnari.
10 Taxatio expensarum tribus concurrentibus fieri debet.
11 Aduersarius an sit in taxatione expensarum citandus.
12 Iudex in sententia victum ab expensis absoluere non potest causa non expressa.
13 Compensatio mutua expensarum quo casu fieri debeat.
14 Victor in expensis condemnatur, si cōdemnatus in centum, appellans a iudice ad quem fuerit in quinquaginta damnatus.
15 Victor an possit appellare a iudice victum in expensis non condemnante.
16 Iudex non condemnans victum in expensis an faciat litem suam.
17 Succumbens in interlocutoria an sit in expensis condemnandus.
18 Iudex victum in expensis nō cōdemnans in interlocutoria an possit postea eum condemnare in diffinitiua.
19 Expense que dicantur ad quas reus condemnatur.
20 Expense quas victor domi fecisset sunt deducende nec per victum soluende.
21 Iudici delegato ad certum accedenti locum, non sunt deducende, quas domi fecisset, expense.
22 Expense facte ⁊ non fiende sunt taxande.
23 Expense facte ab actore in recolligendo instrumentum a tabellione an sint ei reficiende.
Sententia incerta in condemnatione expensarum lata est valida.
24 Expense que veniunt ratione contumatie quādo sint resarciende.
25 Contumax in prima citatione an debeat ad trinam vsq; expectari.
26 Iudex quando expensas reficere teneatur inquisito absoluto.
27 Actor ad expensas est cōdemnandus si ab obseruatione iudicij absoluatur reus.

Cum in causis soleant expen-
se fieri, ⁊ interdum etiam adeo gran-
des, ꝙ interdū excedunt summam ne
gotij principalis. Interdū quoq; vi-
ctus venit in expensis damnandus,
Interdū quoq; absoluendus. ideo de
ipsis expēsis videamus. ⁊ primo pre
1 mitto † ꝙ in iure multipliciter fit mē
tio de expen. nam interdum fiunt ex-
pense in re dotali, ⁊ de his loquitur
totus titulus de impēsis in rebus dotalibus factis. Quedā sunt ex
pense que fiunt in repetitio. ⁊ de his loqui. lex in fundo. ff. de rei vē
dicatio. Quedā sunt expense que fiūt in litigijs. ⁊ hec est materia
nostra in qua quidē materia habetis ꝯsiderare ꝙ ex duplici capi-
te veniunt expēse seu impense reficiēde. Primū caput est ratione
victorie. Secūdum caput est ratione ꝯtumacie. primū caput proba
tur in. l. properandū. in. §. sinautē. C. de iudic. ⁊ tex. in. c. fi. litibus.
de dolo. ⁊ contu. cū multis similibus. De secūdo capite loquit᷑ tex.
in. l. sancimus C. de iudi. ⁊ totus titulus. ff. si quis ius dicen. non ob
tempe. ¶ Primo namq; videamus materiam expensarū que ve
niunt ratione victorie. postmodum videbimus de expensis que ve-
niunt ratione contumacie, ⁊ primo presuppono regulam satis vul-
2 garem in iure que talis est. † Victus victori in expensis debet con
demnari, vt est tex. in. d. §. sinautem alteruter. ⁊ in. c. finem litibus.
de do. ⁊ contu. (Vbi vide Frā. are.) Hec regula in se habet equi
tatem. quia quis non debet ab alio iuste damnum petere, vt in toto
titu. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Vnde cum victus fecerit ex
pendere pecuniā victori litigando damnū dedit prestando causam
diminuendi suū patrimoniū, ⁊ qui accusationē dāni dat damnū de
disse videt᷑. in. l. qui attulit. §. qui in hac. ff. ad. l. aquil. ¶ Hec autē
regula fallit in cā criminali in qua victus nō ꝯdemnat᷑ in expensis
vt in. l. nō ignorat. C. de fru. ⁊ lit. expen. nisi ꝓpter desistentiā a lite,
qr tūc bene desistens punit᷑ in expēsis, vt in. l. iij C. qui accu. pos. vel
non. Hec sentētia Bal. in auct. generaliter. C. de epis. ⁊ cle. Et est
vera snia. Scdo fallit ista regula vbi victus habuit iustā causā li-
tigandi. Nā tūc nō ꝯdemnat᷑ in expensis ratiōe calumnie, vt in. l.
qui solidum. in. §. etiā. ff. de leg. ij. Sed dicit᷑ habere causā litigādi.
primo qn̄ quis errauit in iure ꝙ est dubiū, puta qr questio est super
3 tali puncto in quo sunt varie opiniones inter docto. † Scdo dicit᷑
habere iustam causam litigandi propter veritatē incertā ⁊ cancel
latam, vt in. l. ij. ⁊. iij. ff. de ꝯdi. inde. Ecce legatarius petit legatum
ad herede. qui heres non habebat testamentū ⁊ resistit dicēs se nō
teneri ad aliquod legatū, qr nescit an sibi vel alijs sit relictū, in me
dio cause producitur testamētum in quo apparet legatū deberi le-
gatario, ⁊ sic pro eo fertur sentētia, certe heres non cōdemnabitur
in expensis propter iustam causam litigandi que est causa propter
celatam ⁊ incertam veritatem cum non appareat testamentum.
Attendite tamen ꝙ si post testamentū productū heres
ꝑseuerasset in causa debet cōdemnari in ex
pensis factis post testamentum productum. ⁊ in expensis factis an
te testamentum productum debet absolui, ⁊ hoc qr ante testamentū
habuit iustam causam litigandi. post autem testamentum habuit
iniustam causam litigandi ꝫm Bart. qui ita notauit in. l. quisquis
infinito ff. de postu. ⁊ ibi est casus. de hoc idem tenet Ange. in. l.
destitisse. ff. de iudi. ex quo infertur ipsi quod si habens iustam cau
sam litigādi apertis attestationibus vel productis instrumētis ad-
huc perseueret litigator dꝫ ꝯdemnari in expensis factis post aper-
turam attestationū, in reliquis aūt absolui, ⁊ hoc qr post aperturā
attestationū vel post productionē instrumentorū incipit scire se ha
4 bere iniustam causam litigādi. ¶ † Tertio dicit᷑ quis habere iustā
causam litigandi quādo quis anteq̄ʒ inciperet litigare habet consi
lia sigillata aliquoꝝ valentiū doctorum consulentium pro eo. nam
tunc si precedentibus talibus ꝯsilijs incipiat litigare ⁊ succumbat
nō poterit condemnare in expensis. istud est dictū sing. Ang. in. l.
terminato. de fruct. ⁊ lit. expen. ¶ Quarto dicit᷑ quis habere iustā
causam litigādi qn̄ produxit multos testes q deposuerūt pro eo, ⁊
hi si reperti infames vel excōmunicati, vel alio modo inhabiles, ⁊
succumbāt nō posset ꝯdemnari tunc in expēsis ꝫm Bal. qui ita no
tauit in. d. auct. generaliter. ꝙ intelligite ꝫm eundē Bal. nisi suspi
tio esset ꝯtra producentē. nam tunc etiā condemnaretur in expēsis.
Quinto dicitur quis habere iustā causam litigandi, quādo aduersa
pars probauit per vnum testem ⁊ in supplemētum probationis est
ei delatum iuramentū, nam tunc si succūbens habeat aliquas conie
cturas pro eo, puta vnum testem nō possit cōdemnari in expēsis. si
autem nulla foret cōiectura pro succumbēte, ⁊ delatū esset iuramē
tum in supplemētum probationis aduersario. ⁊ causa esset in facto
ꝓprio. dꝫ succumbēs tunc ꝯdēnari in expen. secus si causa esset in
facto alieno. ita determinat Bal. in. d. auct. generaliter. Clarum
namq; est ꝙ si actor probauit, reus nihil, cōdemnari debet reus in
expen. Similiter ⁊ ecōtra si actor nihil probauit dꝫ in expensis cō
demnari. ⁊ ꝙ dico de actore ⁊ reo intellige de omni eo ad quē spe
ctat onus ꝓbandi, q si nihil ꝓbat dꝫ in expensis ꝯdemnari. ita de-
5 terminat Bal. in auct. generaliter. ¶ † Notate sing. circa materi
am axpensaꝝ ꝙ ratione victorie qs pōt ꝯdemnari in expēsis ex du
plici capite, vel ex capite presumpte calumnie. ⁊ ꝫm hoc intelligite
omnia que. s. dixi. Itē pōt quis cōdemnari in expensis ex capite te
merario, temeritas enim nullū presupponit dolum in succumbente
neq; malitiam, sed quandā fatuitatē importat. Ita dicit Io. an. in
c. j. de sen. excō. li. vj. quē sequit᷑ Ang. in. l. eū quē temere. ff. de iud.
q tex. est melior. q̄ʒ alius ꝓbans de istis expensis ratione temerita-
tis. Et breuiter quis dꝫ ꝯdemnari in expensis ratione temeritatis
qr quotiescūq; quis errat in iure dicit᷑ in lata culpa, vt in. l. liberoꝝ
in. §. notanter. ff. de his qui not. infa. Item quis dꝫ condemnari in
expensis ratione temeritatis quotiescunq; venit ad iudiciū. ⁊ nō fe
cit omnia que debuit anteq̄ʒ veniret ad iudiciū. Istud est dictū sin-
6 gu. Bar. in. l. properandū in. §. sinautē. C. de iudi. † Ecce exēplū
nam vos habetis ꝙ emptor non tenetur stare colono, vt in. l. em-
ptorem C. locati. nisi essent obligata omnia bona vēditoris condu-
ctori, vt not. Bar. in. l. vnica. §. ꝙ agit. ff. de superficiebus. exēplū
locator vendidit domū extraneo cuius locatoris bona erant pigno-
ri obligata conductori emptor venit ad iudicium, ⁊ impetrat prece
ptum qd̄ fit cōductori de vacuādo domum. i. tres dies. ⁊ fiūt multe
expense. tandē producto instrumēto locationis per cōductorem in

quo apparent bona locatoris fuisse sibi obligata ⁊c. per cōsequens emptor tenetur stare colono. certe emptor debet cendemnari in expensis. ⁊ ita vidi propter dictū Bar. qꝛ iste emptor anteq̄ꝫ veniret ad iudicium nō fecit omnia ea que debuit. nam debuit adire suum aduocatum. debuit ⁊ etiā interrogare locatorem de forma locationis. Et si locator dicat se non recordari saltem adeat notarium qui fuit rogatus de instrumento, qꝛ ad instantiam cuiuslibet pretendentis interesse dꝫ facere copiam volenti, vt not. per Ang. in.l.si quis ex argentarijs.ff. de edend. Aliud exemplum ponamus. aliquis agit ratione prescriptionis quam putat esse completam in qua plura requiruntur, ⁊ non probat de omnibus requisitis in prescriptione neqꝫ capitulat bene ita quod succumbit. certe debebit condemnari in expensis.s. quia errauit in iure, qꝛ non putabat illud omissum requiri in prescriptione. Item quia nō fecit omnia que debuit antequam veniret in iudicium, ⁊ sic condemnatur in expensis ratione temeritatis.

7 **Ex quibus** infertur †ad decisionem questionis vtrū iuramentum de calumnia excuset a condēnatione expensarum. Nam licet excuset condemnationem expensarum ratione presumpte calumnie. Non tamen excusat condemnationem expensarum ratione temeritatis que temeritas causatur ex ignorantia. Istam opinionē tenuit Jo. de imo. in.c.fin. litibus. de dolo. ⁊ contu. quam dicit fore cōem. Idem tenet Bar. in.l.j.§.j.ff.ad turpil. lꝫ ipse consuluerit cōtrarium ⁊ male. idē tenuit Bal. in auct. generaliter prealleg. Pro qua sententia facit ratio inconuincibilis. Nam de iure vna presumptio tollit aliā presumptionē, vt in.l.diuus.ff.de rest. in integ. Unde fateri possum⁹ ꝙ ex iuramēto calumnie nascit̃ presumptio ꝙ quis causam iniuste nō monet cū postea iuris succūbit in causa presumit̃ propter hāc succumbentiā istū iniuste mouisse litē. Et hec presumptio tollit aliā presumptionem inductam ex iuramento calumnie. ⁊ sic cōcludite victū victori debere condemnari in expensis etiam si iurauerit de calumnia.

8 ¶ †Aduerte tñ ꝙ expense que debentur ratione ꝯtractus puta ex promissione vt fit quotidie in instrumentis, qꝛ promittit restituere cū omnibus expensis, iusta litigandi causa nō excusat ab istis expēsis. imo nō obstāte ꝙ victus habuerit iustā causam litigandi debebit in expensis ꝯdemnari glo. est singu. in.l.iij.§.si rem.ff.de leg.iij. ⁊ ibi hoc Bar. ꝙ succumbens in causa appellationis qui obtinuit in causa principali debeat in expensis cōdemnari. Concludite sm

9 Inno.c.fi. litibus. de dolo ⁊ contu. †aut sentētia in causa appellationis est lata ex nouis probatiōibus victus nō debet ꝯdemnari in expensis, qꝛ iste victus errauit in facto putans aduersariū amplius nō posse probare, ⁊ ignorantia facti ⁊ non iuris excusat, vt in.c.cū ignorantia. de re iudi. lib. vj. ¶ Aut sententia est lata in causa appellationis ex antiqs ꝓbationibus factis in causa principali. ⁊ tūc victus debet cōdemnari in expensis, licet obtinuerit in causa principali ꝙ est notandum. ⁊ est ratio qꝛ victus errauit in iure putans se probasse. Ignorātia iuris nō excusat, vt s̄. dixi. Hanc sententiā sequit̃ Inno. in.d.c. ignorantia iuris. Idem tenuit Bar. in.l. generaliter. in.§. sententiam. C. de reb. cre. ⁊ est cōis sententia. ¶ Quero iterum nunquid iudex poterit sibi reseruare ꝯdemnationē expensarum. Dicite ꝙ nō sed taxationē bene pōt sibi reseruare hoc modo condemnatus in expensis taxatione nobis reseruata. Idem tenet glo. in dicta.l. terminato. quam ibi communiter sequuntur docto. (Uide Feli. in.c. significauerunt. in.vj.col. post prin. ibi licet.j̃.de excep. vbi etiā quid in interlocutoria, an iudex expensarum ꝯdemnationem sibi reseruare possit ibi, in.v.col. post mediū. in versi. primum. vbi etiā an postq̄ꝫ ab eo est appellatū taxare possit, ⁊ an con-

10 demnatio expensarum non pretendente taxatione sit nulla. (¶ †Et notate ꝙ in taxatione expensaꝝ tria debent cōcurrere per ordinē. Primo iudex debet taxare expensas. Scd̄o victor debet iurare se illas fecisse. Tertio iudex debet delato iuramento ferre sententiā super istis expensis declarando. Hec tria probant̃ in aucten. post iusiurandum. C. de iudi. ⁊ ibi hoc tenet Bal. vnde si victor iuraret primo de expensis factis, postmodū iudex taxaret nihil valeret ita dicit tex. ad literam in auct. post iusiurandum. ⁊ sequuntur docto. ⁊ est ratio, qꝛ si hoc fieret detegeretur periuriū iurantis ꝙ esse nō debet. Et iudex tamen post delatum iuramentum ⁊ taxationem declarauerit per sententiam suam expensas in minus, tunc non valet sententiam sm Inno. qui ita notauit in.c.fi. ꝙ met. causa. tamē taxatione facta. ⁊ etiā prestito iuramēto per victorem anteq̄ꝫ declaret expensas per se taxatas per sentētiā suā. iudex reuocaret tanq̄ꝫ minus legitimā taxationem, poterit tamē victus appellare ab huiusmodi taxatione expensarum si in totum se putat in nihilū tenere vel in parte, si putet excessum esse factum in expensarum cōdemnatione. Sed hoc casu debebit exprimere quātitatē excessus alias nō valet appellatio. ita dicit Innocen. in.d.c.fi. quem sequitur Bal. in.d.l. terminato. (Uide domi. Alexand. de imo. in.l. ab executore.ff. de appellatio.

11 **Quero** vlterius † nunquid in taxatione expensarum debeat citari aduersarius. Dicite aut victus comparuit tempore late sententie in causa principali, ⁊ tūc debet citari ad videndum fieri taxationem. aut fuit contumax ad audiendum sententiam. Et tunc si fuit citatus ad horam requireretur citatio ad taxationem. Si autem fuit citatus ad diem. ⁊ in alia die fiet taxatio non est necesse quod citetur. ita determinat Bald. in.d.l. terminatio. quod etiam tenent canoniste in.d.c. finem litibus de dolo ⁊ cōtu. Quero quis habeat taxare istas expensas. dicit quod iudex qui tulit sententiam vel etiam eius successor qui eadem persona censetur respectu dignitatis, vt in.l. cum proponebatur.ff. de re iudic. ⁊ in.c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. Item ordinarius habebit taxare expensas in quibus est facta condemnatio per delegatum nō antē delegatus taxabit, quia functus est officio suo per sententiam. itē determinat Bal. in.d.l. terminato. subijciens q̄ si arbitrator cōdemnauerit in expensis, ⁊ post sententiā adhuc duret tempus compromissi poterit adhuc tunc taxare. Si autem est finitum tempus compromissi, ⁊ tunc non poterit taxare, sed iudex ordinarius, tunc habebit taxare argumento legis a diuo pio. in princ.ff.de re iudic.

12 †Sed quero, pone q̄ iudex tulit sentētiā ⁊ absoluit victū ab expēsis nunquid tenebit talis absolutio. dicit quod non, nisi sit expressa causa. puta quia dicat propter iustā causā litigandi. text. est ad literam in.d. aucten. iusiurandū. ¶ Sed diceret quis pone q̄ iudex nec absoluit, nec cōdemnauit. quid iuris in hoc casu an victor poterit tūc petere expensas a victo, dicite ꝙ non. naꝫ si iudex omisit cōdemnare in expensis in sententia cause principalis non amplius poterunt peti expense. casus est ad literā in.d.l. terminato. ⁊ est ratio vt in text. ibi ne finito negotio lis noua oriatur. illa ratio est etiam, qꝛ ille expense veniunt officio iudicis mercennario quod officium extractum est per sententiam in cā principali. ita determinat Barto. in.l. a diuo pio. in.§. sentētiam rome.ff.de re iudi. Hoc fallit vbi de forma decreti vel statuti cauetur, ꝙ victus victori debeat ꝯdemnari in expensis, tunc quis potest petere expensas conditione ex lege, etiam si non fuerit condemnatus per iudicem. Istud est dictum Bar. in.l.iij. in.§. si rem.ff.de lega. iij. istud est dictum Ang. in.d.l. terminato. ꝙ tene menti, qꝛ vidi semel contrarium terminatum.

13 ¶ †Quero vlterius iudex dixit in sententia victum victori ꝯdemnamus in expēsis. modo vtraqꝫ pars dicit, qꝛ vnus obtinuit in vno ⁊ alius in alio vel etiā in vno eodemqꝫ capitulo pro parte obtinuit vnus, ⁊ pro parte succubuit alter. Dicite q̄ fiet mutua compensatio ita quod neuter alteri tenebitur quod procedit taxatione facta per iudicē ad instantiam vtriusqꝫ partis in singulo capitulo in quibus obtinuit sententiam ⁊ victoriam. ⁊ si expēse sint equales. secus autem vbi alter fuisset sollicitus ad faciēdum taxare pro parte sua ⁊ alter fuit negligens, qꝛ nunq̄ꝫ fecerit taxare. nam tūc ille qui fecit taxare habebit expensas. alius nihil habebit cū de liquido ad nō liquidum non possit fieri cōpensatio, vt in.l.fi.C.de compē. (Uide omnino.d. Alex. de imo. in.l. qui rome.§. duo fratres. xiij. colū. de verbo. oblig. pro qua materia etiā vide Matthe. ma.s. in no. ver. iiij.) Item vbi expēse in vno articulo essent maiores q̄ꝫ facte in alio in quo obtinuit aduersarius, tunc nō fiet compensatio sed condemnabitur aduersarius in eo in quo expense alterius partis facte sunt in plus compensatis reliquis expensis in articulo in quo obtinuit aduersarius. ita determinat Bal. in.d.l. terminato. ¶ Sed dubito retento predicto casu si iudex dixit victum victori cōdemnamus in expēsis, ⁊ iudex expressit quātitatē in ipsa ꝯdemnatiōe qualiter hec res intelligit̃. hanc questionē nemo tangit, puto tamē dicēdum ex. s̄. dictis q̄ si expēse equales sint, q̄ tunc fiet mutua compensatio. Si autē erunt inequales, ⁊ vnus casus obsorbeat maiorē partem litis. ille dicatur victor. ⁊ cōsequatur expensas, si sue expēse excedant expensas aduersarij sui. ergo bene facit iudex si cum acciderit ita litigatorum vni obtinere in vno capitulo ⁊ alteri in alio, ⁊ expense sint equales dicat hoc modo ambas partes ab expensis absoluemus ob mutuam victoriam cōpensatione habita. ita dicit Inno. quem sequitur Joan. de imo. in.d.c. finem litibus. quem etiam sequitur Bal. in.d. aucten. generaliter.

14 **Unum singulare** †non omitto q̄ si lata sit sentētia condemnatoria in centū, ⁊ victus appellet ⁊ iudex appellationis solum cōdemnet illū victū in quinquaginta. aduersarius eius.s. victor debebit condemnari in expensis, qꝛ inique ille victor petijt centū cū nō deberet habere nisi quinquaginta. nec hic potest habere locum mutua compensatio, qꝛ istud capitulum est indiuiduū. Ita dicit singu. Inno. in.d.c. finem

litibus

litibus. q multum cōmendat Jo. de imo. illud antē est not. dignissimum q si quis petat in iudicio centum & non fiat cōdemnatio in iudicio, nisi in quinquaginta victor debet cōdemnari in expensis. casus est expressus in. c. vnico. de plus petitioni. Et est ratio q plus petit re. ¶ Ulterius facite hanc gclusionē q si appellans succumbat in causa appellationis qui etiam succubuit in causa principali semper est cōdemnandus in expensis. hec est ratio Bal. in. l. fi. C.
15 qñ prouo. nō est neces. ¶ † Juxta premissa quero. iudex nō gdemnauit victum in expensis nunquid victor pper hoc poterit appellare. q victus nō est in expensis gdemnatus. (Uide Ro. in deci. cclvij. si auditor in not. vbi tenet indistincte appellari. Car. in cle. sepe. §. fi. pe. q. de verb. sig. dicit q lex. fi. alle. hoc per Lanfrā. habet locū qñ victus appellat, tunc em̄ victor nō appellat lz sufficit q inhereat appellationi victi, & iudex appellationis reformabit sentētiam, sed si victus nō appellet pōt victor appellare ab omissa condemnatione expensarū q etiā tenet Car. in. c. nicolao. ẜ. de appel. Et adde Feli. in. c. significauerunt. de except. lib. vj.) Dicite ẜm Cy. & Bal. in. l. fi C. qñ prouo. non est ne. q si victus appellauit in eo in quo est condemnatus, tūc victor non pōt appellare respectu expensarum, & si appellat superuacua erit appellatio. Et est ratio, q iudex appellationis ad quē appellauit victus habebit cognoscere vtrum victus debuit cōdemnari in expensis vel ne. Unde si apparuerit debuisse gdemnari cōdemnabit. nam iudex appellationis habet reformare sententiā latam in causa principali vbi viderit expedire. Et ideo superuacue per victorem appellatur, vt. s. dixi. Si autem victus nō appellasset in eo q esset cōdemnatus, tunc bene victor posset appellare eo respectu q non esset cōdemnatus victus in expensis, & probatur prima pars in. d. l. fi. in. §. responsio. vbi Cy. & Bal. similiter dicunt q si actor petat centū, & reus fuerit gdemnatus tantū in quinquaginta, & in alijs quinquaginta fuit absolutus si reus appellauit ratione cōdemnationis de quinquaginta nō poterit actor appellare respectu absolutionis ab alijs quinquaginta. ita probatur ad literam in. d. l. fi. in vlt. respon. & ratio est q iudex appellationis de quinquaginta habebit cognoscere de toto negocio, vt. s. dixi.
16 † Sed pone q iudex nō condemnauit victū in expensis in casu in quo debuit cōdemnari nūquid faciet litem suā iudex. (Uide Pet. de suza. in. l. naz quicquid. §. j. ff. de indi. vbi an teneat ad interesse. Et adde qd absoluens repetit ab eo, quem debuit condemnare. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de expen. ver. possunt expense. si nō omittit. Alex. in. l. ij. C. de fru. & lit. expen. & ij. q. j. c. in primis. Et vide Feli. in. c. significauerunt. ẜ. de excep.) Dicite ẜm Bar. in. l. iiij. in. §. hoc autē. ff. de dam. infec. quē sequitur Bal. in d. l. fi. Aut fuit petitum partē gdemnari deberi in expensis, & tunc si iudex omittat faciet litem suā vt in. l. properandū. §. sin autem. C. de iudic. Aut non fuit petitum per partem aduersam debere victū cōdemnari in expēsis, & tunc si non gdemnet nō faciet litem suā, q iudex non tenetur impartiri officiū suum nisi petitus, vt in. d. §. hoc autem. Tamē iudex hoc casu si voluerit poterit victuz in expensis condemnare etiam si non fuerit petitum q ea que emergunt post litem contestatam spectant ad officiuz iudicis, vt in. l. ediles. §. fi. ff. de edili. edic.

17 **Quero** vlterius † vtrum succumbens in aliqua interlocutoria debeat condemnari in expensis. Respondeo quod si interlocutoria feratur super aliquo articulo iuris, victus non debet condemnari in expensis. Secus si super articulo facti. ita determinat Cy. in. l. polla. C. de his qui. vt ab indi. & tenet Bal. in. d. l. fi. prealleg. Ideo vbi est articulus iuris victus non potest in expensis condemnari, q est tale quod potest statim per iudice expediri. ita quod expense non sunt necessarie cum ius sit certum. Et potest poni exemplum, si facto sequestro pars veniat, & dicat velle reuocare sequestrum per satisdationem. aduersarius dicit per satisdationem non posse reuocare sequestrum, & iudex interloquitur posse reuocare, certe victus non condemnabitur in expēsis. q an
18 possit reuocari an ne, stat in puncto iuris. ¶ † Notandum est etiaz quod vbi iudex non condemnauit in expēsis victum in interlocutoria poterit postea cōdemnare. si obtineat etiam in diffinitiua sententia. Si autē nō obtineat in sententia diffinitiua non poterit victum cōdemnare. Ita not. Ang. in. l. terminato. prealleg. Et ideo sit cautus ille qui obtinuit in interlocutoria, vt faciat statim aduersarium in expensis condemnari, q si postmodum succumbat in diffinitiua non posset. & est etiam notandum, q vbiquis succumbit etiaz in interlocutoria, que nō sit iuris condemnatur in expensis si victus nō habeat iustam causam litigandi. & an habeat iustam causaz litigandi inspicitur ratione illius articuli superquo est lata sententia interlocutoria, non autem respectu totius cause. Ita enet Inno. in. c. fi. litibus, de do. & contu.

19 **Quero** nunc vlterius † que sint ille expense in quibus victus debet gdemnari. Respondeo ẜm Inn. in. d. c. fi. litibus. de do. & cōtu. q sunt expense necessarie ad causam nō autē vtiles, & sic expense facte in aduocatis, & in procuratoribus, & in itinere & in hospitijs &c. vt in. l. nō ignoret C. de fru. & litis expē. Nec debent considerari expense nimis delicate, sed mediocres, vt in. l. si seruus. in fi. ff. de pign. actio. Ideo si rustic⁹ q solitus est ire pedester voluisset accipere vnū equum ad vecturā cause veniēdi de rure ad ciuitatē causa litem suā sollicitandi. he expense non veniūt in refectione, vt est glo. singula. in. l. idemqz. in. §. idem labeo. ff. mā da. Nam inspicienda est consuetudo patrisfamilias, vt in. l. vel vni
20 uersorum. ff. de pig. act. † Est autem in his expensis aduertendum, q debent deduci expense quas victor fecisset domi, illud qd postea superest venit in refectionē expensarum, tex. est in. l. sed si. in. §. qd autem. ff. de peti. here. & in. l. sed si. §. j. ff. ad exhiben. Ita tenet Ange. in. d. l. terminate. & in. d. §. q autē. Et hec sunt vera vbi expēse veniunt ratione interesse. puta ratione victorie, vt est in materia nostra, vbi autē expense venirent ratione contumatie. de quibus infra dicemus, tunc non deducuntur expense quas quis fuisset domi facturus. eodem modo nō deducunt̄ expense quas quis fuisset domi facturus quando expense veniunt ex dispositione legis. veluti est in episcopo visitante monasterium, cui debentur expense. naz non deducuntur expense quas fecisset domi. & sic etiā in testibus qui profiscuntur ad locum iudicij causa testimonij ferendi quibus debentur expense integre. non in eo quod expēdissent domi, vt in. l. iij. in §. sabinus. ff. de testib. in. l. quoniaz liberi. C. eod. Nam debebuntur
21 expense integre. non detracto eo quod expendisset domi. † Jtidem in iudice delegato qui accessit ad certum locum vt ibi ferat sententiam cui debentur expense, certe non deducunt̄ expense que fecisset domi. ita not. singu. Jo. an. in ver. moderatas. in. c. statutū. lib. vj. quem Ang. sequitur in. d. §. qd autem. ¶ Est quoqz aduertendum q si aduocatus peragat propriam causam & litem obtineat, & condemnatus in expensis sit aduersarius. non poterit pro expensa computare id quod expendit in vno alio si ipse non fuisset aduoca-
22 tus. glo. est singularis in. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. ¶ † Audite etiam quod iudex solum habet taxare expensas factas non autē faciendas. ita determinat Inn. in. c. cum venisset. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. Quem sequitur Ang. in. d. l. terminato.

Unum commemoro notandum, videlicet q si testes extra iudicium iactauerunt scire veritatem, & postmodum recesserunt vel sunt mortui pendente iudicio ante eorum depositionem. si volens producere testes succumbat eo quod non potuit per eos probare, q mortui vel absentes nō condemnabuntur in expensis. ita not. Bal. in. l. nō ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Subijciens ibidem Bal. q si citauerit aliquē temere, puta q citauerit Joa. de gandino cum plures sint Joannes de gandino in Crema, & citatus non est ille qui debuit citari, debebit ideo actor in expensis condemnari. eodem modo si erratum est de nomine citati. ita determinat Bal. in. d. l. non
23 ignorat. & in. l. sancimus. C. de iudic. ¶ † Ulterius quero. nūquid actor qui fecit expensas in recolligendo instrumentum a tabellione possit petere sibi tales expēsas refici. Respondeo ẜm Bal. in d. l. non ignorat. q sic. si debitor fuit in mora puta per interpellationem vel interpositionem diei elapse, alias nō. ¶ Et quippe vnum singulare est notandū in condemnatione expensarum, quia sententia lata in expensis valet etiam incerta secundum Inn. qui ita not. in. c. fin. litibus. de do. & contu. Hec satis quo ad materiam expensarum que debentur ratione victorie &c. Nunc videamus de expensis que veniunt ratione contumacie. Et premitto quod tales expense possunt peti siue coram iudice ordinario, siue coram iudice delegato, vt not. Bal. in. l. sancimus. C. de indi. ¶ Item premitto ẜm eundem Bal. ibidem qd tales expense possunt peti per edictuz si quis ius di. non obtempe. Item possunt peti officio iudicis mercēnarij. Item tales expensas quis potest consequi per clausulam iudicati, vt in. d. l. sancimus. Tertio premitto q dicte expense ita veniunt reficiende ex parte actoris sicut rei q vterqz possit esse contumax. Quarto premitto q dicte expense veniunt reficiende per fictum cōtumacem sicut per verū. ita tenent docto. in. d. l. sancimus.
24 ¶ † His sic premissis quero quando debeāt refici iste expēse que veniunt ratione contumacie. Respōdeo ẜm doc. in. d. l. sancimus. q possunt refici in qualibet parte litis. cum in qualibet parte litis quis possit esse gtumax. secus in alijs expensis que veniunt in tota li lite, q ille reficiunt̄ in fine litis, vt in. l. properādum. §. sin autē. C. de indi. particulares autē expense que veniūt ratione victorie possunt refici in singulo capitulo. & si fuerit omissum pōt appellare in quacunqz parte litis. & not. Bal. in. d. l. sancimus.

25 **Quero vlterius** †quis fuit contumax in prima ci
tatione an debeat condemnari,
an vero debeat expectari trina citatio. dicite ꝓm Bald. vbi s̄. ꝙ ad
primam citationem debet cōdemnari in expensis. ¶ Vlterius que
ro an finita instantia possint peti tales expense. Respondeo secun-
dum Pe. quem sequitur Bal. vbi s̄. ꝙ non. ¶ Vlterius quero
vtrum quis possit condemnari in dictis expensis sine aliqua cita-
tione. Inno. tenet ꝙ sic. in. c. cum dilecti. de dolo ⁊ cōtu. Et idez te
net Bald. in. d. l. sancimus. ¶ Vlterius quero vtruz cōdemnatus
in expensis ex contumacia possit appellare. respondeo ꝓm Cy. qđ
sic. quando contumacia est causa debiti. secus autem si contumacia
est causa pronuntiationis, qꝛ tūc nō appellat. ita no. Cy. in. d. l. san
26 cimus. ¶ †Finaliter quero vtrum iudex teneatur ad reficiendas
expēsas inquisito qui est absolutus. (Vide do. Alex. de imol. in. l.
j. ff. ad turpil. vbi quādo iudex procedit ex officio. ⁊ Card. in cle. se
pe. §. fi. vij. q. de verb. signi. ⁊ Anto. de bu. in. c. dilecti. j. de do. ⁊
contu. ⁊ quid in accusatore. vide Feli. in. c. accedens. circa fin. iij.
col. de accu. ibi. viij. not.) Respondeo ꝓm docto. in. d. l. sancimus.
qđ sic si processerit nullis precedentibus indicijs neq; fama alias
non. intelligite omnia supradicta de expensis ratione contumacie
siue sit contumax in non veniendo, vt in auct. qui semel. C. quomodo
⁊ quando iudex. Siue sit contumax. quia venit sed nō stetit, vt in. l.
scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. Siue venit ⁊ sterit, sed noluit
respondere. quo casu etiam dicitur quis cōtumax, ⁊ potest denega
ri iurisdictio tali contumaci, vt in. l. sed si per pretorem. §. sed si de
certo. ff. ex qui. cau. maio. Per quem. §. dixit singu. Bal. in. l. con
sentaneum. C. quomodo ⁊ quando iudex. Quod iudex potest dene-
gare iurisdictionem contumaci. in alia causa in qua non est contu-
max dummodo sit inter easdem personas inter quas fuit causa in
qua fuit contumax. ¶ Addite pro complemento huius materie
27 vnum quod voluit Inno. in. d. c. fin. litibus. videlicet † qđ vbi fert
sententia absolutoria ab obseruatione iudicij debet actor in expen-
sis cōdemnari. similiter dixit Bal. in. l. properandum. §. illo pro-
cul dubio. C. de iudic. Quod vbi est lapsa instantia iudex adhuc du
rat quo ad condemnationem expensarum, qꝛ ꝯdemnare debet acto
rem in expensis, nec est necessarium pronuntiare instantiā esse per-
emptam nisi solum declaratiue ꝓm quod ipse notauit in. d. §. procul
dubio. ⁊ recte ibidem in [illegible] probatur. Et ex his finem facio in hac
spaciosa rei iudiciarie m[illegible]a in qua si quid bene dictum, ⁊ positu3
reperiatur. Deo laus sit [illegible]riose virgini Marie, ac beato Joan-
ni baptiste. Sinautem aliquid minus bene dictu3 repertum fuerit,
me humiliter vniuscuiusq; correctioni subijcio.

FINIS

De Expensis in iudicio fa-ctis. Tractatus Friderici Schench Iu-risconsul. clarissi.

SVMMARIVM

1 Victus victori in expensis condemnandus est.
Sententia pro absente actore lata expensarum condemnatione3 cō-tinere non debet.
2 Iuramentum de calumnia excuset necne ab expensis.
3 Litigandi causam probabilem habens nō est in expensis condem-nandus.
4 Probitas vite excuset necne ab expensis.
5 Doctorum opinionem secutus non est in expensis cōdemnandus.
6 Expensarum condemnatio ob negotij varietatem nonnunquam re-mittitur.
7 Damnum fecisse videtur qui occasionem damni prestitit.
8 Exceptionem dilatoriam opponens ad processu3 retardandum, est condemnandus in expensis non expectata diffinitiua sententia.
9 Processu retardato occasione exceptionis peremptorie proposi-te, expense non veniunt in condemnationem ante diffinitiua3 sen-tentiam.
10 Exceptio peremptoria obijci ⁊ probari potest posteaq̄ actor inten-tionem suam fundauerit.
11 Attestationibus publicatis non admittitur probare volens dire-cte contrarium.
12 Contumax in expensis condemnatur non expectata diffinitiua sen-tentia.
13 Contumacem quid prestare necesse sit, si audiri velit.
14 Appellans victus in causa appellationis an ⁊ quando sit in expen-sis condemnandus.
15 Appellatus succumbens in causa appellationis an sit in expensis condemnandus.
16 Expensarum condemnatio moderata esse debet.
17 Impensarum in iudicio factarum appellatione quid veniat.
18 Expense petantur ne iure actionis, an veniant officio iudicis.
19 Iudex si expensarum condemnationem omiserit, an eas de suo re-sarcire debeat.
20 Expensarum condemnationem in sententia omissam possit ne iu-dex repetere.
21 Expense quomodo probentur.

1 **Egulare est** †vt victus
in expensa
rum causa, victori condemnetur, quā-
tum pro solitis expensis litiu3 iurarit.
l. properandum. §. sinautem alterutra
parte. C. de iudicijs. Calumniā etiā, ⁊
audatiā temere litigātium condemnā
do in expensis, ⁊ alio multiplici reme
dio sanctio imperialis ꝯpescit. Itaq;
⁊ Pontifex precipit, vt de cetero in
causis pecuniarijs, vict⁹ victori in ex
pensis legitimis condemnetur, nisi sentētia pro absente seruatur. c.
calumniam. de penis. Nam etiam absente actore, si eum meliorem
causam habere prospexerit iudex, pro eo sententiā ferre poterit, ⁊
presentem reum absenti actori condemnare, expensis tantummodo
litis, quas reus legitime se expendisse iurauerit, cōdemnatione ex-
cipiendis. Et hec pena actori, etsi meliorem causam habenti, pro-
pter solam absentie contumaciam imponitur. d. l. properādum. §. ⁊
siquidem. versic. sinautem ex gestis. C. de iud. Et qui succubuerit in
causa, alteri parti in expensis condemnatur. c. vlt. de maio. ⁊ obe.
in fi. vbi glo. fi. dicit esse argumentum optimū, ꝙ victus victori sem
per sit ꝯdemnandus in expensis. Cum etiā, que temere aduersariū
suum in iudicium vocasse constiterit, viatica litisq; sumptus, aduer
sario suo reddere oportebit. l. eum que3 temere. ff. de iudic. Porro
2 †tametsi multorum sententia sit, ratione iuramenti de calumnia pre
stiti quem excusari ab expensis, quum nullus immemor sue salutis
presumatur. j. q. vij. c. sancimus. sicq; hoc iuramento prestito, pro-
babilem causam litigandi habuisse presumatur. argu. de sent. exc.
c. sacro. ⁊ ibi in gl. super verbo, probabilis. Tamen Panor. in. c.
finem litibus. versi. glo. noluit. in hac particula, quod iuramentum
calumnie. de dolo. ⁊ contu. post Joannem and. ⁊ Hostien. ꝯcludit,
iuramentū calumnie non excusare a condemnatione expensarum,
tum qꝛ cōdemnatio fit, non solum propter calumniam, sed etiā pro-
pter temeritatē. d. l. eum quem temere, tum quia victus presumitur
calumniari. d. c. calumniam. In dubio enim presumit̄ calumniasse,
nisi de cōtrario appareat, manifestissimis documētis. c. j. de elect.
in. vj. in fin. vbi deficiēs in probatione, videtur calumniari, ⁊ punit̄
de calumnia, nisi manifestissimis documētis apparuerit de proba-
bili causa, que eum excuset. Et quum iura velint hoc iuramentum
in omni causa generaliter esse prestādum. c. j. de iura. calum. ⁊. c. j.
eod. titu. lib. vj. quid magis ridiculum, q̄ putare hoc iuramentum
excusare ab expensis? quum, si id verum esset, victus nunq̄ victori
in expensis condemnaretur, nisi illo casu, quo tacito partium con-
3 sensu, iuramentū calumnia esset omissum. Alia tamen †probabilis
causa, aut probabilis error victum ab expensarum condemnatione
tuatur. secundum Panor. vbi supra. Ego allego glo. in. d. ca. sa-
cro. in verbo, probabilis. in fi. de senten. excom. que ibi colligit ar-
gumentum habentem probabilem causam litigandi, non puniri in
sumptibus litis. alle. l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. ij. versic. nec
aliud seruabitur in litis sumptibus, si ratio litigandi non fuerit. Ex
hoc tex. a contrario sensu, patet, si fuerit ratio litigandi, excusari ali
quem a sumptibus litis. Que autem sit hec ratio, opinor iudicis ar
bitrio relinquendum. Hostien. in. d. c. finem litibus. exemplificat,
de petente debitum ratione instrumenti inuenti in arca paterna cui
tamen erat satisfactum, quod hic probabiliter ignorauit, ex qua suc
cessit in ius alterius. Regu. is qui in ius. ff. de regu. iur. Igitur suc-
cumbens non condemnabitur in expensis. Item si quis aliquid de
intentione sua probarit, licet non plene, videtur litigandi rationem
habuisse cap. mulieri. de iureiuran. Item si actor motus sit aliqua
scriptura, non debet in expensis condemnari, quia excusatur a te-
meritate, presumptione scripture. Ita Bal. cōsi. clxvj. in fi. in quar
ta parte allegat. l. de etate. §. ex causa. in fi. de interrog. actio. Item
4 si †victus sit persona, tam honesta, religiosa, ⁊ proba, vt in eam nul
la cadat

la cadat iniustitie, calumnie, seu temeritatis suspitio, poterit ab expē sis excusari. qđ post Hostien. ꝛ Joan. and. ꝫ Panoꝛ. in. d. c. finem litib. versi. Concludendo ergo victū. vbi ēt post pauca concludit, se
5 cutus doctores, in cle. ne Romani. de electio. Habentez† pro se cō munem opinionem doctoꝝ, videri habuisse iustam cām litigandi. ꝙ ꝛ sequit ibi Anto. de but. qnimo Ange. perusinus in. l. terminato. C. d̄ fructi. ꝛ litium expen. versi. si aūt talia consilia habuisset. credi. Quod si ante cām motam, litigatoꝛ habuisset consilia taliū viroꝝ, ad quoꝝ scientiam ꝛ fidē solet vt plurimū haberi recursus, tūc succum bens non debeat in expensis condemnari. Videt enim excusandus si credidit peritoꝝ responsis, qbus etiam iura fidez adhibent. l. j. ff. de ventre inspicien. ꝛ. l. semel. in verbo, medicis denuntiantibus. C. de re mili. lib. xij. Dicitqꝫ ita se vidisse obseruari, in ardua causa, cu ius expense miris excreuerant modis. Hoc Angeli dictum equita tem hꝫ, mō responsum a talibus viris sit profectum. quos verisimile sit. pecunie cupiditate, ab equi boniqꝫ tramite nō facile deuiaturos. Dicit etiam Ange. perusinus, vbi. s̄. si qs vsqꝫ ad certum terminum instantie, habuisset iustam cām litigandi, vt pote vsqꝫ ad publicatio nem attestationū, vel aperturā processus non debere condemnatio nem fieri in expensis preteriti temporis. sed solum futuri, ꝛ lapsuri post talem aperturam. alle. l. si qs inficiatur. ff. depo si. Ubi demū post habitam notitiaꝫ qs in dolo constituitur. Ad idem facit. l. de
6 stitisse. ff. de indic. Fit quoqꝫ nonnunqꝫ vt neuter† litigatoꝝ, sum ptum condemnationi subdat. s. quū propter negotij varietatem iu dex ad eam preter mittendā mouet, modo tamē sua sententia hoc de clarat. auc. pot iusiurandū. C. de iudi. Hec obtinent in expensis ratio ne victorie assecute per sententiam. Et boꝝ vltra premissa, est ratio
7 qꝛ† occasionem damni prestans, damnū fecisse videtur. l. q occidit. §. in hac quoqꝫ actione. ff. ad. l. aquil. Ergo, cum victus victori cām prestiterit faciendarū impensarū, merito a victo. vt damnū inferen
8 te, refundent. Sed qđ† in expensis ratione retardati processus, ꝛ cō tumacie? ꝛ qdeꝫ, si petant ratiōe retardati processus, ꝛ retardatio sit facta occasione exceptionis dilatorie, Panormi. in. d. c. fin. litibus versi. Sed ego Deo auctore, ꝛ propitio, credo posse oīa predicta re duci ad concordiam. ponit regulā, ꝙ quo ad oēs dilatorias, seu qua si peremptorias exceptiones, vt in exceptione ꝯ testes, iuxta nota. glo. in. c. ex parte ade. de testi. ꝛ in. c. j. de exceptioni. ꝛ quo ad alias, cuiuscūqꝫ sint nature, non concernentes merita negotij principalis debeat in ꝓbatione talis exceptionis deficiens, in expensis ꝯdemna ri, non expectata diffinitiua, dūmodo aliqua legitima cā non excuse tur. c. i. de resti. spolia. lib. vj. ꝛ. c. j. de except. lib. vj. versi. Quod si non probauerit, iudex in cā procedere non ommittat, reū in expēsis condemnās. ꝛc. Et per Bar. in. l. non ignorat. C. de fruc. ꝛ lit. expē. Hec conclusio ꝑm Panoꝛ. probat ratione. Nam super istis dilato rijs dꝫ pronunciari, ꝛ sententia ferri. c. exhibita. de indi. ꝛ plene nota tur in. c. j. de ordi. cog. Igitur merito subseq dꝫ condemnatio expen sarūꝫ, tanqꝫ accessoria ad ipsam sententiam. arg. Regule accessoriū.
9 de reg. iur. lib. vj. Si vero † retardatio processus sit facta, occasione exceptionis peremptorie. Et conclusio est, ꝑm Panoꝛ. vbi. s̄. quod deficiens in probatione exceptionis peremptorie, ꝯcernentis pro pria merita cause principalis, non sit regulariter condemnandus in expensis ante diffinitiuam, quam in ipsa diffinitiua debeat con demnari. Ratio est, qꝛ super istis peremptorijs non pronuntiat ex presse, sed super principali. l. quoties. C. de indi. ꝛ notat plene in. c. j. de ordi. cog. Hec regula limitat, vt locū non obtineat, concurren tibus duobus, de quibus in. d. c. fi. litibus. de dolo ꝛ contu. veꝫ si ex ceptio peremptoria ei opponat, fundata intentione actoris, ꝛ non in continenti probet, sed ad eius probationeꝫ inducie accipiantur, tūc enim si in probatione defecerit, in expensis sit condemnatio, non ex pectata diffinitiua. Et requiruntur hec duo, vt locus sit dispositio ni. d. c. fi. Consuluit igitur Panoꝛ. vt ad euitandam dispositionē il lius capituli, reus ante fundatam intentioneꝫ actoris, proponat suaꝫ peremptoriam, iuxta ea, que legunt, ꝛ notant in. l. si quideꝫ. C. de ex ceptio. Sed non probet eā, nisi fundata intentione actoris, si est talis que probari possit publicatis attestationibus. Nam proponendo ex ceptionem ante fundatā intentionem actoris. non videtur esse in do lo, aut malitia, super qua se fūdat. d. c. fi. litibus. Hec dicit Panoꝛ. esse notanda, ꝛ alibi non reperiri ita bene declarata. Igitur non pi guit hic ea commemorare, verbis tñ nonnihil immutatis. ex his per
10 spicuū est† peremptoriam exceptionē posse obijci ꝛ probari, etiam postqꝫ actoꝛ fundauerit intentionem suā, ꝛ ita publicatis attestatio nibus super principali. Publicatione enim non facta, constare non posset, an actoꝛ intentionem suam fundasset. Huic applaudit. c. de testibus. ꝛ. c. fraternitatis. de testi. ꝛ. c. cum Jo. de fi. instru. ꝛ. l. per hanc. C. de tempo. appel. modo talis exceptio ex diametro non re pugnet intentioni actoris, sed compassibilis sit cum facto princi pali. puta, ꝓbasti fundū quē possedi, esse tuū, ego nunc ꝓbare volo, illū ꝑ me esse ꝓscriptū, vel ꝓbasti me tibi debere mille, ꝛ ego ꝓbare volo pactū de non petendo, vel liberationē postea secutā. His eniꝫ ꝛ similibus casibus, non est timoꝛ subornationis testium, ꝛ sic non
11 obstat publicatio. Secus† si obijciatur perēptoria incompassibilis cum facto principali, veluti si tu probasti fundum esse tuum, ꝛ ego velim probare non esse tuum, vel te mihi non mutuasse mille. Tūc enim post publicatas attestationes. non admittetur probare volens directe ꝯrium, idqꝫ propter timorem subornationis testium. cle. ij. de testi. in cle.
12 ¶ Si autem† petantur expense rōne contumacie. ꝛ certū est, non expectata diffinitiua, contumacē in expensis esse condēnandū. c. j. d̄ dolo. ꝛ contu. lib. vj. Ubi actoꝛ contumax, ꝛ non comparens in ter mino, ad quem citari fecit reū, venienti reo cōdēnat̄ in expensis, ad citationem aliam minime admittendus, nisi sufficienter caueat, se in termino fideliter cōpariturū. Et in. c. qm̄. §. in alijs. vt lite non con testata. vbi conuentus reali, si ꝯtumax sit, mittendus est actoꝛ in rei petite possessionē, vt tedio affectus reus, veniat responsurus.
13 ¶ † Quid si venerit. ꝯ. annū, iudicio sisti, prestita cautione, ac exhibi ta satisfactione congrua expensaꝝ, possessionē recuperat. ꝛ. l. san cimus. C. de iudic. Ubi contumaci postea comparenti, non aliter iu dicialis aditus patet, nisi oīa damna, ꝛ impensas ex contumacie vi tio aduersarijs inflictas restituat. Predictis ēt congruit. c. cū deli cti. de dolo ꝛ contu. in fin. ver. ad legitimas ꝛ moderatas expensas. quas aduersarij eius fecerant a tempore citationis emisse, quem ex
14 tunc expectare inceperant, ipsum curauimus cōdemnare. † Por ro succūbens in cā appellatiōis si sit appellans, condemnat̄ in expē sis, modo sit pronunciatū ex actis prime instantie, ꝑm glos. in regul. ignorantia. de reg. iur. Nam per primam sententiam condemnatus videt̄ temerarius, seu calūniosus litigatoꝛ, nisi ratio aliqua probabi lis eum excuset. Et que sit causa probabilis, consistit in arbitrio iu dicis. arg. c. de causis. de offi. deleg. ꝛ argu. l. j. ff. de iure delibe. ꝛ. l. ij. ff. de re iudi. Secus igitur, si ex nouis probationibus in secunda in stantia factis pronuntiet̄. nisi appareat eum super principali nego
15 tio prorsus temerariū ꝛ calūniosum litigatorē fuisse. † Si aūt appel latus sucūbat, ꝛ ex nouis actis secunde instantie, condemnationeꝫ ex pensaruꝫ euitat, ꝑm Bart. in. l. generaliter. C. de iureiuran. ꝛ in. l. ꝓ perandū. §. finautē reus. C. de iudi. Et ita hꝫ stylus curie Romane, ꝑm decisionē rote. Si vero appellatus sucūbat ex antiquis actis pri me instantie, crebrioꝛ hꝫ opinio, eum condemnationem expensaruꝫ non euitare, ꝑm Panoꝛ. vbi. s̄. nisi probabili aliqua cā releuet̄, adeo vt ēt singularis opinio, ꝯ communeꝫ, illum excuset, si illa singularis opinio sit probabilis, ꝛ iudex prime instantie, qui eam secutus est, sit magne auctoritatis ꝛ estimatiōis, Attamen Cy. in. l. generaliter. C. de reb. credi. ꝛ in. tenet indistincte, appellatum, succumbentem, in omnibus expensis esse condemnandū, per regulam, victus victori. quemadmodum etiam adstruit capel. Tholosa. q. xxij. de quo tamē latius ibi in additiōe. ꝛ per Guido. pape. q. cxxxvij. qui tenet distin ctionē. s̄. positam, que etiam placere videtur Innoc. in. c. fi. litibus. de dolo ꝛ contu. Cum quadam tamen moderatione. Guido. pape, supra, intelligit predictam distinctionem, vt. s. ita demum appellatus succumbens ex nouiter probatis, non teneatur ad expen. si nouiter probata non erant verisimiliter nota succumbenti in causa appella tionis. Sed glo. super verbo, expendisse. in fi. c. in primis. ij. q. i. di cit, quod in causa appellationis indistincte quilibet succumbens cō demnatur in expen. ꝛ glo in verbo, condemnabitur. in fin. in. c. q scit. §. patet ergo. ij. q. vj. semper inquit in causa appellationis condem no victum. alle. c. vt debitus. de appella. ꝛ. ff. de appel. l. negotioꝝ. Quod iuris dispositioni magis arbitroꝛ consentaneum. Tametsi eq tatem quandam preseferre videatur interpretum distinctio. Sed cum lex non distinguat, quid momenti habeat distinctio nostra?
16 † Expensas autem cōuenit esse moderatas. c. cum delicta. in fin. de dolo ꝛ contu. ꝛ. c. fin. de sequestra. pos. ꝛ fruc. qꝛ honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusqꝫ luxuria subsequenda. Et ra tio haberi dꝫ eius impense, que modum probabilem non excedit. l.
17 inter quos. §. vlt. ꝛ. l. seq. ff. de dam. infec. Impense autem † he circa litis instructionem, ꝛ prosecutionem, veluti honoraria aduocatoꝝ aliasqꝫ causas in iudicijs vertentes consistunt. l. sancimus. C. de iu di. Ubi omnium quoqꝫ damnorum, aduersarij contumacis vitio in flictorum, restitutio fieri percipitur. An autem petitione expensaꝝ comprehendantur victus, ꝛ vianti cibaria? Et quidem doctores dicunt venire, deductis tamen illis impensis, quas domi fecisset. ar gu. l. sed etsi lege. §. quod autē quis ex herediate. ff. de peti. hered. ꝛ. l. si res mobilis. ff. de rei vendi. nisi domi agens victum suum ex artificio sustentare consueuisset, hoc enim impedito, per litis prose cutionem, expense cibarioꝝ ꝛ victualia ei restituentur. argu. l. sed

18 ⁊ si hereditas.§.plane pascere.ff.ad exhi. Preterea† tametsi glos.
sup verbo,expensas,circa fi.in.d.c.fi.litibus ,velit expensas ante li
tis cõtestationem factas,peti debere iure actionis,idest actione pro
eis intentata,⁊ libello oblato,cũ ea,que fiunt ante litem contestatam
non pertineant ad iudicis officiũ.l.ediles.§.itẽ sciendum.ff.de edili.
edict. Tñ Panor.putat iudicẽ ex officio suo in expẽsas illas posse
condemnare,absq; aliqua partis petitione,condemnando.s.ante li-
tem contestatam,contumacem in non comparẽdo.c.cũ dilecti.in fi.
de dolo.⁊ contu. Ubi satis apparet,nulla partis petitione ,nulloq;
50 enumerantur certi alij casus. ¶ † Lxxiij.quero,si denegetur dilatio que petitur ⁊ sic deneget audientia an possit appellari. videtur qd non sed q debeat ad superiorem p viam simplicis querele recurri. vt no.per Spec.in ti.de ap.§.in quibus.ver.xxxij.Quidā tñ dicunt q pcessus est nullus ipso iure si iudex nullā det dilationē cū debeat dare quasi ex omissionē ordinis.vt no.xxij.q.iiij.c.vxor felicis per Archi.Ista dicit Bal.in.l.ij.C.de epi.au.in ver.xj.queritur ⁊c.

¶ Lxxiiij.quero,an a nimis magna dilatione possit appellari de iure ciuili.dicit Bar.q sic.si per eam impedit ne lis finiatur vt pote qꝛ excedit tps instantie.qꝛ hoc grauamē est irreparabile nisi p ap.secus si non excedit tps instantie fm Bar.Bal.aūt dicit q in primo casu dilatio est nulla.ff.de arg.l.si cū dies.§.si intra.Non ob.l.pendente.C.de temp.in inte.res.pc.qꝛ ibi tps erat appositū cause q ex causa prorogat.secus in tempore instantie vt no.in.l.properandum in prin.C.de iu.ita dicit Bal.in.d.l.ij.C.de epis.au.ver.xij.qrit ⁊c.

51 ¶ Lxxv.quero,quis pōt adherere appellationi p aliū interposite si sua intersit.Sed.i.q tēpus debeat adherere.dic q.i.x.dies q dant ad ap.in.c.consultationi extra de ap.lib.vj.Et vide Archi.in.c.vt certa gl.super verbo adherentes.de ele.lib.vj.⁊.c.statuimus.eo.ti.in gl.in formam.Tales enim adherentes intelliguntur esse appellātes,ita innuitur in.c.olim.extra de accusa.

¶ Lxxvj.qro,si qs appellet noie meo sine mandato an debeā ipsam ap.ratificare.i.x.dies.qui dant ad ap.dic q sic alias appellatio est deserta.vt plene scripsi in deci.dicte curie parlamenti.q.xiij.

52 ¶ † Lxxvij.quero.si pcurator meus non appellauit an possim appellare.i.x.dies.a die notitie.dic q si pcurator est pauper vel colluserit cū aduersario q possim appellare.l.j.in fi.iuncta gl.ff.qn appellandū sit.⁊ ibi Bar.de hoc etiam tetigi.i.in versi.cij.quero.

¶ Lxxviij.qro.si qs appellet primo viua voce ⁊ postea in scriptis quā appellationē debet prosequi.vide Bar.in.l.cū procurator.§.j.ff.de ope.no.nun. ¶ Lxxix.quero,si quis citetur ad locū non tutū, an sit iusta causa appellādi.vide.Gof.in.c.interposita.extra de ap.

53 ⁊ Bar.in.l.ij.ff.de ap.reci. ¶ † Lxxx.quero, si quis pronuntiet se iudicē non cōpetentē,an possit illā interlocutoriaz reuocare.preceptor meus.d.Jo.de gras.dicit q nō.in.c.significantibus.de offi.de.leg.p tex.dicti cap.Et si faciat nulliter facit.ex quo infero q nō erit necesse appellare.sed poterit agi super nullitate talis reuocationis.

¶ Lxxxj.quero,an princeps possit appellationē desertam admittere.vide que dixi in.d.deci.q.cxcv. ¶ Lxxxij.quero, si appelletur a snia.Et p lapsū fataliū vel alias fiat deserta.An iudex ad quē possit cognoscere de nullitate snie.vī q non.qꝛ appellans vī renuntiasse pscutioni nullitatis cū veniat accessorie ad cām ap.vt.C.qn pro-

54 no.non est nece.l.j.in fi.† Sublata ergo ap.que est principalis dꝫ esse sublata nullitas vt accessoria.ff.de re.iur.l. cū principalis.⁊.c.accessoriū.de reg.iur.li.vj. Stepha.dixit ɔ̄riū.qꝛ desertio ap.nō pōt tollere deuolutionē ptātis cognoscendi de nullitate facta iudici ad quem.Sunt enim diuersi modi agendi de nullitate vel de appellatione,⁊ vno sublato non tollit aliud.Et fm eū nullitas non accedit proprie appellatiōi,sꝫ ꝺ vtroqꝫ cognoscit principaliter iudex ad quē Sed do.Fran.de za.in cle.si appellatione.pe ap.dicit q primū est verius.vcꝫ q iudex ap.non poterit in hoc casu de nullitate cognoscere.qꝛ de nullitate cognosci dꝫ corā ordinario si non sit appellatū.in.c.dilecto.de ap.Sꝫ ex vi appel.cognoscit iudex ad quez de nullitate,vt dicit Inno.in.d.c.dilecto.de ap.ergo sublata appellatione cognoscit solus ordinarius.ita dicit ⁊ tꝫ dictus do.Franc.de zab.in.d.cle.si ap.⁊ vt audiui idē tenēt dñi de rota in tit.de app.qō.cl.⁊ vide Cy.in.d.l.j.C.qn prouo.non est necesse.⁊ Bar.in.l.si expressim.ff.de ap.forti.opi.dicti do.Fran.de zab.qꝛ vitiato expresso etiā censetur vitiatū tacitum.iuxta non.per gl.in.l.si fundi sub cōditione.in.§.si pater.super verbo,sola.ff.de le.j.qd ergo debet facere appel.dic q dꝫ reddire ad iudicem a quo qui pōt de dicta nullitate co

gnoscere.l.j.in fi.C.de sen.ex peri.reci.etiaꝫ vsqꝫ ad.xxx.an.vt nō.bar.⁊ doc in.l.si expssiꝫ.ff.ꝺ ap.ita ēt sentit idē ꝺ Zab.in.d.cle.in fi.

55 ¶ † Lxxxiij.quero,an in cā momentanee possessionis possit appellari.Bar.in.l.ante sententiam.ff.de ap.reci.refert q can.dicunt q sic.sed q dꝫ appellari in scriptis ⁊ causa grauaminis in appellatiōe inseri fm Inn.⁊ Jo.an.in.c.pastoralis.extra de offi.dele.de hac materia vide que dixi in apparatu quē feci super statuto Delphi.si qs per literas ⁊c.in glo.super verbo appellatione cessante.

¶ Lxxxiiij.quero si fiat cōpromissum sine puisione termini an currant tpa fatalium.vide que dixi in deci.parla.q.ccxl. ¶ Lxxxv.quero, an in causa ap.admittatur recōuentio.Spec.tenet q non in ti.de recon.in.§.nunc dicamus.ver.sed nunquid corā iudice ap.bene tñ admittit cōpensatio.vt dicit Spec.in tit.de ap.in.§.de offi.eius ad quē ap.ver.sed nunquid in causa ap.⁊c.

56 ¶ † Lxxxvj.quero si procurator fuerit verus contumax an dñs repellatur ab ap.dic q nō,nisi dñs fuerit sciens ⁊ negligens fm Inn.in.c.j.vt lite non cōte.Et ibi facit mentionem Inn.de dño ɔ̄tumace si possit ap.vide ēt Bar.in.l.si pcu.ff.si qs ius dic.non obtemper a.

¶ Lxxxvij.quero aliquis per iudicē.vel castellanū alicuius loci cōstituitur in arresto ille arrestatus non tꝫ arrestuꝫ.sed appellat ⁊ recurrit ad superiorē cā prosequendi dictaꝫ suā ap.An pro fractione arresti debeat per iudicē a quo molestari.dic q nō.qꝛ interiꝫ censet esse talis appellās in ptectiōe iudicis ad quē in.c.dilecti.lo.j.extra de ap.⁊ ponit Inn.⁊ Jo.an.in.c.vt debitus.extra.eo.⁊ Barto.in.l.de pup.§.si quis ipsi emptori.ff.de no.ope.nun.vide sup hoc Spec.in ti.de ap.§.j.in prin.⁊ per doc.in.c.constitutus.de ap.

57 ¶ † Lxxxviij.quero,si iudex non admittat ap.sed eaꝫ respuat an ipse poterit statuere terminū appellanti ad introducendū eius appellationeꝫ corā iudice ad queꝫ.Inn.q non,in.c.vlt.de accu. Spec.tꝫ ɔ̄riū queꝫ sequit de Zab.in.cle.j. de ap. ¶ Lxxxix.quero, quid de minore adulto qui non appellauit,sed petit se integ.resti. aduersus missionē appellationis.vide que dixi in deci. parla.q.xxxj.in fin.⁊.q.cxlj. ¶ Xc.quero,an qs portando instꝝm appellationis ⁊ ipsam appellationē corā iudice ad quē introducendo presumatur habuisse mādatū a dño ea itroducēdi.vide q̄ dixi in.d.deci.parla.q.xiij.in fi.

58 ¶ † Xcj.quero que sunt iuste cause ex quibus dici possit excusatus a psecutione sue appellationis.vt restituat ad tpa impedimentorū Dic primo si partes se ponāt in cōpromisso in auc.si tñ.C.de temp.ap.Scdo si nuntius appellantis fuerit in vna impeditus.in.c.significante.de pig.Tertio si procurator appellantis colluserit cum aduersario ⁊ impetrauerit iudices suspec.i.c.significāte.de ap.Quarto qñ ɔ̄stat de ipotentia vt qꝛ paup.in.c.ex rōne.de ap.Quinto si p cauillationes aduersarij causa est vltra biennium protelata.arg.in.l.ɔ̄ maiores.C.de inoffi.test.⁊ in.l.fi.§.illud.C.de temp.appel.Sexto si nuntius in curia non potuit cito expediri.in.c.ex literis.extra de resti.i inte.De istis impedimentis ⁊ de multis alijs tangit Pet.ia.in tit.forma libel.super nulli.sen.qui tit.est statim post titu.de consti.pecu.Et prudenter faciet appellans si protestetur de impedimētis coram iudice vel executore petendo ne procedat ⁊ appellat si ɔ̄ faciat vt per Inno.in.d.c.ex ratione.de appel.

59 ¶ † Xcij.quero,ab executore sententie non appellatur nisi iquantū excederet modum in exequendo.l.ab executore.C.de app.Qualiter ⁊ quando dicatur excedere modum in exequendo.vide ibi gloss.⁊ in.c.q ad consultationem.extra de re iud.⁊ Bar.in.l.ab executore.ff.de app.Sed an executor qui excedit teneatur parti de dolo vel actione iniurie.vide Cy.in.c.q si quis.de reg.iur.lib.vj.iuncta.l.si iniurie.ff.de iniur.

¶ Xciij. quero, an iudex debeat recipere appellationem ab amicis condemnati in causa criminali.dic quod sic.alias punitur iudex l.j.ff.ad leg.iu.de vi pup.

¶ Xciiij.quero,an appellatio precludat ius innouandi in actu voluntario sicut in contentioso.dic qd sic.fm glo.in.l.j.C.de bono.possess.secundum tabu.

¶ Xcv.quero,que sint differentie inter ap.⁊ supplicationem, ⁊ an sit necesse supplicare intra.x.dies sicut in appel.vide gl.⁊ doct.in.c.ex literis.extra de restit.in inte.

60 ¶ † Xcvj.quero,an possit appellari ab excessiua taxatione expensarum.dic q sic.vt no.Inn.in.c.super eo.extra q met.causa.

¶ Xcvij.quero,an confessus in iudicio audiatur appellans.dic qd nō.nisi pbaret erronee fuisse ɔ̄fessus fm Inn.in.c.finē de do.⁊ ɔ̄tu.

¶ Xcviij.quero,quomodo poterit fieri q quis euitet penam male app.de qua in.l.si clericus.C.de episco.aud.Dicit Nico.mat.qd debet dicere appello quantum de iure possum.arg.l.libertas testamento.ff.de ma.testa.Et consilium istud potest valere ad multa.cōtrarium tamen tꝫ Bal.in.d.l.si clericus.qꝛ dicit q aduersarius trahitur in cām de facto ⁊ pena dicte legis ɔ̄mittit ppter nudū factuꝫ.

vnde

vnde non iuuat ptestatio in ɔriū in penalibus que opi. Bal. seruatˀ i curia parla. Sed illa pena non hȝ locū de iure cano. ideo nō serua-
61 tur. ꝛ d. l. si clericus in terris ecclesie vt ibi dt Bal. ¶ †Xcix. qro, si appellans fuerit impeditus in primo fatali, an poterit sua impedimēta probare per eius iuramentū dic ꝙ sic vt no. Spec. in ti. de appel. §. nūc breuiter ver. qd ergo. ꝛ Arch. c. j. d do. lib. vj. ꝛ Ja. d ar. ff. de excu. tu. l. scire. §. sufficit, ꝛ de hoc plene scripsi i deci. parla. q. ¶ C. qro q sit differētia inter iudicialē appellationē ꝛ extraiudicialē vide in. c. nobis olim. de ele. ꝛ in. c. cū inter ca. p Jnn. ꝛ p Archi.
62 in. c. roma. de ap. li. vj. ¶ †Cj. qro, qñ incipiet currere primū fatale an a tpe snie vel a tpe ap. dic ꝙ a tpe ap. ſm Jo. an. in. c. ex rōne extra de ap. qd ꝓbatˀ in cle. sicut. c. ti. ꝛ de hac materia vide in. c. sepe. de ap. qd ꝓbatˀ in cle. sicut. eo. ti. ꝛ de hac materia vide in. c. sepe. de ap. ꝛ Spe. in tit. de ap. in. l. qualiter. ver. annus. vide ēt Pe. ia. q dicit ꝙ primū fatale incipit currere a die ap. in tit. forma libelli sup nul. snie in. §. nūc ē no. ꝛc. ꝛ hoc verū crederē ꝙ tps currat a die ap. nisi iudex a quo statuisset tps ad ipsam appellationē introducendam coram iudice ad quē quo casu primū fatale curreret a die introductionis, vt tȝ Spe. in ti. de ap. §. qualiter aūt. ver. ij. dȝ esse. ¶ Sȝ an fatalia currāt durante tpe quo agitˀ sup attētatis. decisio rote ē ꝙ nō currūt fatalia, qꝛ nō solū d ap. lib. vj. dt ꝙ añ oia audiatˀ sup reuo
63 catione attentatoꝝ, q tit. est post tit. de ɔsti. pec. ¶ †Sȝ quo tpe. j. annuȝ teneatˀ ap. cām ap. inchoare vt sic appellatio non videatˀ deserta si postea ɔtingat eā ap. nō esse finitā. j. an. hoc non est iure cautū arbitrio iudicis relinquendū arg. ff. de iur. delib. l. j. in fin. ꝛ ff. de verb. obli. l. ɔtinuus. §. cum ita. Et ideo sufficit venire coraȝ iud. ap. tali tpe ꝙ supersit tantū de anno qd sit, verisimile causaȝ finiri posse. j. illū an ar. l. si quis cau. l. ij. §. si quis ſm Jnno. in. c. ex rōne. de ap. idē tȝ Pe. ia. in. d. titu. forma li. super nul. snie. in. §. nūc est no. ꝛc. ꝛ hoc verū de iure. Sȝ ſm statuta Delp. dantˀ. xl. dies ad incoādū ꝓsequi ap. qñ ap. a iudicibus inferioribus ad iudicē appellationū totius Delphi. ꝛ qñ a iudice appellationū ap. ad pla. statuitur tps ꝓ sequēdi. xxx. dierū. ꝛ nisi. j. illud tps incipiat eius ap. ꝓsequi appellatio ē deserta. ſm Jnn. in. c. ꝑsonas. de app. Et si appellans fuerit impeditus in illo primo anno finire cām datur ei alius annus. vt in d. auc. ei q appellat. Et datˀ a. l. ex iusta causa iudex ergo nan dat ſm annū, sed causa impedimēti iudici probata declarat eū appellantī
64 ɔpetere. †Et ex hoc apparet qd iudex nō potest. j. an. declarare ſm fatale ɔpetere, qꝛ nondū est datus a lege qd enim non est declarari non potest esse arg. ff. de iniu. ru. ꝛ ir. test. l. nā ꝛ si. §. post defectum. Jtē qꝛ tractus futuri temporis non spectat ad iudicem. ff. de vsufru. Sed finito illo primo anno debebit ꝓbare cām impedimenti qua ꝓbata si iusta sit iudex declarabit ſm annū a lege datū ɔpetere ista verba Pe. ia. vbi. s. Sed que sint iuste cause pp quas ſm fatale debeat deferi. ibi declarat Pe. ia. ꝛ tetigi. s. in. q. xcj. Et hodie non sunt nisi duo fatales termini cause ap. s. primus annus ꝛ scds, nec lex dedit vlterius aliud tps cām ap. finiedaȝ forte ne lites essent immortales.
65 † Attamen si ap. fuerit impeditus in scdo anno ipse poterit habere tertium annū per restitutionem in integrū nō a lege sed ꝑ officiū iudicis ex clausula generali. ff. si qua iusta c ausa ꝛc. vt. ff. ex qui cau. maio. l. prima in fi. ꝛ no. in. d. aucten. ei qui appel. Nec tunc tertius annus ɔpetit ni per insi inte. res. obtentam. qꝛ qñ ad agendum vel excipiendū datˀ restitutio in integ. actio vel exceptio nō hȝ locū nec effectū nisi in integrū restitutione obtēta. ff. ex qb. cau. maio. l. necnō. §. exemplo. ꝛ de iure in. l. nā postea. §. si minor. ita dicit Pe. ia. vbi. s. ¶ Jtē qꝛ primū fatale est vnus annus integer, ꝛ scds annus est annus integer. Jdeo si appellans fuerit impeditus in scdo anno soluȝ per vnā diem sic ꝙ causa non potuit finiri debebit sibi dari tertius annus integer, per re. in inte. ꝛ sic de alijs ann. ꝛ ita viderˀ not. in. d. auc. ei q ap. ibi dū dicit gl. ꝛ ita primus ꝛ scds annus dantˀ a. l. ꝛ alij per restitutionem ꝛc. ꝛ ex illa gl. multi credunt predicta esse vera. s. ꝙ tertius annus semper debeat dari integer per resti. in integ. ꝛ forte non male si in aliquo tex. legis iacerent illa verba in. d. glos. posi-
66 ta. Sed non sunt in aliqua lege. †Est ergo dicendum ꝙ appellanti datˀ prius annus integer ad cām finiedā, ꝛ si iusto ipedimēto interueniente cā nō fuerit finita. Etiā si ipedimētū fuerit vnius diei datur ei a lege scds annus integer ſm Jnn. in. c. si duobus extra de ap. circa fi. ibi ꝛ viderˀ ꝙ si tantum per vnū diē ꝛc. ꝛ si tunc in. ij. anno nō fuerit finita cā sine appellans habuerit iustam causam impedimenti siue non lex non dat ei vlterius aliqd tps sed appellatio est deserta, ꝛ snia a qua fuit appellatū dȝ mandari executioni ne lites sint immortales. Tñ de equitate pretoria restituitur in integ. solum ad tantum tps per quantum probatum fuerit ipsum habuisse iustū impedimentum, vt dicit Jnn. in. d. c. si duobus. ꝛ sic si lesio anni integri sit vnius annus integer restituetˀ ei qui poterit dici annus tertius, ꝛ sic poterit intelligi illa glo. in. d. auc. ei qui appellat. Sed si lesio fuerit tantum

de vna die vel de vno mense dicti secūdi anni tūc sola dies vel vnus mensis restituetˀ ei, vt. ff. ex qui. cau. ma. l. sed, ꝛ si. §. sed cum forte. ꝛ §. quoties ita dicit ꝛ tȝ Pet. Ja. vbi. s. idē etiā tenet Jnno. in. d. c. si duobus extra de ap. circa fi. ibi, ꝛ vˀ ꝙ si tantum ꝑ ꝛc. ꝛ si fuerit negligens appellans in petetenda dicta in integ. re. cū ingressus fuerit tertiū annum, tunc tps negligentie ɔpensabitur sibi cū tpe lesionis pro rata tpis vt. ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed qd simpliciter. ita dicit Pe. ia. vbi. s. itē circa predicta multi deficiūt credentes ꝙ postquam conclusum est in causa, ꝛ petitum diffiniri ꝛ sententiam ferri quod propter hoc se posuerint in tuto, ꝛ quod fatales termini non currant sibi nec sit curandū an postea iustū impedimentum habeat vel non. Sed non est verum, causa enim tunc non est finita. Jdeo erit querendum, an iustum habuerit impedimentū, quare non fuit post ɔclusionem lata snia ita dicit Pe. ia. tamen de stilo
67 curiarū pñtis patrie Delpi. † facta assignatione ad diffiniendum in causa ēt si restaret cā in dormitorio ꝑ. x. annos appellatio non dicere tur deserta, qꝛ tunc non stat per partes sed per iudicem appellationum quominus snia appellationis diffiniatur, ita semper vidi seruari a triginta tribus annis citra a quibus incepi practicare ꝛ hoc etiā dicit verum de iure Bar. in. l. j. §. biduū in vltimo no. ff. qñ appellādum sit. Sed quid si in primo fatali vel scdo fatali steterit per iudicem, quo minus cā ap. fuerit terminata an currat tps, vˀ ꝙ sic, sed quod debeat dari in integ. resti. vt no. C. de tempo. ap. auc. Jtem si ꝛ in corpore vt spon. lar. §. hoc quoꝝ. col. ix. ꝛ de his qui ingre. ad appel. §. j. coll. v. Currit. n. tps si per iudicem steterit, vt no. in di
68 stinctione Placentini in sum. sua. de temp. appel. †Sed ecōtra ꝙ tps tale non currat si steterit per iudicē facit in corpore vt spon. largitas. §. hoc quoqꝫ. col. ix. ꝛ no. in corpore de his qui ingre. ad ap. §. qꝛ. n. colū. v. ꝛ in auc. de ap. ꝛ intra que temp. §. ad hec scimus, ꝛ ibi nota. Azo. in summa extra de appella. c. ex ratione. Sed in hac qōne vˀr tpa distinguēda, vt si in primo anno steterit ꝑ iudicē quare cā ap. nō fuerit finita, qd tunc currit tps, nō tñ indigebit appellās aliqua restitutione, qꝛ lex dat ei. ij. annum integrum vt videtur expressum in corpore de his qui in ingre ad ap. §. j. col. v. vbi dicit dari. ij. annū sine ꝓpter occasionē iudicis appellatio ꝓlongatˀ, aut per quālibet cām. Si aūt stet per iudicē in. ij. anno. aut stetit per eū aliā ante finē illius. ij. anni seu ante vltimā dilationem, seu ante vltimos dies, sic ꝙ cā non possit finiri, ꝛ tūc etiā currit tps. Sed appellans cū ingressus fuerit tertiū annū habebit petere restitutioneȝ in integ. nec alias succurretˀ ei ꝛ sic habet locū prima opi. Placen. si auteȝ stetit per iudicem in vltimis diffinitiuis. ij. anni, tunc ipso iure non curret secundum fatale, ꝛ sic loquitˀ in corpore. vt spon. largi. §. hoc quoqꝫ ꝛ sic potest intelligi scda opi. Azo. ista sunt verba Pe. iac. in titu. ꝓcal. forma libelli super nul. sen. Jteȝ est notādū ꝙ fatale non currit qñ lis speratˀ inferri in ɔsistorio principis vt in auc. de app. ꝛ
69 intra que tempora. §. ad hec. col. iiij. ¶ †Cij. quero. x. dies q dantˀ ad appellandū ɔputantˀ a die snie, vt dicit Pe. ia. in titu. de consti. pecunia libellus, sed hoc verū nisi fuerit lata sniaȝ presentiā procuratoris, qꝛ tunc currunt dicti. x. dies a die late sentētie ſm Cy. in auc. hodie. C. de ap. nisi procurator esset non soluendo, vel collusisset cū aduersario. vt. s. dixi in ver. lxxvij. ꝛ de hoc tetigi in apparatu meo sup statuto Del. si qs ꝑ literas ꝛc. in gl. sup verb. ap. ¶ Ciij. qro qs nō pōt appellare nisi prius rōne in integ. obtenta qñ incipient currere. x. dies q dantˀ ad appellādū dic q die snie sup restōne i inte. vt dt Pet. ia vbi. s. in ti. de ɔsti. pecu. libellus vbi tractat materiā appellationū idē dicit ipse in. xxx. diebus q dantˀ ad petendū apostolos, ꝛ ibi in eo. ti. de ɔsti. pecu. libellus tractat ideȝ Pet. ia. qualiter ipeditus appellare debeat in integ. resti. ad. x. dies. qui dantˀ ad appel.
70 ¶ †Ciiij quero, si appellās icōgrue loquatˀ in sua applone si dicat sententia nullā dic ꝙ nō ſm Pe. ia. vbi. s. qꝛ sententia pōt esse nulla ꝛ ab ea appellari lȝ improprie. ff. de iure patro. l. fi. ꝛ ff. d appel. l. si expressim. ꝛ tamen lȝ istud non esset dictū in appellatione, nihilominus iudex applonis posset incidēter de nullitate cognoscere, vt ibi. ꝛ l. j. C. qñ ꝓuo. nō est ne. sed sup hoc vide q. j. dicā in. q. cxxiij.
71 ¶ †Cv. qro, si iudex a quo debeat repĳtare ad iniuriā si appellans dicat in sua applone sniam iniquā, dic ꝙ non, qꝛ illa verba de ɔsuetudine non iportāt iniuriā, vt dicit Pe. ia. vbi. s. i ti. d ɔsti. pe. libellus. secus credit ipe Pe. ia. si appellās diceret sniaȝ latā fuisse ꝑ pecuniā, ꝛ sic de silibus iniurijs, qꝛ tūc si illud nō ꝓbetˀ in cā app. s. corruptio ꝓdicta forte iudex a q posset agere actiōe iniuriaꝝ, nō tñ ageret añ sniaȝ iudicis ap. vel app. desertā. Et circa hˀ est aduertēdū, qꝛ ꝑs nō dȝ iniuriā iudici a quo iferre gl. i. l. ꝛ i maioribus. C. d ap. in fi.
72 gl. ¶ †Cvj. qro q sunt illi q ꝓhibentˀ applare. Pe. ia. vbi. s. in ti. d ɔsti. pe. libellus. dt ꝙ ꝓhibetˀ appellare ille q fecit pcm de non appellando. Vel qui lata snia renūciauit iuri appellandi. Jtē ille q est verus ɔtumax. Sed qs dicat verus ɔtumax vel fictus ɔtumax, ibi

plene tractat Pe.ia.ꝛ ista faciunt ad materiã.c.nõ solũ ꝺ ap li.vj. vbi dꝛ ꝙ attẽtata post ap.reuocant̃ nisi in casibus in quibus est ꝓhibitũ appellari, ita ibi dicit tex. ¶ Cẽtesimoseptio q̃ro,index appellationũ ꝓfert simpl'r sniã sniam q̃ trãsiuit in rẽ iu.ꝛ nullã mentionem facit ꝺ nullitate p̃rie sententie. Ex exequat̃ sniaꝫ iudicis appellationũ an pars poterit opponere de nullitate p̃rie snie. vide Pe.ia.in tit. de libe.in cã ap.ibi põt legista ꝯcludere ꝛc.ꝛ ibi dicit Pe.ia.etiã qꝺ index appellationum non exequitur sententiam sed index a quo.

73 ¶ Centesimooctauo,q̃ro si quis ab interlecutoria non appellat,sed petat tantũmodo eã ꝯrio imperio reuocari ꝛ index illã interlocutoriã nõ reuocet ſꝫ ꝯfirmet an possiꝫ ab illa ꝯfirmatoria appellare etiã post.x.dies a die p̃me interlocutorie,dic ꝙ sic,ꝛ per illã app'one tota cã deuoluitur ad iudicẽ appellationũ qui poterit cognoscere ꝺ illa interlocutoria a qua non fuerat appellatuꝫ ẽm Inno.in.c.si.extra de no.ope.nun. ¶ Centesimonono q̃ro.Si in cã ap.sit necessarius libellus,dic ꝙ nõ,qꝛ ex primis actis põt iudicari ẽm Inn.in.c. cũ ꝯtingat,extra de offi.dele.ꝛ Arch.in.c.ij.de iura.calum.lib.vj.

74 ¶ †Centesimodecimo q̃ro,an pendente appellatione sit qs excõmunicatus.gl.Ja.de but.ꝛ doc.in.l.fi.C.si a nõ ꝯpe.iud.dicit ꝙ appellãs ab excõicatione nõ est excõicatus. Sed dic ꝯ̃ per text.in.c. pastoralis de ap.ꝛ ibi tene Bar.ꝛ ibi vide Inn.q ponit ibi sex casus in quibus põt procedi ad executionẽ sententie non obstante appellatione,qñ appellationi non est delatũ.Itẽ põt eã mandare executiõi si sniã per lapsum fatalis vel alias sit deserta etiã absq; citãdo partẽ ẽm Inn.in.c.si duobus in gl.pen.ibi ꝛ vꝛ ꝙ si tantum ꝑ vnũ diẽ ꝛc. Sed an a snia absolutionis possit appellari dic ꝙ nõ vt no.per Inn. in.c.ab excõicato extra de rescri. ¶ Cẽtesimovndecio q̃ro,si index a quo appellat̃ sit in alijs causis suspectus.vide Inno.in.c.cũ sit romana.extra de app.

75 ¶ †Censitemoduodecimo q̃ro,an ꝓcurator q litẽ ꝯtestatus in cã principali possit ex virtute dicte ꝯtestationis ꝓcuratorẽ substituere in cã appellationis a diffinitiua.do.Pe.pape legũ doctor quondã patruus meus dicit ꝛ credit ꝙ nõ,qꝛ ideo ꝓcurator post lit.ꝯtest.ꝓcuratorẽ substituit,qꝛ ꝑ ꝯtestationẽ efficit̃ dñs .C.de procura.l.ꝓcuratoribus.ꝛ.l.nulla dñs quidã non rei,sed litis idest instantie.ff.de excep.doli.l.si ꝓcurator.ꝛ ibi no.Sed sunt diuerse instantie.s.principalis ꝛ appella.pꝫ qꝛ in eisdẽ statuũtur diuersa tẽpora.C.ꝺ iudi.l.ꝓperandũ.C.de temp.ap.auc.ei qui ideo diuerso iure censeri debent,ꝛ per ꝯsequens ꝙ non possit in cã appel.procuratorẽ substituere,pro quo facit etiã,qꝛ videmus ꝙ procurator nõ cogitur causam appel.prosequi in.l.inuitus.C.de ꝓcu.ꝛ not.ff.an ꝑ aliũ cause appel.in.l.fi.ita dicit ipse do.Pe.pap.in quodã suo cõ

76 silio vt vidi. ¶ †Cẽtesimodecimotertio q̃ro,index ꝓnũtiat ex aliqua cã aliquẽ non potuisse appellare. An hec ꝓnũtiatio erit interlocutoria dic ꝙ sic ẽm Archi.in.c.cupientes.de elec.lib.vj.† Ideꝫ de omni pronuntiatione sup dilatoria vel peremptoria exceptione, vt ibi dt idẽ Arch. ¶ Cẽtesimoquartodecio q̃ro,si appellat̃ post.x.dies et ꝺ ꝯsensu ptiũ. An nihilominꝰ appellatio erit dserta,dic ꝙ sic ꝛ nõ valet talis appel.ẽm gl.i cle.si ap.ꝺ appel.ꝛ in.l.preses.ff.ꝺ re iudi.ꝛ ita dicit Ang.de are.doc.nouissimus.in.l.j.§.dies autem.

77 ff.qñ appellã.sit. ¶ Cẽtesimodecimoqnto q̃ro,an sit licitũ scdo appella.ab eodẽ grauamine etiã ĩ.x.dies dic ꝙ non ꝛ si faciat vꝛ prime appellatio.ꝛ grauamini renuntiasse ẽm Inn.in.c.solicitudineꝫ.super verbo ꝯ̃ episcopũ.in fi.extra de ap.Et hoc verũ nisi appellãs ꝓtestetur ꝙ non intẽdit renũtiare prime sue appel.sed ꝙ facit scdaꝫ adherendo prime appellationi,ita vꝛ ibi sentire Inn. ¶ Et si appelletur viua voce ꝛ postea in scriptis,que appel.debeat prosequi vide Bar.in.l.cũ procurator.ff.de ope.no.nun.Et ibi vide si procurator teneat̃ ꝓsequi appellationẽ.Et multa alia singularia in materia

78 app. ¶ †Centesimodecimosexto q̃ro,an appellatio ipediat taxationẽ expensaꝝ,ꝛ fructuũ dic ꝙ nõ,imo pt index a quo taxare nõ obst. app.qꝛ taxatio non est noua ꝯdemnatio,sed prioris dũtaxat declaratio q̃ declaratio põt fieri non obstan.appel.ar.in.l.heredes palã. §.sed si notam.ff.de here.insti.ꝛ ista est decisio Rote in tit.de ap.ꝛ ad hoc faciunt bene no.ꝑ Inn.ꝛ Joan.an.in.c.solicitudinẽ extra de ap.Et ex hoc no.ꝙ iudex põt suam sniaꝫ declarare nõ obstante ap. ¶ Centesimodecimoseptimo q̃ro,si in cã ap.possit prosequi alia cã q̃ꝫ in ap.exp̃ssa dic aut appellatur a diffinitiua ꝛ tunc sic in.l.scio.ff. de ap.ꝛ no.gl.in.c.cum Jo.bere.extra de fide instrumen.Aut appellatur ab interlocutoria,ꝛ tũc non in cle.ap.de ap.ita dicit Abb. Pan.in.d.c.cũ Jo. ¶ Cẽtesimodecimooctauo q̃ro de vtili,ꝛ quo

79 tidiana q̃one videmus enim in.d.cũ Jo.be.extra de fide instru.†ꝙ ad petitionẽ appellantis index ad quẽ reformat sententiam.Sed an hoc possit facere ad petitionem appellati vt detrahat vel addat in sententia prout sibi videbitur iuridice detrahendum vel addendum ad petitioneꝫ appellati hanc questionem formant domini de Rota.cccxij.Et ratio dubitandi est qꝛ appellatus non appellando videt̃ acqescere snie in.c.qꝺ ad ꝯsultationẽ.de re iudi.ꝛ.l.fi.C.de sen.q̃ sine certa q̃tĩtate ergo nõ dꝫ audiri petendo eũ reformari. Sed hoc nõ obstãte fuit ꝑ dños de Rota ꝯclusuꝫ ꝙ appellatus licet nõ appellauerit potuerit petere sniaꝫ reformari.Qꝛ ex quo ꝑ vnã ptẽ fuit appellatũ a tota snia ipsius effectus i totũ fuit suspẽsus.l.j.ff.ad turp. ꝛ.c.veniẽtes extra de iureiu.ergo ꝑ ap.peti pt reformatio ita vt per ap.possit peti reformari vel emẽdari sepe enim qs ꝯsequit ex ꝓsona alterius quod ex se consequi nõ posset.l.petende.C.de temp.in int.

80 resti.ꝛ.c.antore.Martini ꝺ ꝯces.ꝑbẽ.lib.vj. ¶ †Itẽ iudex supplet de facto vbi ꝯstat ei ex dictis testiũ vel instrõꝝum, pro quo facit qꝺ ponit Inn.in.c.j.de postu.pla.d.Abb.Panor.qui mouet hanc.q. in.d.c.cuꝫ Jo.vꝛ residere in hac opinione dñorum de Rota.Sed limitat ipse do.Abbas dictã conclusionẽ dominoꝝ de Rota nisi appellans se restrinxisset in appellando ad capitula facientia cõtra eũ dũtaxat,tunc enim dixit ipse do.Abb.causam non esse deuolutam ad iudicẽ ad quẽ nisi respectu illoꝝ capitulorũ,q faciunt ꝯ̃ appellantem si sunt ab alijs separata per tex.in.l.etiam.ff.de minori.tot eniꝫ videntur snie quot capitula snie,vt ibi no.gl.in.c.ij.de ordi.cogni. ꝛ ita ipse dñs Abb.arbitret̃ censisse dictos dños de Ro.in.d.decisione dum ponderant ꝙ a tota snia fuit appellatũ secus si separate,ꝛ ex his no.bonam practicã appellandi vt appellat̃ a partibus ꝛ capitulis facientibus ꝯ̃ appellantẽ,ideo appellatus etiam debet esse cautus vt ipse appellet a sententia q̃tũ ꝯtra se facit vt tollat̃ ois ambiguitas.ita dicit ipse.d.Pañ.d.cũ Jo.here.extra de fide instru.

81 ¶ †Centesimodecimonono q̃ro,an a laico possit appellari ad papam,dic regulariter ꝙ nõ nisi qñ index a quo appellatur non recognoscit superiorem in tẽporalibus ita dicit dictus do.Panor.in d.c.cũ Jo.here.de fide instru.ibi oppono ꝙ a iudice laico ꝛc.ꝛ posuit etiam ipse domi.Panormi.in.c.j.extra de proba.Ut scripsi.ĩ. q̃one. ¶ Cẽtesimovigesimo quero,si in causis criminalibus appellatio fieri possit viua voce vel in scriptis sicut in ciuilibus,dic ꝙ sic vt in.l.litigatoribus.C.de ap.ꝛ intra.x.dies sicut in ciuili.in auc.hodie.C.de appel.ꝛ in.c.romana.§.vero vocatis.de appel.lib.vj.ꝛ sentit Bar.ꝛ Ange.de perusio.Raph.ꝛ Imol.in.l.non tantum.ff.de ap.Et in appellatione viua voce vel scriptis seruanda sunt que hñr

82 per tex.gl.Bar.Ang.ꝛ Imo.in.l.j.§.si.ff.de ap.†Et non tantũ ipse ꝯdẽnatus de crimine per se,sed etiaꝫ per ꝓcuratorẽ appellare potest in quocunq; crimine etiam vltra relegationem,qñ snia non potest eludi,vt puta,quia est in carceribus,vt.l.j.ff.an per aliũ cau.ap. Et etiam põt appellatio interponi per quẽlibet de populo ẽt nõ cõiunctim qꝛ homo homini ꝑ humanitatẽ tenet̃,vt.l.non tñ.ff.ꝺ ap.l. addictos.C.eo.tit.ꝛ ibi doc.ꝛ.l.addictos.C.de epa.aud.ꝛ ibi bal.in tantum ꝙ ẽt si festinãs mori non vellet appellationẽ interponi po

83 test interponi ꝛ supsedet̃ ab executiõe,vt.d.l.non tñ.† Sed an clericus isto casu possit appellare ꝓ condemnato.Specu.in tit.de ad no.§.j.ver.in causa aũt criminali dicit ꝙ tutius est ꝙ clericus a tali cã abstineat facit qꝺ habet̃ in.c.sniam extra ne cle.vel mona.ꝛ ita ẽt residet Ang.de peru.in.d.l.non tantũ.sed Jo.de imol.ibi dicit ꝙ cũ ecclesia tẽdat ad diffinitionẽ,ecclesia ẽt pro defensione taliũ possit se intromittere.xxiij.q.v.c.reos.ꝛ sic videtur ꝙ etiaꝫ clericus possit isto casu appellare ꝛ defendere reũ pro quo facit.d.l.non tãtuꝫ.ꝛ aduerte ꝙ dicta ap.potest fieri noie ꝯdẽnati ꝛ noie appellãtis.ꝛ simpliciter nec exprimere cuius noie appellet,qꝛ tũc intelligitur appellare oi meliori mõ quo põt nec index dꝫ ipsum arctare ad exprimendũ quo noie appellet,facit qꝺ no.Inn.in simi.in.c.cũ olim extra de

84 testi.ita dicũt Bar.ꝛ Imo.in.d.l.nõ tñ.† Sed an isto casu quo tertius appellat ꝓ ꝯdẽnato,an possit ap.ꝑ eũ interpositã ꝓsequi dicit Bar.in.d.l.addictos.C.de epi.aud.ꝙ nõ nisi postea habeat mãdatũ ne alias ꝑ factũ suũ preiudicet ipsi reo alle.no.ꝑ Inn.in.c.veniẽs extra de accu.Sed imo.in.d.l.non tantũ nõ tꝫ hoc qꝛ est ꝯ̃.d.l.non tantũ qꝛ etiã pro inuito põt appellari,nec ob.rõ Inn.qꝛ factũ appellantis non habentis mandatũ non nocet ꝯdẽnato.ꝛ notat̃ ꝙ.d.l.nõ tantũ hꝫ locũ siue sit ꝯdẽnandus ad mortẽ siue ad mẽbri abscisionẽ, qꝛ membri abscisio equiparat̃ morti,qꝛ saltẽ illud mẽbrum moritur, vt no.i.l.ij.C.de offi.eius q vicẽ alterius gerit facit in auc.C.de coll. §.ad hec ꝓhibemus.ita dicit Ang.de peru.in.d.l.nõ tantũ.ꝛ etiã hꝫ locum si quis fuit dãnatus ad mortẽ ciuilẽ per ea que no.Bar.in simili in.l.stichus.ff.de pecu.leg.vbi ꝯditionaliter si non soluerit.ĩ. menseꝫ centũ est aliquis ꝯdẽnatus in deportationẽ,qꝺ põt quilibet ꝑ illo inuito soluere ne incidat in mortẽ ciuilẽ vel mẽbri mutilationem in tantũ etiã ꝙ si a principio ꝓtestatus fuerit nec ꝓ eo soluat̃ potest solui,vt dicit Bal.in.l.si.C.de neg.gest.ꝛ ꝯsuluit Bar.ꝙ si ille cõdẽnatus nõ vult soluere nec aliqs offerat pro eo si tamẽ est diues ꝙ tũc index dꝫ facere executionẽ in bonis suis ꝛ non expectare quod ipse incidat in illas penas mortis etiã ciuilis alle.ff.pro socio.l.cum

85 duobus.§.idẽ rñdit.† no.etiã in hac materia qꝺ lꝫ in causa ciuili sine ante

ne ante sniam siue post possit appellationi renunciari, vt. l. fi. §. fi. C. de tēp. ac. ꝛ faci. l. tale pactū §. qui prouocauit. ff. de pactis. Tamē in criminali qñ tractať de morte ciuili vel naturali vel mēbri abscisio ne nō pōt per ꝯdēnatū vel ꝯdemnandū neq; appellationi sue neq; p quemlibet aliū interposite vel interponende appellationi renūtia ri vt est casus in. d. l. nō tantū. ꝛ no. Bal. in. d. l. fi. §. fi. Et sic aliqua
86 liter a sententia criali pōt appellari de quo. j. † Sed non pōt appel lari a sententia excō. in. c. pastoralis. extra de ap. ꝫ gl. dicat contra riū in. l. fi. ꝛ ibi vide Bar. ꝛ doc. C. si a non ꝯpetenti iudice. Si aūt absens esset ꝛ in contumacia ferretur sententia corporalis, an quili bet de populo possit appellare. Ang. de are. in tractatu suo ď male ficijs. in glo. fi. Arguit pro ꝛ contra sed determinat ꝙ sic. Item no. per. d. l. non tantum. ꝛ per glo. que reputatur singularis in. l. patro nus. §. rei perduellionis. ff. de acqui. here. videtur ꝙ in omni crimi ne etiam lese maiestatis possit appellari, ꝛ illas duas glo. ibi Nico. de neap. ponderat ꝛ miratur quod nemo ponderauit. Sed ꝫ glo. in d. §. rei perduellionis, ita dicat, tamē Ang. de are. vbi. s. credit ꝙ in crie lese maiestatis nō possit appellari, ꝛ mouetur primo per ratio nem litere. l. ꝯstitutiones. ff. de ap. vcꝫ ꝙ non admittuntur ad appel landū quos interest reipublice statim puniri, sed ista sunt huiusmodi vt pꝫ. C. ad. l. iul. maiestatis per totum igitur ꝛc. ꝛ de hoc videť ca sus in. d. l. constitutum in verbo factionū iuncta. l. quisquis. in prin.
87 C. ad. l. iul. maiestatis. † Nam factio sumitur pro proditione que fit contra principē vel rempublicam. Et sic idem est factio qđ crimē le se maiestatis, ꝛ ēt pbat tex. in verbo factionis in extrauaganti ad re primendam, ꝛ per hoc est etiam tex. notab. in. l. si quis. §. hi aūt oēs. ff. de iniusto testa. vbi dicitur ꝙ ꝯdemnati in causa capitali appel lant nisi sit latro insignis ibi factione cruēta ꝛc. Et sic sola factio. i. proditio impedit appellationē. Preterea dicit ipse de Aretio. tria sunt crimina excepta heresis simonie ꝛ lese maiestatis iuxta no. per gl. fi. in. c. j. de testi. lib. vj. Et sic illa tria equiparantur, ꝫ in crimine heresis non appellatur, vt in. c. inquisitiōis. de hereticis. lib. vj. er go nec in crimine lese maiestatis. Ex quo a pari procedunt. ꝛ p hoc est tex. ꝫm vnam expositionem. Archi. in. c. felicis. de penis. lib. vj.
88 ꝛ ibi refert Jo. an. i. iiij. col. † ꝛ ibi dicit Jo. an. post Archi. ꝙ ē spe ciale in crimine lese maiestatis propter inhumanitatem criminis, qꝛ si in aliquibus crialibus que non sunt ita grauia sicut est crimen le se maiestatis non appellatur. vt. d. l. ꝯstitutiones ergo nultominus debet posse appellari a crimine lese maiestatis quod est grauius ꝛ ad gl. in. §. rei perduellionis respōdet ipse de Aretio ꝙ ibi appel latio non debuit admitti de iure, sed fuit admissa ex permissu princi pis sicut in simili in. l. chyrographis. §. fi. ff. de admi. tut. vel potest dici dicit ipse de Aretio ꝙ prima expositio ibi glo. vcꝫ ꝙ cognitio eret suspensa in causa principali sit verior de iure per. s. dicta. Que ro an appellatione interposita in criminali debeat captus relaxari. Et quid si appelleť a captura vide ple. Ang. de are. in dicto suo tra
89 ctatu de maleficijs in glo. fi. ꝛ tetigi. s. q. xxx. † Item no. circa hanc materiam ꝙ iudex non debet se reddere difficilem in admittēdo ap pellationem maxime quando non est manifeste friuola, qꝛ si non ad mittat teneť. l. iulia de vi publica vel priuata vt est tex. ꝛ ibi Bart. in. l. iul. ff. ad. l. iul. de vi publica. Nam cū per ap. sententia sit recisa executio fieri non potest ꝛ si fieret puniretur iudex a quo capitali ter, quia paria sunt occidere innocentem ꝛ occidere qui ꝯfugit ad iustā defensionē. ff. ad. l. iul. repe. l. j. in fi. ita dicit Bal. in. l. additos C. de epis. audi. Sed aduertas qꝛ si esset manifeste friuola, vt qꝛ spō te confessus fuit vel crimen est notorium tunc si non admittit nō te netur, immo si admitteret peccaret in. c. cum appellationibus friuo lis de app. lib. vj. Quinimmo non obstante appellatione statim fieri dꝫ executio. ꝛ maxime in delictis enormibus. l. prouinciarum. C. de ferijs, ꝛ. l. reis. C. de penis. ꝛ. l. cōstitutiones. ff. de appel ꝛ. l. si quis
90 filio. §. irritū. ff. de iniust. te. ꝛ qđ ibi no. doc. maxie Raphael. † Que ro quis ꝯdemnatur auditur appellans, an oēs dic ꝙ nō puta si cri men est notorium vel manifestum non audit appellās. in. c. romana §. pen. de ap. lib. vj. Sic in certis casibus ꝛ delictis enormibus que enumerantur in. d. l. constitutiones. ꝛ in. d. §. irritū. ꝛ in. d. l. prouin ciarum. ꝛ in. d. l. reis ꝛ etiam in casu. l. j. C. de raptu virgi. ꝛ ibi Sa li. Et etiā in fabricantibus falsam monetaꝫ. ꝛ sic etiam in casu. l. j. de falsa mo. ꝛ ibi Saly. quoniam publice interest vt statiꝫ fiat executio. Tertio si est confessus ꝛ ꝯuictus testibus vel alijs actis. l. ij. C. quo. ap. non recipiuntur vt hec plenius prosequitur idem de Aretio in
91 dicto suo tractatu. in glo. fi. † Et quod dixi quod confessus, vel cō uictus non audit appellans est verū si vere cōfessus ꝛ ꝯuictus est si autem fuisset contumax ꝛ sic ex forma statuti haberet pro confesso, ꝛ ꝯuicto, secus esset vt prosequitur magis late de Aretio vbi. s. qro an sicut in ciuili appellatio renouit nullitatem. l. quidā mulier. ff. fa mi. hercis. ꝛ. l. carmelia pia. ff. de iure patrona. ꝛ no. Bar. in. l. si ex

pressim. ff. de ap. an idem in criminali. Item sicut in ciuili nil est inno uandum appellatione pendente vt in toto tit. nil nouari app. pē. ita etiam in criminali. Item sicut in ciuili appellans est sub protectione iudicis ad quem ita etiam in criminali. Item sicut in ciuili petuntur apostoli. l. i. ff. de libel. dimis. Et. j. xxx. dies. vt. l. iudicibus. C. de ap pellationi. ita etiam in criminali. Item sicut in ciuili in sententia in terlocutoria fit inhibitio per iudicem ad quem, non autem in diffi nitiua in. c. non solum. de appel. lib. vj. ita etiam in criminali dic ꝙ sic, qꝛ eadem est ratio, ꝛ in criminali proceditur ad similitudinem ci
92 uilium, vt. l. absentem. ff. de penis. † Si autem intra. x. dies non ap pelletur a sententia super crimine lata, sed postea reclametur sif per nullitate sententie, an fiet executio non obstante causa nullitatis posset dici ꝙ aut fit prōpta fides de nullitate ex eisdē actis aut non vt. j. casu retardeť executio. Scđo casu non vt dicit Bart. in. l. iij. §. ꝯdemnatum. ff. de re iudi. Sed aduerte qꝛ hec distinctio non vi deť sibi locū vēdicare in criminalibus, qꝛ si fieret executio ipsa esset irreparabilis, ꝛ irreuocabilis. Ideo supersedi dꝫ a tali executione siue fiat prōpta fides de nullitate, siue nō, ꝛ ita videť dicere Pau. de lea. in cle. j. de re iudi. Quero quando snia in criminali confirma tur per iudicem appellationū qs faciat executionē dic ꝙ primus iu dex a quo vt tenet de Aretio in dicto suo tractatu. i. gl. fi. ibi, quero
93 qñ snia ꝯfirmatur ꝛc. ¶ † Quero si per statutū possit tolli appella tio in cā criminali dic ꝙ non vt scripsi in apparatu meo super statu to Delphina. si qs, iteras ꝛc. in gl. sup verbo appellatione cessante in fi. ¶ Quero appellatur a sententia criali. Sꝫ iudex nō vult eam admittere qd dꝫ facere idem iudex dic ꝙ non dꝫ pcedere ad execu tionē, sed dꝫ rescribere superiori cām quare noluit admittere talem appellationē, vt ē tex. ꝛ ibi Bal. Raph. cu. ꝛ Jo. de imol. in. l. si qs filio. §. hi qui. ff. de iniust. test. Quinimo a tali ratione appellans pōt ꝛ dꝫ iterū appellare vt est casus. ꝛ ibi Bar. ꝛ doc. in. l. j. C. quo. ap
94 pellatio non recipitur. † Quid autem si non obstante appellatione quā non admisit iudex quam tū recipere ꝛ admittere debebat ꝛ exe quatur suā sniaꝫ in criminali dic ꝙ talis iudex dꝫ capite puniri in. l. lex iulia. §. fi. ad. l. iul. repe. ita singulariter dicit Bal. in. l. si quis fi lio. §. hi qui. ff. de iniusto testa. ꝛ sicut de facto vult iudex exequi talē sniam que esset postea irretractabilis. iuxta. l. si quis prouocatione. C. de appel. ita etiam de facto per amicos talis ꝯdemnati pt resisti vt no. glo. in simili. in. l. minor. §. j. ff. de euictionibus. ꝛ impune resi sti potest, ratio, qꝛ per talem appellationem subla a est iurisdictio iu dici a quo ꝫm Inn. in. c. si quando. de offi. dele. ꝛ p hoc facit qđ no. Pau. de leazaris in clemen. j. de re iudi. Nam vt dicit Innocē. in. c. pastoralis. de offi. deleg. nunq̄ executor pene corporalis debet il lam exequi quādo videt sententiam iniustam, sed debet referre supe
95 riori, vt. l. j. in fi. ff. de questionibus, ꝛ † dicitur iniustasententia qñ est appellatum, quia appellatio extinguit pronuntiatum, vt in. l. j. in fin. ad turpil. ita dicit ꝛ tenet dominus Ange. de are. in dicto tractatu. in gl fi. Si iudex in ciuili vel criminali pferat sniaꝫ arbitrio suo in his in quibus pōt de iure vel statuto arbitrari, tunc pars condemna ta habet duo remedia, qꝛ potest appellare vel petere talem sniaꝫ re duci ad arbitriū boni viri, ꝛ istud late prosequitur idem de Aretio vbi supra. Si plures vna sententia in causa criminali fuerint condē nati, ꝛ vnus tantummodo appellet an victoria illius appellantis qui obtinuit absolutoriam in causa appellationis si prosit alijs qui non appellauerunt. ꝛ quia vt supra dixi in criminalibus proceditur ad similitudinem ciuilium ꝛ de vno ad reliquum est bona argumen tatio nisi expresse in iure reperiatur contrarium cautum iuxta no. in l. absentem. ff. de penis ideo de hoc dicendū est vt habeť in. l. suo. §. j. ꝛ. ij. ꝛ. l. si qui separatim. in prin. ꝛ. §. fi. ꝛ ibi glo Bar. Ang. de pe rusio. Imo. ꝛ Raph. ff. de appel. ꝛ in. l. j. ꝛ. ij. C. si vnus ex pluribus
96 appellauerit. † ꝛ concluditur qđ victoria vnius prodest alijs. d. l. j. ꝛ ij. C. si plures vna sententia. Sed fallit primo si alij acquieuerint sen tentie, vt no. gl. in. d. l. iij. ff. sed illud. Secundo fallit si omnes con demnati appellauerint qꝛ ille qui appellat videtur renuntiare ap pellationi consortis, ꝛ sic non prodest sibi alterius victoria vt no. In no. in. c. cū super de re iud. ꝛ ibi Ant. de butri. ꝛ habetur in. l. ab exe cutore. §. j. ff. de appel. ꝛ Bar. in. l. a sententia. eo. titu. Tertio fallit quando cause defensionis sunt distincte, ꝛ sic non est vnica ꝛ eadeꝫ causa defensionis, vt. d. l. si qui separatim. §. fina. Quarto fallit quā do sententie sunt plures late, vt. d. l. si qui separatio in principio. ꝛ non vnica sententia tantum contra plures. Quinto fallit si ille q nō appellauit acquieuit sententie non tantum expresse, vt dixi. s. in pria
97 fallentia, sed etiam si tacite vt dicit de Aretio vbi supra. † Sed an appellatione interposita ab vno ex consortibus possit fieri execu tio ꝯtra alios qui nō appellauerunt in casum in quē victoria vnius prodest alijs dic ꝙ non argu. in tit. nil no. appel. pen. ꝛ notant Imo. de Aretio. in. d. l. si separatim. §. fi. Quid si reus moriať pēdēte ap

pellatione interposita dic quod quo ad crimen extinguitur senten-
tia ⁊ sic cadauer puniri non poterit. ar. in. l. iij. C. si pendente appel.
mors interue. ⁊. l. j. ff. eo. titu. ⁊. l. fi. C. si reus vel accusatus mortuus
fuerit, ideo errãt aliqui iudices qui faciũt suspendi vel comburi ca-
dauera. ita dicit Cy. in. l. ij. C. q test. fa. pos. ⁊ Bal. in. l. j. C. ne ex de
lictis defunctorum, ⁊ idem Bal. Ange. de perusio, ⁊ Imo. in. l. de
functo. ff. de publi. iudi. ⁊ idẽ Ang. de perusio in. d. l. fi. C. si reus vel
accu. mortuus fuerit qui dicit hoc fore verum nisi quando memoria
hominis ex delicto possit condemnari quod cõtingit quandoq; ẜm
not. insti. de heredi. que ab intesta. deferuntur. §. per contrarium fa
cit. l. j. §. j. ff. de cada. pu. ⁊ quod ibi no. per Barto. Sed quid si de-
cedat ꝯdemnatus nondum interposita appel. intra tamen decẽ dies
qui dantur ad appellandum iuxta auctenti. hodie. C. de appellatio.
98 † An crimen extinguatur etiam quo ad bona confiscata per senten-
tiam dic quod gl. in. l. ex iudicioꝝ. ff. de accu. tenet quod sic, q꞉ illa
iudicantur a pari fore expresse appellatam vel etiam intra tempora
quẽ dantur ad appellãdũ. vt. c. non solum de appel. lib. vj. ⁊ no. glo.
in. l. j. in princip. ff. nil. no. app. pẽdẽ. ⁊ de hoc videt̃ tex. in. d. l. fi.
si reus vel accusa. mortuus fuerit in ver. idẽ obseruatur. Sed citra-
montani vt refert Cy. in. d. l. fi. si reus vel accu. mor. fuerit. in. ij. q.
tenent contrarium, quia cum verum sit quod reus sit condẽnatus, ⁊
sic iudicium contra eum fuerit ceptum ⁊ lis contestata, ⁊ sententia
terminatum negotium transit effectus sententie quo ad bona contra
heredes. vt. d. l. ex iudiciorum in prin. facit. l. j. cũ ibi no. per Bar.
ff. de priuatis delictis, dꝫ ergo heres appellare si vult gaudere di-
cto beneficio alias non gaudebit, vt. d. l. iij. Et istam opinio. citra-
montanorum sequitur Bart. in. d. l. ex iudiciorum. per. l. si qua pe-
na. ff. de verb. signifi. Sed opinionem gl. sequitur simpliciter Cy.
in. d. l. ex iudiciorum, quam etiam sequitur Io. de imo. in. l. defun-
cto. ff. de publicis iud. in princip. ij. colum. q꞉ ex quo pena bonoꝝ
venit in consequentiam pene corporalis si antequam perfecte sñiam
confirmaret officium suum superueniat mors, ⁊ sic defunctus princi
palis, quia extinguitur ipsa pena principalis videtur quod in conse-
quentiam extinguitur accessorium arg. l. fi. ff. vnde liberi. Nec huic
determinationi nec. d. glo. obstare videtur. l. furti. §. j. ff. de infami.
99 † quia licet condemnatus sit infamis, vt ibi, tamẽ videtur ꝙ ex quo
reus moritur interim pendente termino dato a lege ad appellandũ
extinguitur etiam crimen infamie, ideo nimirum si etiam extinguat̃
pena publicationis bonorum quod dicit fore verum quando nihil
expresse dictum est de bonis vel si in sententia dictum fuerit sed ac-
cessorie, videlicet condemnamus eum ad mortem cum publicatione
bonorum. Secus si eque principaliter p copulã ⁊ fuerit lata. sñia di
cendo ⁊ eius bona publicamus arg. in. l. j. ij. ⁊. iij. de pe. leg. ⁊ hanc
sententiam glo. ⁊ Cy. sequitur Sal. in. d. l. fi. C. si reus vel acc. mor
tuus fuerit. q꞉ vt proxime dixi ademptio bonorum veniebat in con-
sequentiam ergo extincto principali nonne extinguitur crimen etiã
accessorium. Preterea vbi est eadẽ rõ debet esse idẽ ius. l. si a Ti
tio. ff. de ver. ob. Sed rõ decidendi ⁊ diuersitas quam facit impera
tor in. d. l. iij. C. si appellatione pendente mors interuenerit est soluꝫ
vt ademptio bonoꝝ sit facta expresse vel tacite. ista ratio vr̃ ẽt ha-
bere locũ qñ quis moritur pendente termino dato ad appellandum
si ergo eadem ratio hꝫ locũ, ergo etiam habere debet locum eadem
iuris dispositio, nec ob. d. l. ex iudicioꝝ dum dicit condẽnatione se
cuta, q꞉ illud limitatur ⁊ intelligit̃ de condemnatione que iã transi-
uit in rem iud. ar. l. j. de re iud. Sꝫ intra tpa appel. nondũ transiuit
in rẽ iudi. vt no. in. d. l. j. in gl. Et sic legũ interpretatione mollient̃
pene vt voluit glo. in. d. l. ex iudicioꝝ nec ob. l. si qua pena. alleg. p
100 Bar. q꞉ ibi dicitur † ꝙ a pena non põt appellari, q꞉ a grauamine le
gis nõ põt appellari. Sed an a mulcta ⁊ ibi dr̃ ꝙ appellari potest
q꞉ est grauamẽ iudicis, ⁊ sic prima appellatio ꝯ iniquitatẽ legis nõ
admittit̃ tanq̃ inepta. secus in mulcta, q꞉ a sñia iudicis iniqua po-
test appellari. l. j. in prin. ff. de app. ⁊ appellatio dꝫ admitti. Stan-
te ergo dicta pendentia appellandi ⁊ mortuo condemnato, q꞉ pote-
rat appellari vt a mulcta iudicis procedat. d. glo. in. d. l. ex iudicio-
rum. ⁊ hanc opi. glo. sequitur Bal. in. d. l. iij. C. si pen. app. versic.
qũo deportatus decessit intra tempus ⁊c. tali rõne, q꞉ ꝙ sñia lata
non possit retractari non est hoc confirmatũ per lapsum temporis
predictum datũ ad appellandũ. ⁊ ideo cum sñia non sit adhuc con-
firmata pendet adhuc eius effectus. facit. l. cum hic status. in pria.
101 ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ¶ † Hac etiam ratione attenta quod ad
huc pendeat eius effectus infertur ꝙ testamentum interim facit dã
natus ad mortem contra quem facta fuit executio intra. x. dies valet
si institutus appellat ratione bonorum. Secus si non appellat, sit ta
tamen cautus heres in appellando vt non appellet nomine de fun-
cti, sed nomine suo ⁊ pro suo interesse bonorum querendorum, ⁊ idẽ
Bal. in. l. qui a latronibus. §. j. ff. de test. tenuit opi. citramontano-
rum. ⁊ Bar. contra. d. glo. qm̃ dicit ipse appellatio in potentia non
dꝫ plus posse operari q̃ appel. in esse producta ⁊ in actu, argumen.
ff. de conditio. indebiti. l. in. Ex quo apparet quod quantũ ad bo-
na sententia lata contra defunctum afficeret heredes, vt. d. l. ex iudi
ciorum in princip. Nam si heredes appellarent ⁊ nõ prosequerent̃
appellationem non prodesset dictis heredibus. vt. l. fi. §. illud. C. de
temp. ap. ergo eodẽ modo si reus decedat intra tp̃s quo põt appel
lari si non sit appellatum, ⁊ hanc sententiam citramõtanoꝝ, ⁊ Bar.
secutus ẽ Raph. in. l. fi. ff. si pẽ. app. q꞉ si reus morit̃ itra tpa data ad
appellandum, ⁊ sic sñia trahit secũ executionẽ non põt seruitus ir-
102 rogata p sñiam tolli ꝑpter defectum extremi a quo. † Quia duo ex
trema dr̃ hẽre fictio habilis, vnũ extremũ a quo vcꝫ mortuo reo aliõ
extremum ad quod vt no. plene Bart. in. l. si is qui pro emptore. ff.
de vsuc. Mortuo ergo reo extinguit̃ extremũ a quo, q꞉ mortuus nõ
põt dici seruus. Itẽ q꞉ aut heres vult appellare, vt quilibet de po-
pulo, ⁊ non põt, q꞉ non hꝫ locuꝫ ratio humanitatis de quo in. l. non
tantũ. ff. de appel. propter mortẽ dicti rei iam secutã. Et hanc sñiam
citramontanorum secutus est Bar. ⁊ postea do. Io. de imo. asserẽs
se melius cogitasse in. d. l. qui a latronibus. §. j. vcꝫ ꝙ dicta tẽporis
pendentia data ad appellandum non operatur ideꝫ quod ipsa ap
pellatio quo ad effectum vtrum testamentum valeat. Et quo ad
effectum. d. l. ex iudiciorum, quia eo ipso ꝙ quis est condemnatus
per sententiam statim insurgit effectus iur. quia effectus est inte-
stabilis ⁊ ꝑdit oia que sunt iuris ciuilis, vt. l. quidam sunt serui pe-
ne. ⁊. l. q vltimo. ff. de penis. Ex quo patet ꝙ ex quo non fuit appel-
latũ eo existente viuo ꝙ decessit intestabilis. vt. d. l. si quis filio. §. ir
ritũ. ff. de iniusto test. Et sic nõ põt hẽre heredeꝫ, ergo frustra dispu
tatur, an heres debeat appellare, ⁊ maxime si bona sunt principali-
ter adẽpta, ⁊ hoc plus plꝫ Io. de imo. q̃ id quod dixerat in. d. l. de-
functo. Sed q꞉ in hac questione sunt varie opi. glo. ⁊ doc. ideo dñs
Ang. de are. doctor nouissimus i dicto suo tractatu de maleficijs in
103 gl. fi. in fi. vt oium seruet̃ opinio † dicit sic posse distingui, quia dicit
ipse aliquando in sententia corporali bona nõ sunt expresse adempta
nec publicata. Et tunc aut publicatio bonoꝝ nõ venit de iure ex ta
li delicto. Aut ipso iure publicatio bonorum venit ex tali delicto
licet in sententia hoc non dicatur in crimine lese maiestatis. iuxta.
l. penulti. in fin. C. ad. l. iul. maiestatis, ⁊ facit auctẽ. bona damna-
torum. C. de bonis dãna. Primo casu qñ ex tali delicto non venit a
lege publicatio bonorum nec iudex in sua sententia expresse publi-
cauit. Et tunc aut talis condemnatus fecerat testamentum, aut nullũ
104 testamentum ꝯdiderat. ¶ † Primo casu quando condidit testm̃,
q꞉ statim cum fuit ꝯdemnatus fuit effectus seruus pene. l. si quis fi
lio. §. irritũ. ff. de iniust. te. ⁊. l. q vltimo. ⁊. l. qdã sunt serui. ⁊ in. l. ser
uorũ. §. j. ff. de pen. Et quia sñia traxit ipso iure secum executionem
iuris. vt. l. furti. §. j. ff. de infa. ⁊ no. Bar. Ang. de perusio. ⁊ Io. de
imo. in. l. j. ff. de re iudi. ⁊ idẽ Bar. ⁊ Cy. in. l. j. ff. nil no. app. pẽ. Et
per ꝯñs eius testm̃ effectũ fuit ipso iure irritũ, vt. l. si quis filio. §. ir
ritum. ff. de iniu. testa. ibi ⁊ non tunc cum consumptus est sed cũ sen
tentiam passus est ⁊c. iuncta glo. que dixit quod hec sententia traxit
secum executionẽ nec dictum eius testm̃ recõualescit nisi appellaue
rit, vt ea. l. §. hi autem. ideo tali casu succedunt venientes ab intesta-
to vt habet̃ in. d. aucten. bona damna. ⁊ Bar. in. d. l. j. ff. eo. titu. fa-
cit quod not. in. l. j. ⁊. l. si pater. C. de here. insti. Aut talis ꝯdemna-
4 **Sequitur** de Sequestratione necessaria que fit mandato iudicis inuita parte, † quia iudicium reddit in inuitum. & tunc dicendum quod regulariter ipsa sequestratio est prohibita. vt. d. l. & d. c. sed fallit in casibus in quibus sequestratio est permissa. ¶ Primus est quod dicit glo. si res mobilis petatur, & persona suspecta sit quod fugiat, vt. ff. qui sat. cog. l. si fideiussor. §. j. & ff. de offic. presi. l. senatus. §. fi. & C. de agri. & cen. lib. xj. ego vero dico quod saluo iudicio saniori sunt tres casus separati quia in vnoquoque separata est ratio. & primus casus est si persona sit suspecta et res mobilis, & sit dubium quod cum ea fugiat, vt. d. l. fideiussor. §. fi.
5 ¶ † Circa hoc quero quando dicatur persona suspecta. respondet glo. in. d. l. si fideiussor. §. si pluribus respectibus. s. non possidere immobilia. Item mobilia pauca. Item mali mores. Item quod prius malefecit quia qui semel malus &c. & l. si eius. §. eisdem. de accu. Quero an ad probandum personam suspectam omnia ista requirantur. An sufficiat vnus casus ex his quatuor ad sequestrum faciendum. s. quod non possideat immobilia, vel mobilia pauca, vel mali mores, vel conuinctus sit &c. vel omnia simul requirantur. credo quod alterum istorum sufficiunt, vt probatur in. l. sciendum. ff. qui satis. cog. vbi cautio requiritur si non possidet imobilia, vel possidet pauca. ¶ Secundus casus est qui probatur in. l. senatus. §. fi. de offi. presi. in glo. pro primo casu immo dic quod si est aliquod oblatum alicui qui est de

familia presidis cum non possit agere nisi vt lit. contesta. fiat sequestrum. ratio est, quia non potest agere & ne pereat interim fiat sequestrum. ¶ Tertius casus est si colonus velit possessiones conductas deserere, vt. l. fi. C. de agri. & cen. lib. xj. Istos tres casus glos. ponit sub vno membro. Nam ad primum membrū allegat illas. ll. vbi sunt casus diuersi. Attende quid glo. dicit secundus casus, quod si in re mobili vel immobili possidens sit suspectus ne depopulentur fructus, vel quod res sic dissipetur, vt. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §.
6 sin autē in leuissimo. † Aduerte isti duo sunt alij casus diuersi. & primus si maritus vergit ad inopiam sequestrātur. s. propter mores malos mariti, vt ex dote mulier possit sustentari, & ibi habes quod maritus vxoris infirme quā propterea spernit, debet ipsam alimentare, & si dotē dissipat debet sequestrari. Alius casus est qui sumitur in. l. imperatorem. §. fi. ff. de appella. quod quoties a sententia appella. & timetur ne fructus dissipentur fit sequestratio, vt. l. imperatores. & in. c. fina. de sequestra. possessio. & fruc.

7 **Opponitur & videtur** hic dicendū q̄ † semp pendente appellatione fructus debent sequestrari, vt. l. ab executione. C. quorū app. nō reci. nō attento an timetur de dilapidatione fructuū. sed dic aut appellat̄ sub ipsa sententia, & tunc nō fit sequestratio nisi timeat̄ de dilapidatione, vt. d. l. imperatores. & ex vltimo superius alleg. & est eadem ratio prohibitionis que est q̄d principali dilapidatione timet̄, q̄a appellatione pendēte nil debet innouari. quando aūt appellat̄ ab ipsa executione facta tunc fit sequestratio ab alio dubio dilapidationis, vt. d. l. ab executione. quomodo & quādo ab executione facti appelletur ibi dicet̄. Habes ergo tres casus speciales & isti sunt duo, & sic hucusq̄ sunt quinq̄ diuersi. ¶ Quero quādo dicant̄ fructus dilapidari. dic quādo distrahunt̄, vel in vsus conuertunt̄, vt in. c. dilectus filius extra eo. titu. Adhuc quero in casu predicto quando appellat̄ ab exe-
8 cutione cuius iudicis autoritate fiet sequestratio. † vr̄ dicendum q̄d autoritate iudicis ad quē, vt. l. sicut. ff. de appel. reci. Nam quicquid fit per appellationē reuocat̄ per iudicē ad quem, vt in. c. non solū. de pen. lib. vj. ¶ Glo. facit quatuor casus vbi fit sequestratio si seruus proclamat, & sic dubiū fit si bona sint dn̄i, tunc bona sequestrant̄, vt. l. j. §. sup periculo. C. de asser. tol. & l. fi. C. qui ad lib. procla. non licet. reo speciale est p̄pter conditionē persone ciuilis. ideo dic q̄d est sextus casus vbi permittit̄. Et septimus casus sequestratio fit propter contumaciam nō cauentis de collatione feudi, vt. l. j. §. super. de colla. bo. Et. viij. casus vbi fit sequestratio vbi si mulier diuertit a marito. & maritus eam repetat dubitans illaz redire p̄pter mariti seuitiā, & sibi idonee cauere nō potest. nō sibi est vxoris restitutio fienda sed sequestranda, in loco vbi maritus nō possit inferre vllam violentiā,
9 vt in. c. ex trāsmissa. extra de resti. spo. & c. licet. in fi. eo. titu. † Item missus in possessionez ex primo decreto alicuius rei nō facit fructus suos si eos cōseruat, vt in. c. fi. de seque. pos. & fruct. vt. l. fulcinius. ff. ex qui. cau. in pos. ea. debet ergo illos cōseruare & si cōuentus venerit. j. annū recuperat possessionē & fructus. si tamē hic missus dissipat medio tēpore sequestrat̄, vt. d. c. dilectus filius. extra de sequestra. posses. & proprie. & ibi no. quando dicat̄ fructus dilapidari. dic si eos in vsus suos conuertat vel distrahat in. c. fi. de sequestra. pos. & fru. In casu tamē speciali missus in possessionē ex primo decreto lucrat̄ fructus quando agitur petitione rei seruāde causa, & lucrat̄ fructus quando agitur petitione hereditatis propter legitimaz cōtumaciam conuenti dicta accusatione. tūc agens mittitur in possessionem causa rei seruande, & lucrat̄ fructus, vt. l. fulcinius. §. fi. qui. ex cau. in poss. ea. dicit in. d. ca. j. de dolo & contu. & Cyn. in. d. l. vnica. in. vij. casu,
10 † q̄d p̄pter contumaciam non cōparentis fit sequestratio. c. ex literis. de dolo & contu. videamus qualiter istud pōt esse verū. nō video vt minus agat̄ prout ibi dixit tex. Nam p̄pter cōtumaciam erat mittendus in possessionē, si mitius agere volentes posse sequestrari fructus. vr̄ ergo sequestrare aliud esse quā mittere in possessionem. que sequestratio de iure ibi fieri nō debet. vt ibi sentit text. Barto. & glo. sua. vnde si iudex contra contumacem vellet mitius agere, posset sequestrare, q̄ si prius data esset non haberet locum sequestratio, nisi ipsos dilapidaret, vt dixi in proximo precedenti membro.

Sequitur nonus casus vbi habet locum sequestratio cū timet̄
11 † ne scandaluz oriatur inter partes, q̄d perueniat ad arma, q̄a ad rixam venire nō patitur pretor quos potest sua iurisdictione cōpescere. alleg. Cy. in. l. oleum. ff. de dolo. que. l. vr̄ mihi q̄d non loquat̄ de sequestratione necessaria, q̄ ille a quo oleum petebat deposuit, ergo fuit voluntaria. alleg. c. ij. extra de do. & contu. text. nihil dicit sed dictum Inno. text. in. d. c. sed dic q̄d fuit facta sequestratio, q̄ fructus dilapidabantur. alibi non. hoc sonat in hoc vbi est timor armorū permittitur vtriq̄, ne ad occupandā possessionē. vbi aūt est timor armorum, cōpescat partē non solū per sequestrū, sed per cautionē. q̄a curare debet pretor vt pacata sit prouincia quā regit. de offic. pre. l. cōgruit. ¶ Decimo casu quando fit sequestratio de bonis condēnati,
12 vt. l. ij. de duo. reis. † Pone ergo q̄d quis cōmisit maleficiū, de iure bona sua annotant̄, & sic infra annuz restituant̄, & tunc si bona sunt que seruari nō possunt illa debēt vēdi, & pretiū deponi, vt. l. is cui. §. qui legatus. vt in posses. lega. Habes aliū casum specialez vbi fit sequestratio. & est nouissimū in vno. ō sequestra. posses. & fruc. & in cle. vbi dicit ad cōpescendas litigantiū malitias, & vna sententia contra possessorē lata diffinitiue iudex super beneficio apud sedē apostolicam litigato, & ab eo triennio possessiuz non sit, fructus per loci ordinariuz sequestrant̄. Illud videtur multū contra ea que supra dixi. v. casu. appel. ab interlocutoria vel a sententia, casu permisso per quez iudicem fiet sequestratio, & dicebam in. q. illa q̄d per iudicē ad quē. hic dicitur per ordinarium, ergo quid dicendū. dico q̄d ibi dixi verum q̄d quicquid fit q̄d appella. per superiorē debet reuocari, vt. d. l. sicut. facit melius. l. j. ff. nil no. ap. pen. ad hoc contrarium respondeo quod sit casus specialis. Juxta predicta quero vidi supra quod in sequestratione voluntaria neuter possidet nec actor nec reus, id est sequester, vt ibi dixi. Quero quid in necessaria que fit per iudicez quis possidet cogitabitur. Amen.

FINIS

Breuis ac perutilis tractatus de Sequestrationibus, per D. Jacob. de Arena.

SVMMARIVM

1 Conuentionalis sequestratio que dicatur.
2 Judicialis & contentiosa, que sit sequestratio.
3 Casus speciales in quibus est licita sequestratio iudicialis. & nume. 10. & 11.
4 Sequestrarius an ante tempus possit officiuz sibi datum deponere.
5 Que actio competat contra sequestrariuz, si tempore reddendi nolit reddere sequestrata.
Dolus sequestrarij an veniat in ipsa actione. ibi.
6 Cause facientes personam suspectam.
7 Contentio si sit de possessione fundi, & vterq̄ velit colligere fructus, an fiat sequestratio iudicialis.
8 Actore petente in actione reali an debeat iudex precipere reo, vt saluos faciat fructus.
Quid in causis scriptis. ibidem.
9 Sequestratio quo casu tolli possit p̄ fideiussorē, & quo nō. & nu. 10.
12 Sequestratio quanto tempore duret.
13 Melius est non incipere, q̄ȝ a ceptis turpiter resilire.
14 Casus rei non debet nocere actori.
15 Succurrendum non est ei qui sibi necessitatem imposuit.
16 Quid in casu mutationis vel mortis iudicis.
17 Ille penes quem fit sequestratio, an debeat esse idoneus pro quantitate sequestrata.
18 Sequestrarius cadens a possessione rei sequestrate, an habeat actionem ad ipsam recuperandam.
19 Sequestrata res si seruando seruari non potest, an possit vendi per sequestrarium.
20 Descriptionem bonoruz debitoris fieri an peti possit vt sciatur quid est in bonis eius.
21 Casus in quo fieri debet depositio fructuum, licet de iure prohibita sit sequestratio.
22 Judex paccatam & quietaz debet habere prouinciam suā hominesq̄ singulos, nec pati venire ad arma & rixam quos sua iurisdictione compescere potest.
23 Possessio si constet q̄ sit seminata per tertium, vt per colonum, et vtraq̄ pars contendens hoc fateatur, rusticus interim omnes fructus habebit, saluo iure eius qui dominus apparebit.
24 Quid si vnus vult satisdare colono de conseruando eum indemnem aduersus alterum.
25 Quid si non constet tertium vel alium seminasse.
26 Quid si vterq̄ seminauit, vel fructus sint naturales, vel non appareat quis seminauit.

¶ Sequestrationum

Equestrationum, alia conuentionalis, alia iudicialis, seu
1 contentiosa. † Conuentionalis dicitur depositio rei sine iudice facta a pluribus certa conditione adiecta de custodiẽda ea, ⁊ reddenda, vt. l. propter. ⁊ l. is penes quem. C. deposi. ⁊ l. proprie. ff. eo. ⁊ l. is apud quẽ. §. j. ⁊ ij. eod. titu. ⁊ est notandũ ꝙ hec sequestratio nõ est pro
2 hibita. † Iudicialis seu contentiosa sequestratio est depositio a pluribus litigantibus de re de qua controuersia est facta iudicis autoritate apud officiũ, vel edem sacram, vt. l. sequestrum. de verbo. signifi. ⁊ l. licet. depos. ⁊ l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogan. Hec tamen sequestratio regulariter est prohibita
3 vt. l. j. C. de sequestr. pecu. nisi in † casibus specialibus qui sunt ibi. s. si res mobilis petatur a persona suspecta, ⁊ non cauente de iudicio sisti, ⁊ re non barattanda, vt. l. si fideiussor. §. fi. qui satisda. cogan. ⁊ l. senatus. de offi. presid. Itẽ si vir vxore furiosa, dissipet res dotales, vel ab eo dissipari suspicatur, vt. l. si cum dotem. §. sin autem. solu. matri. Ceterum vxore in sensu manente dos apud eã daretur, vt. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Item si super questione agri appellatum est, ⁊ ipsius agri depopulatio ꝺ fructibus timeatur, vt. l. imperator. §. fi. ff. de appella. ⁊ l. ab executione. C. quo. appellat. non recipi. Item si sit contumax in cauendo de collatione facienda, vt. l. j. §. si frater. ff. de collatio. bon. Itẽ si seruus proclamauit in libertatẽ, vt. l. j. §. super. C. de assert. toll. ⁊ l. fi. C. qui ad liber. procla. Itẽ si controuersia inter dominũ ⁊ colonũ de dominio rei, ⁊ colonus noluerit vel non potuerit precauere de soluendis fructibus ipsius rei, vt. l. litibus. C. de agricol. ⁊ censi. Sed facta sequestratione in cõuentionali vel iudiciali quis possidet. dico, ipse sequester, nisi aliud in sequestratione dictũ esset expresse, vt. l. interesse. de acquiren. posse. ⁊ l. licet. in fi. depos.
4 Sed † an possit officiũ sibi datum deponere sequestrarius ante tempus. dico ꝙ non, nisi ex causa iustissima, ⁊ tunc iudicis autoritate deponenda est sequestratio in ede sacra, vt. l. is apud quẽ. §. si velit. ff. depo. Item tẽpore reddendi adueniẽte, quo loco res est a sequestrario exhibenda. dico eo loco quo actum est. Sed si de pluribus locis sit actum, tunc remittitur arbitrio sequestrarij. Si autem de loco nil actum est, tunc coram iudice exhibenda est, vt. l. is apud quẽ. §. j. de
5 pos. Sed † si tẽpore reddendi non velit eam sequestrarius reddere, que actio cõpetit cõtra eũ. dico deposita sequestratione. d. l. is apud quẽ. §. j. licet alij dicant prescriptis verbis. l. si rem. §. fi. de prescrip. verb. Sed an dolus sequestrarij veniat in hac actione. dico sic, vt. l. si hominẽ. deposi. ⁊ l. qui restituere de rei vendi. Sed si personali actione conueniã personã suspectã, eo ꝙ nõ possidet rem immobilẽ, an de eius re mobili fiet sequestratio iudicialis. dico sic, debitore nondũ condẽnato, argu. l. si fideiussor. §. fi. qui satisda. cog. ⁊ est casus in. §. de. insti. de satisda. Si aũt condemnatus esset, tunc esset in
6 carcerẽ mittendus, vt. l. j. C. qui bon. cede. poss. Sed † que cause faciant personam suspectã. dico mali mores, vt in. §. fi. insti. de suspe. tuto. Item si prius male fecit, vt. l. si cui. §. iisdem. de accusa. Item si non possidebat immobilia, vt. l. sciendũ. in princi. qui satisda. cogan.
7 Item si † cõtentio sit de possessione fundi, ⁊ vterq; vult colligere fructus, an fiet sequestratio iudicialis. dico sic, iudicis officio. l. equissimum. in princi. de vsufru. ⁊ l. in venditione. §. fi. de bon. autor. iudi.
8 possi. ⁊ l. fi. de tabu. exhib. Itẽ an † in actione reali, petente actore, debeat iudex precipere reo, vt saluos faciat fructus. dico sic, vt. l. diuus. de pet. hered. ⁊ l. fi. §. ex quadrante. ff. de do. excep. Quid autẽ faciet iudex in causis scriptis, nam cõsuetudine obtinetur ꝙ iudices nostri tẽporis cõmuniter indistincte fieri faciunt sequestrationes, nõ inspecto an ille contra quem fiunt, sit suspectus vel non, vel an reali vel personali cõueniatur actione, ⁊ sic derogatur huic. l. si fideiuss. §. fi. qui satisd. cog. Item refert an fiat sequestratio, vel simpliciter interdictio, vt re illa nõ vtatur, donec discutiatur cuius sit, ⁊ an tũc ille
9 contra quẽ fit possidebat, an alius tpe sequestrationis. Si † possidebat ille contra quẽ fit sequestratio, tunc eo satisdante de parẽdo iuri, ⁊ re non barattanda, sine aliqua alia ratione siue petitione debet reuocari sequestratio per. d. l. fideiussor. §. fi. Si autẽ alius possidebat, tunc si ille qui possidebat summatim probauit de possessione sua aliquali petitione data, debet reuocari nulla satisdatione data vel fide-
10 iussione, argu. l. a diuo pio. §. si super. de re iudica. Si † vero fuerit interdictio sola, tunc aut ille contra quẽ facta est possidet solus, aut simul cum alio qui eam fieri fecit, si possidet solus, ⁊ de hoc iudici constet, ⁊ parti satisdatione data debet reuocari. Si vero possidebat simul cum alio qui eam fieri fecit, tunc tãdiu durabit sequestratio, quãdiu de iure vtriusq; discutiatur, si iudici videbitur, argu. l. equissimum. de vsufruc. Si vero sit dubium quis possideat tempore interdicti, tunc habebit locum. d. l. equissimum. ⁊ in hoc casu qui se dixerit possidere, habebit offerre petitionem suã ⁊ de iure suo summatim probare ab initio, quia sequestratio de iure fieri non debet, quando personalis actio fieri speratur, sed tantũ in reali actione lo
11 cum habet, ⁊ sic intelligitur. d. l. si fideiussor. §. fi. Item † si persona suspecta non sit, etiam in reali locum non habet, immo plus dico, ꝙ
12 ⁊ vbi persona suspecta est, vt in. d. §. fi. habetur. Sed † quanto tempore durabit sequestratio. distingue, aut actor paratus est procedere in causa, aut non. si constat ꝙ agere ⁊ procedere paratus sit, tãdiu durat, quãdiu vel fuerit satisdatum, vel lis finem acceperit, vt. d. §. dicitur. Si vero non procedat in causa, ⁊ tunc, aut stat per eum, aut per iudicem, aut per casum, quia fuerunt ferie indicte. Si per eum stat, statuendum est ei tempus a iudice infra quod agat, vel agere incipiat, vltra vero non auditur, ⁊ tenet sequestratio, argu. l. si per pretorem. §. ait pretor. ex quib. cau. ma. ⁊ l. diffamari. C. de ingen. ⁊ manum. ⁊ l. mancipiorum. de optio. lega. ⁊ c. pastoralis. de exceptio. ⁊ vide glo. in. l. si decum. de dolo. Sed hoc casu quantum temporis assignabit ei iudex. dico, recurrendum ad id quod dicitur in. l. cum proponas. C. de bon. autor. iudi. possi. licet alio casu loquantur illa iura. Vel dic duorum mensium, vt in. §. j. in aucten. de excep. Tu dic, moderandum tempus arbitrio iudicis, argu. l. j. §. fi. de in. del. arbitrarie enim sunt tales actiones. l. siue pars. C. de dilation. Si vero stat per iudicem, sequestratio ab eo fieri non debet, nam iudex si aliquo casu impeditur, vel aliqua ex causa, tunc eius impedimentum non debet alicui partium onerosum fieri, vt. l. j. in fi. ff. si quis
13 cau. ⁊ §. j. in aucté. de appel. Melius † est enim non incipere, quã ab inceptis turpiter resilire, argu. §. omnem. in fi. de litig. Si vero per casum, tunc si casus superuenerit ex persona actoris, reuocabi-
14 tur. Si vero ex parte rei, tunc facienda reuocatio non est, quia † casus rei actori nocere non debet, argu. d. l. colonus. ⁊ l. non debet. de
15 re iudi. nec † succurrendum est ei, qui sibi necessitatem imposuit,
16 argu. l. non exigimus. Quid † si infra tempus statutum iudex ipse mutetur vel moriatur, ⁊ alius subrogetur, loco illius vel lite pendente, ⁊ mora hec contingat, vel nullo termino assignato, vel causa initiata decesserit iudex, vel est mutatus, quid erit in casibus istis. Certe videtur lex dicere ꝙ tantum duret donec fuerit satisdatum, vel lis finem acceperit, vt. d. §. dicitur. argu. l. meminisse. de offi. procons. ⁊
17 leg. ⁊ l. fi. de pe. leg. ⁊ l. cum apud. ff. iud. sol. Quero † an ille penes quem fit sequestratio debeat esse idoneus pro quantitate rei sequestrate, text. est ꝙ sic in. l. litibus. ff. de agrico. ⁊ cens. lib. xj. Quero an
18 † sequestrarius cadens a possessione rei sequestrate habeat actionẽ ad ipsam recuperandam, dico ꝙ sic, vt. l. postquã. §. Imperator. ff. vt
19 in poss. le. Quero an † si res sequestrata seruando seruari nõ posset, possit vendi per sequestrariũ, dico ꝙ sic per. d. l. litibus. ⁊ l. si magistratus. de priuile. cred. ⁊ l. xviij. cui. §. legatorum. vt in poss. lega. ⁊ l. fi. de req. re. Quero quid si ille cuius est res sequestrata, non habet aliunde vnde viuat, an petere possit se ali de fructibus rei sequestrate, vt de re ipsa. text. est ꝙ sic, in. l. fi. C. de agric. ⁊ cen. Quero,
20 licet non possit fieri sequestratio, vt. l. j. C. de probi. seq. poterit † ne peti vt fiat descriptio bonorum debitoris, vt sciatur quid est in bonis eius. text. est ꝙ sic in. l. j. §. pen. de ven. in pos. mi. ⁊ not. in. l. facultas. C. de in. fi. lib. x. In casibus tamen potest fieri sequestratio, vt habetur, in glo. in. l. j. C. de probi. seq. ⁊ l. fideiussor. §. fi. ff. qui satis.
21 cog. cũ sua glo. Quero † canonici sancti Eusebij agunt contra comitem interdicto vti possid. ne inquietet eius possessionẽ, quid iudex faciet de fructibus, quia quilibet vult eos colligere, ꝙ debeant sequestrari, nõ reperitur lege cauũ, immo prohibita est sequestratio generaliter, vt. l. j. C. de probi. seq. pec. nisi in casibus inter quos nõ connu
22 meratur, argu. tamen est, ꝙ debeant deponi, quia † iudex paccatã ⁊ quietã debet habere prouinciã suã ⁊ homines singulos, nec pati debet venire ad arma, ⁊ rixas quos sua iurisdictiõe cõpescere põt, vt. l. cõgruit. de offi. psi. ⁊ l. si eius. §. si inter duos. de vsufruc. non ob. l. j. de seq. pecu. qa ibi agebatur de pecunia, sicut in ipso text. patet. hic aũt de fructibus. ⁊ ꝙ apud aliquẽ habeat ꝺponi fructus, ẽ arg. in. l. fi. ff. de tab. exhi. vbi dr̃ ꝙ si instrumẽtũ falsum dicat̃, statim debet iudex eũ accipere, ⁊ penes se custodire, sed posset assignari ratio diuersitatis ꝙ ppterea deponit instrumẽtũ ne aliqd falsitatis addat̃, vel
23 ne aliqd detrahat̃, quid dices. dico † si constat seminatas possessiones per tertiũ, vt per colonũ, ⁊ hoc vtraq; pars cõfitetur rusticũ coluisse, planũ est ꝙ rusticus interim oẽs fructus habebit, saluo iure illius qui dñs apparebit, vt. l. cuiusq;. §. j. de vsufru. lega. nã põt qui hoc genus depositi impetrat, nec dicit interuertere possessionẽ, cũ habeat iustã causam, vt. l. si qs rem. de acqui. pos. ⁊ in hoc casu ille restitutus poterit forte facere gratiã vni litigator, vt. l. si quis seruũ. §.
24 si inter duos. de leg. ij. Quid † si vnus vult satisdare colono, ꝺ coser-

25 nando eũ indemnẽ aduersus alterũ. dico q ipse pfertur. Quid † si nõ constat tertiũ, vel aliũ seminasse tũc fructus debẽt deponi in locum quẽ elegerit iudex, vt. l. j. §. apud iulianũ depo. posset tñ dici q in hoc dubio pro illo psumatur qui agit, q lex dat cõsiliũ vt illi demũ agant qui spem obtinendi hñt, vt. l. j. de inoffi. testa. Si autẽ vnus litigatoꝝ seminauit, vel seminari fecit, apud eum ẽsse debẽt pñta ab eo
26 cautiõe de custodiẽdis fructibus. Quid † si vterqꝫ seminauit, vel fructus sint naturales, vel nõ apparet quis seminauit, in oibus istis casibus debet iudex inuenire bonũ viruꝫ, cui fructus cõmittat saluo iure vtriusqꝫ partis, vt. l. interesse de acquir. poss. ꝛ. l. in vẽditione de bo. auto. iudi. possi. §. fi. ꝛ hoc de mente iuris, ꝛ ex cõsuetudine generali.

FINIS

Solennis tractatus de excussione bonorum, per D. Jacobum de Arena.

SVMMARIVM

1 Excussio † est bonoꝝ atqꝫ rerum principalis debitoris ad vngulaꝫ vsqꝫ ad saccum ꝛ perã p. iudicẽ facta discussio inquisitio, atqꝫ detectio bonorũ dico, per. l. j. de reuo. que fi. in fraud. credi. que autẽ intelliguntur in bonis nostris dicitur in. l. bonoꝝ. de verbo. signi. Rerum ideo dico, sicut dicit. l. j. C. de deu. lib. x. rei autem appellatiõe ꝛc. vt. l. j. ff. si cer. peta. ꝛ. l. j. §. fi. C. de constitu. pecu. ꝛ. l. si ita fideiussorẽ. de fideiusso. ꝛ. l. rei appellatione. de verbo. signi. immo etiã si habeo actionẽ ad rem ipsam psequendã, ipsam rem esse in bonis censemus. l. rem in bonis. de acqui. re. do. ꝛ. l. qui actionẽ. de reg. iu. Quare autẽ dicatur principalis debitoris, patet in omnibus le
2 gibus, que de excussione loquunt. Ad vngulaꝫ ideo dicit, q † iudicem qui excussionẽ facit, oportet cuncta rimari, vt patet in. l. si cui libertas. de cõdi. ꝛ demon. ꝛ. l. ij. C. de senten. ex peri. reci. ꝛ. l. qui sententiã. ꝛ. l. qui iudiciũ de pen. Quare dicatur vsqꝫ ad saccum, patet. in. l. fi. §. si per iudicem. ff. que in fraud. credi. Jdeo dico quia lex di
3 cit † excussioneꝫ solenniter fieri, vt quo quisqꝫ ordi. conuenia. lib. xi. ꝛ ea dicuntur solennia seu solenniter fieri que per iudiceꝫ fiunt, vt. l. diuus. de in integ. restitu. ꝛ. l. ꝛ si nihil de re iudica. ꝛ. l. iij in prin. C. de sum. trinita. ꝛ fide catho. inquisitio quare dicatur, patet. C. de iudi. l. iudices. Detentio ideo dicitur, quia iudex per excussionem ea bona que detegit in publicum ponit, non autem de nouo inuenire dicitur, argumen. l. adeo. §. cum quis. ꝛ. §. fi. de acquiren. rerum domi.
4 ꝛ. l. j. C. de nego. gest. Fieri † enim debet ꝛ locum habet discussio in certis casibus, qui infrascriptis legibus continentur, vt. l. iij. in fi. C. de conuen. fisci. debito. ꝛ. l. j. C. de decurio. lib. x. ꝛ aucten. hoc si debitor. §. j. C. de pigno. ꝛ aucten. presente. C. de fideiusso. ꝛ aucten. nouo iure. C. de actio. ꝛ obliga. ꝛ. l. penulti. C. quan. fisc. vel priua. ꝛ. l. j. C. de reuocan. que fi. in fraud. credito. ꝛ. l. aduersus. C. de magistr. cõuẽ. ꝛ. l. iij. §. non putetur. de administra. tuto. ꝛ. l. lucius. §. cum testamen. eod. titu. ꝛ. l. j. §. sunt. de magistra. conueni. ꝛ. l. decem. in fi.
5 de verbo. obliga. ꝛ. l. moschis. de iur. fis. † Fieri autem debet, quando reus principalis dubitatur an sit idoneus soluendo, vel non. Si autem certum esset ꝛ notorium ipsum non esse idoneum, ꝛ non esse soluendo, tunc non est locus excussioni. l. decem. in fi. de verbo. obligatio. ꝛ. l. fi. in princip. ff. si certum peta. ꝛ. l. emptore. §. j. de actio.
6 empti. Dubitatur † vbi fiat, an in eo loco tantum vbi agitur, an etiam alibi, si alibi dicatur habere, ꝛ videtur q non, vt. l. sed ꝛ he. §. non solum. de procurato. ꝛ. l. si cum dies. §. arbiter. de arbitra. ꝛ. l. menia. §. fi. de annuis lega. ꝛ. l. quia nisi de oper. liberto. Jtem cum sit condemnatus, vel pro condemnato habitus principalis ex confessione sua, vel contumacia, argumen. l. locorum. de com. ag. defer. libro. xi. fiet executio per arbitrium iudicis per eum in cuius loco res esse dicantur, argumen. ff. de bon. autorita. iud. possid. l. cum vnus. §. penulti. ꝛ. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. ꝛ hoc verum vide
7 tur, quia † vbicunque habet bona soluendo dicitur. facit pro hoc. l. si fideiussor. §. si necessarie. ff. qui satisdare cogantur, ꝛ not. in. l. is autem. §. sin autem. ex quib. cau. in posses. ea. Quomodo † ꝛ qualiter
8
9 fiant, hic pendent leges ꝛ prophete, ꝛ sicut nostra † interest plura auxilia habere, ꝛ si nobis vtilia non sint, vt. l. j. in princi. de eden. ꝛ. l. ex fundo. in fi. de serui. ꝛ pro hoc. l. iij. in fi. de liber. lega. ꝛ. l. si bene. de vsur. ita sunt plures vie ꝛ modi faciendi excussionem, ꝛ primo videtur, q principalis primo conueniatur, ꝛ sententialiter condemnetur, vt probatur in aucten. de fideiusso. §. sed neqꝫ. ibi non transeat viam super pluribus actionibus. ꝛ aucten. si debitor. C. de pigno. quia conueniri ꝛ agi intendo cum effectu vt conuentus condemnetur, vt. l. ij. scdo respon. de adulte. ꝛ. l. ob hoc. §. destitisse. ad turpil. ꝛ. l. qui cum maior. §. accusasse. de bon. liberto. ꝛ. l. in seruitutem. §. periisse. eod. titu. ꝛ. l. amplius. rem rat. habe. nam verba cum effectu ꝛc. l. j. §. hec verba. quod quisqꝫ iur. ꝛ post condemnationem fiet executio in bonis debitoris si reperientur, argumen. l. ij. C. quan. fis. vel priua. Si
10 † autem non reperiuntur de bonis excussis, locus est hypothecarie, vel secunde conuentioni, argumen. l. j. §. fi. de magistra. conuen. Si vero debitum non inficiatur, sed se non esse soluendo alleget, vel non comparet citatus, tunc fiet inquisitio de bonis, etiam non conuicto nec condemnato principali, vt. l. j. C. de reuoca. que fi. in fraud. credito. ꝛ. l. aduersus. de magistra. cõuen. ꝛ. l. moschis. de iure fisci.
11 Sed † an procedit iudicium si agitur contra tertium possessorem ante factam excussionem, si non opponatur, vide Bartolum in. l. si

si probatum communi diuidundo.C.τ.l.si mancipium.§.j.de euictio. Et facta inquisitione fit pronunciatio super bonis excussis, argumen.l.tutores.de confirma.tuto.τ.l.non tantum.§.senatus.de
12 fideicom.libert.† Secundo modo potest fieri, q̄ iudex faciat comparere principalem debitorem, τ compellat eum per sacramentum, τ mulctam indicendo, indicare bona sua, argum.l.sancimus. §.licentiam.C.de iure deliberã.τ.l.ij.§.in exigendis.quan.τ quib.
13 quar.par.libro.x.τ argum.not.in.l.j.ff.de cess.bono.† Et idem faciet de vxore, τ alijs domesticis, qui talia scire possunt, argu.l.consensu.§.seruus.C.de repud.τ si nil inueniatur, concitet propinquos τ vicinos qui testificētur super hoc.τ si dixerint se nescire de bonis eumq; non esse soluendo, saltem fama τ opinio circumastantium sufficiet, arg.l.cum delanionis.§.asinam.de fun.instru.instrumentorq; lega.τ.l.j.§.j.de flumin. Sed ad hoc erit citandus possessor rei obligate.l.nam ita diuus.de adoptio.l.in concedendo.de aqua plu.arcen.τ.l.ij.in fi.si aduer.pu.pens.τ.l.magis.§.ne passim.τ.§.ne prius.de reb.eorum.τ.l.si quidem nouerit, τ neget debitorem esse inopem, procedetur ad testes per actorem contra reum probando debi-
14 torem soluendo non esse, vt.C.de hered.act.l.adultam.† τ ipse possessor poterit producere suos testes, dicendo eum esse soluendo; vt l.ex persona.C.de proba.τ.l.fi.§.fi.si cer.pet.quia incidenter causa sua est, vel interesse poterit.l.principaliter.de libera.cau.τ auctent. nunc si heres.de litig.τ argum.C.de testi.l.si quando.τ.l.laudabilem.de aduo.diuer.iudi.immo minus valebit, quia lis contesta.non fuit, cum hoc ad preparationem alterius iudicij poterit taliter expediri, argumē.l.libertis.in fi.de libera.cau.τ.l.quoniam.de adulter.
15 † Tertio modo potest fieri, τ hec communiter obseruatur, vt iudex mittat preconem, siue executorem ad inquirēdum, τ ei referenti credatur, τ bona excussa pronunciet, τ est argumen.ad hoc in.l.presenti.§.sic vbi.de his qui ad eccle.confug.τ.l.fi.de iudic.τ.l.magis.§. ne tantum.de reb.eorum.τ.l.ea quidem.C.de accusa.τ.l.j.C.de decurion.libro.xj.sed consilium est vt duo executores mittantur, quia in ore duorum ꝛc. vt in aucten.de testib.in princ.τ.§.ex prouinciali. de defens.ciuit.τ.l.fi.C.de bon.vacan.τ.l.j.§.τ si quidem.ff.de ven.
16 inspici.† Sed an sufficiat relatio nuncij referentis nihil esse, iudice eius vigore nil esse pronunciante, ita q̄ possit ad fideiussores deueniri. vide Bar.in.l.stipulatio.§.τ habet ista stipulatio.in fi.de ver.
17 obligatio.† Quid si bona inueniuntur, que tamen sint in controuersia, an erit locus hypothece, vel etiam conuentioni. videtur q̄ sic.l. a diuo pio.§.si super.de re iudicata.τ.l.tertia.C.quando fisc.vel priua. Econtra videtur q̄ non nisi primo cognoscat vtrum sit debitoris vel alterius, τ hoc summarie.d.l.iij. Si autem possideret debitor, et tunc capiet bona, nec fit locus hypothece quandiu ab eo euincatur, an possideat aduersarius vel non, vt dicta.l.a diuo pio. Si autem facta solutione inueniatur pro parte soluendo, τ pro parte non, tunc tantum erit locus hypothece in reliquum debiti, argumen.d.l.moschis.τ predicte auctenti.presente.τ.l.fina.si certum petatur.argu-
18 men.contra in.l.soluendo.de verbo.signi.† Queritur an de hac excussione sit fides facienda ante litis contestationem in hypothecaria, si de hoc exigatur, τ videtur q̄ sic, quia declaratoria est iudicij, de qua ante litem contestatam cognoscendum est, vt.l.penultima.C. de exceptio.τ.d.l.fi.§.fi.τ vide quod not.in.l.exceptionum.de ex-
19 ceptio.τ.l.iij.circa fi.τ.l.si fideiussor.in glo.fi.de fideiussor.† Sed pone q̄ diuersi sint emptores rerum obligatarum, an ille qui conuenitur poterit obijcere de alijs conueniendis pro virili portione, videtur q̄ sic.d.l.moschis. Sed ꝯtra est.l.fi.C.si vnus ex plu.τ.l.credi-
20 tores.de distra.pign.† τ quia causa pignoris est indiuidua, vt.l.rem hereditariam.de euictio.τ.l.qui pignori.de pignori. Item pone q̄ mulier renunciauit iuri hypothecarum in contractu alienationis facte a marito, an agatur aduersus alios possessores rerum mariti deducitur quod ab alijs deducere potuisset.argumē.q̄ sic.l.quesitum.
21 de pecul.§.si annua.τ.l.quamuis.ad velleianum.† An autem facta excussione τ pronunciatione possit excipi de debitore locuplete cōueniendo. videtur q̄ non, quia iam iudicatum est, τ iudicatum pro veritate accipitur.l.ingenuum.de statu hominum.τ obstat exceptio si presens fuit, alias non, quia res inter alios acta ꝛc.l.sepe.in principio.de re iudicata.nisi forte per gratiam, vel collusionem iudicatum
22 fuit, vt.l.venales.C.quando prouoca.non necess.† Item quid dicetur, si post pronunciationem excussionis auccte sunt facultates. videtur q̄ tamen procedatur in hypothecaria.l.prima.§.finali.qui satis-
23 dare cogantur.l.secunda.in fine.de appellationibus.† Item quid si debitor principalis est absens, ita q̄ conueniri non potest, an poterit conueniri possessor. dico sic, vt.§.primo.in auctentica de fideiussoribus. τ not. in auctentica hoc si debitor.C.de pignoribus.τ debet fieri copia excussionis antequam agatur hypothecaria, vt not. in.l.in magnis.de pignoribus.in fine.

¶ Questiones iste que sequuntur sunt additiones ad dictum tractatum de quo.s.

24 1 Item † an debitor obligatus pro principali, possit opponere q̄ nō sit facta excussio principalis, vide Bar.in.l.nomen.C.que res pign.
25 τ vide Bal.in.l.ij.C.quan.fis.vel priua.† Item si est actū cōtra vnū ex correis, an possit agi contra tertium possessorem non excusso alio correo. vide Bar.in.l.quomodolibet.C.quo quisq; ord.conue.lib. xj.τ in.l.mulier.ff.qui pot.in pig.hab.τ Iac.de bel.in auc.de fideiuss.§.sed neq;.τ vide etiam Ang.in auc.hoc si debitor.C.d̄ pig.qui tenet q̄ non possit contra possessores procedi, nisi excussis omnibus
26 reis.† An autem paria sint excussum esse, τ excuti non posse, vide
27 Bal.in.l.si fideiussor.ff.qui satis.cog.† Item fideiussor in criminali
28 non habet beneficiū excussionis. Bal.in.d.l.si fideiussor.§.j.† Item non est necessaria excussio rerum τ personarum que sunt in alieno ter-
29 ritorio. Bal.in.l.sciendum.ff.qui satis.cog.† Itē excussio an possit suppleri post litem contestatam. Bald.in auc.rogati.ad trebe.τ ibi
30 vide eum.† Item in excussione debet moneri pars, vt sit cū nuncio. Bal.in.l.ij.C.de vsu.lega. Item excussionis beneficium non competit argentario qui fideiussit.§.argentarium.in auc.de fideiussor.τ
31 Bal.in.l.fi.C.ad leg.fal.† Item quādo tertius possessor habet causam a debitore, an sit facienda excussio. vide in Spec.de oblig.τ solu.§.j ver.fi. Item exceptio discussionis est mere non dilatoria, sed
32 anormala, vt dicit Bar.in consi. Tertius.† Item licet procedatur iudicium, si non opponatur de excussione, tamen actor non obtinebit in hypothecaria contra tertium si non probet excussionem factam,
33 vel debitorem inopem, vt dicit Bal.in.l.ij.C.commu.di.† Item sicut ad recuperandum pignus conuentionale est necessaria excussio, ita ad recuperandum pignus pretorium, s̄m Ang.in.l.si quis mis-
34 sum.§.fi.de dam.infe.† An qui promisit indemnitatem possit conueniri principali non excusso. vide Bar.in.l.j.C.de conuen.fi.deb.
35 lib.x.† Quid si actum est hypothecaria, τ lis cōtestata non facta excussione, an lite pendente possit fieri. videtur q̄ sic, argu.l.fi.§.si rē.
36 ff.de pig.act.† Sed an valeat sententia sine excussione principalis facta. argu.q̄ non, in.l.j.C.de appell. Item an tantum in tacita, vel etiam in expressa locum habeat excussio. not.in auct.de fideiusso.§. sed neq;.τ melius in.d.l.moschis.

FINIS

Perutilis Tractatus de Discussionibus, editus per Dominum Benedictum de Plumbino, alias de Barzis.

SVMMARIVM

1 Discussio quid sit, τ quibus casibus facienda.
2 Contra debitorem τ fideiussorem iudicatum solui, eodem tempore potest fieri executio.
3 Fideiussor obligatus per instrumentum guarentigie non habet exceptionem discussionis.
4 Casus in quibus non est necessaria discussio.
5 Discussio necessaria est quando agitur hypothecaria contra tertiū. τ quando agitur contra debitorem debitoris.
Et in pluribus alijs casibus, vt ibi.
6 Discussio de quibus rebus facienda.
Limita vt ibi.
7 Discussio an sit facienda de bonis in alieno territorio ꝯsistentibus.
8 Tertius possidēs, q̄n fit discussio ꝯ pncipalē dbitorē, an sit citādus.
9 Libellus an detur in iudicio discussorio.
10 Creditor agēs ꝯ tertiū nō facta discussione, qd̄ pbare habeat.
11 Interlocutoria iudicis de excussiōe legitime facta, an sit necessaria, an vero sufficiat q̄ istud ex actis constet.
12 Discussio quō τ quo ordine sit facienda in reali.
13 Discussio quomodo probetur legitime facta.
14 Et an vitietur si dicatur, q̄ fuit erratum.
15 Discussio contra quas personas sit facienda anteq̄ possit conueniri tertius possessor, aut fideiussor hypothecaria.
16 Discussio an requiratur principalis debitoris, q̄n non agitur hypothecaria, sed condicitur, vel vendicatur res a tertio possessore.
17 Duo iudicia an sint necessaria, vnum scilicet contra debitorem in discutiendo bona, τ alterum contra fideiussorem, vel tertium

possidentem pro consequtione rei possesse, vel debiti promissi.
18 Discussionis exceptio an sit opponenda ante litis contesta. vel post
possit opponi.
19 Sententia lata contra possidentem in hypothecaria, an possit exci-
pi de non facta discussione.
20 Possessore allegante postq̄ petitur executio contra eum, ꝙ bona
superuenerunt principali debitori, an sit audiendus ipse.
21 Judex an possit ex officio resistere ꝙ fiat discussio, quando quis nō
excipit de eius beneficio.
22 Reuocatoria quādo agitur, quia creditor dicit bona alienata in frau
dem creditorum, an possidens possit excipere ꝙ fiat discussio
debitoris.
23 Quid si debitor constituat se creditoris precario nomine possidere
bona sua, deinde alienet, an possessor ꝗuentus a creditore habeat
beneficium excussionis.
24 Precario rogans naturaliter possidet.
25 Discussio an sit facienda quando proceditur in causa de veritate, et
equitate.

Rimo videndum
1 est † quid sit discussio. ⁊ dic s̄m Jac. de
are. ꝙ est bonorum debitoris vsq; ad
peram facta diligens inquisitio atq; de
tentio. Secundo videndum est in qui-
bus casibus sit facienda discussio. ⁊ dic
ꝙ hec materia frequentat̄ quando agi
tur contra tertiū possidentē, vt in auc.
hoc si debitor. C. de pigno. vel quando
agitur contra fideiussorem, vt in auctē.
presente. C. de fideius. contra quem non est aperta via, nisi primo sit
facta discussio contra principalem debitorem, vt dicit Bald. in. l. ij.
C. commu. diuid. Quod fallit primo in fideiussore iudicatum solui,
2 quia condemnato debitore, vtiq; ⁊ ipse videtur condemnatus, † ⁊ iō
contra vtrumq; eodem tempore executio fieri potest, vt dixit Bal.
in. l. cum eorum. C. de sentē. ⁊ idem dixit esse in quolibet fideiussore
obligato per instrumentum guarentigie, attēto ꝙ videtur etiam cō-
demnatus vna cum principali virtute guarentigie, s̄m Cyn. ⁊ Bal.
in. l. certum. C. fami. herci. ⁊ ideo Bal. in. l. ij. ff. qui satisd. cog. dixit
3 not. † ꝙ fideiussor obligatus per instrumentum guarentigie, non ha
bet exceptionem discussionis, s̄m. d. auc. presente. licet Guil. in tra-
4 ctat. de discuss. dicat contrarium. † Secundo fallit, quando notorie
constat principalem debitorem non esse soluendo, vt dicit glos. in. l.
decem. de verb. obli. Tertio fallit, quando ipse fideiussor est ēt prin
cipaliter obligatus, vt dixit glo. in. l. mulier. in quib. cau. pig. vel hy
po. sol. Contrarium not. glo. magna in fi. in. §. j. in auc. de fideiusso.
Quarto fallit quando esset renunciatum beneficio de fideiussoribus
vt. d. auc. presente. Quinto fallit in campsore, vt dicit Bal. in. l. fru-
stra. C. de non nume. pecu. per glo. in. §. argentariorum. in auc. de fi
deiussor. Sexto fallit quando principalis non est in loco, nec est de
breui reuersurus, ⁊ sua substantia ignoratur, vt dicit Ange. in. §. sed
5 neq;. in auc. de hered. ⁊ falci. † Item necessaria est discussio quando
agitur hypothecaria contra tertium possidentem. auct. hoc si debi-
tor. C. de pigno. Item ⁊ tertio quando agitur contra debitorem debi
toris, nam repellit agentem, nisi primo discutiat primum debitorem,
vt. l. ij. quan. fis. vel priua. quod est verum, nisi sit constitutus procu-
rator in rem suam, vt dicit ibi Bal. Item ⁊ quarto est necessaria qñ
duobus est facta commissio, sed vni specialiter, ⁊ alteri generaliter,
vt. l. quoniam. C. de conuen. fisci debitor. lib. x. quam. l. ad hoc Bal.
allegat, in. d. l. ij. Item ⁊ quinto est necessaria, quādo debitor fisci sol
uit collectori, ⁊ non seruauit solēnitatem de qua in. l. ij. C. de conuen.
fisci debito. lib. x. nam hoc casu si conueniatur a fisco, hꝫ exceptionē
vt primo discutiatur collector qui recepit, vt est tex. in. d. l. secunda.
de conueni. fisci debito. Sextus casus est in. l. prima. C. de decurio.
lib. x. Septimus est in. l. decem. de verbo. obliga. Octauus est in. l.
ista. Nonus est quando est promissa indemnitas, vt dictū est per. l.
non iustam. C. de conuen. fisci debitor. lib. x. Decimus est in. l. iij. §.
non oportet. de magistr. conuen. Undecimus est in. l. moschis. ff. de
iure fis. Duodecimus est in. l. vnde queritur. commod. per quam. l.
dicitur, ꝙ quādo plures sunt principaliter obligati, sed vnus ex eis
recipit pecuniam, ꝙ ille qui recipit est primo excutiendus, de quo
vide per Bart. in. l. duobus. de duo. reis. ⁊ vide text. in. l. cum plu-
6 res. §. vestimenta. locati. † Tertio de quibus rebus sit facienda di-
scussio. dic, ꝙ fieri debet de omnibus rebus pertinentibus ad debi-
torem, vt dicit Jac. de are. in suo tracta. ⁊ Ang. in. d. l. sed neq;. vbi
limitat hoc verum nisi essent bona litigiosa, que non sunt consideran
da quo ad hunc effectum. Sed Jacob. aliter dicit in dicto tracta. ⁊
forte verius, quia licet sint litigiosa, recipiunt tamen estimationem,
secundum ꝙ estimari potest dubius euentus litis, vt dicit glo. in si-
7 mili, in. l. per diuersas. C. mand. † Sed an sit facienda discussio etiā
de bonis in alio territorio existentibus. Angel. in dicto. §. sed neq;.
dicit ꝙ sic, per. l. quod nisi. de oper. liberto. ⁊ argumen. l. menia. de
manumiss. testamen. Sed contra hoc facit. l. sed ⁊ he. §. non tantū.
de procuratoribus. ⁊. l. non solum. §. si arbiter. de arbit. ⁊ ideo forte
potest sic dici, ꝙ aut fuit allegatum ꝙ bona possidebat in alio terri-
torio, ⁊ tunc facienda est discussio, alias vero nō. ⁊ hoc intellige si lo-
cus ille non sit multum remotus, vt si conuentus diceret ꝙ principa
lis debitor habet bona in Alemania, nam tunc non debet attendi, vt
in simili dixit Ang. in. l. si filius. qui satisda. cogantur. quando quis
vult euitare satisdationem, allegando ꝙ possidet immobilia, quia nō
8 releuatur si sint in loco multum remoto. † Quarto principaliter vi-
dendum est, an sit opus citare tertium possidentem, quando discus-
sio fit contra principalem debitorem, ⁊ dicit Jac. de are. ꝙ sic per. l.
de vnoquoq;. de re iudicata. ⁊ idem dicit Bald. in. l. secunda. quā.
fis. vbi dixit, ꝙ discussio facienda est citatis his quorum interest, et
qui ledi possunt per. l. in executione. §. in solidum. de verbo. obliga.
9 † Quinto principaliter, an det̄ libellus in iudicio discussorio. ⁊ Bal.
in. d. l. ij. tenet ꝙ non, quia est de preparatorijs secundi iudicij ordina
rij, quod moueri speratur contra tertium possidentem, nam cum sit
pars secundi iudicij, sufficit libellus qui dabitur in secundo iudicio.
⁊ ita in simili dixit Barto. in repeti. l. de etate. de mino. Sexto prin
10 cipaliter, † quid habeat probare creditor quando non facta discussio
ne vult agere contra tertium possidentem, vel contra fideiussorem.
dic ꝙ primo debet probare summarie se creditorem, ⁊ postea quan-
do agit contra illum tertium, vel contra fideiussorem, tenetur debi-
tum plene probare, vt dicit Bal. in. l. ij. C. quan. fis. Item tenetur ꝓ-
bare ꝙ debitor non fuerit soluendo, vt habetur in hac. l. ⁊ in. l. de-
cem. de verbo. oblig. ⁊ quomodo hoc probetur, vide Bartol. in. l. si
constante. sol. mat. ⁊ Bal. in auc. sed hodie. C. de actio. ⁊ obl. ⁊ in. l.
11 j. C. de reuocan. que fi. in fraud. credi. Septimo principaliter, † an
sit opus ꝙ iudex interloquatur discussionem fuisse legitime factam,
vel sufficiat, ꝙ istud constet ex actis. Bartol. in. l. stipulatio ista. §.
habet autem. de noui operis nunciatio. ⁊ in. l. exitus. de acquir. pos-
sessio. dicit ꝙ requiritur sententia. sed in dicta auctentica sed hodie.
tenet contrarium. ⁊ vide quod ipse not. in. l. in criminali. C. de iuris-
dictione omnium iudicum. ⁊ in. l. omnium. C. de testamen. ⁊ in. l. san
cimus. C. ad trebellianum. vbi adducit theoricam Jacob. de butr. ⁊
vide etiam quod not. Barto. in. l. inserti. C. de interdic. ⁊ in. l. si fini
ta. §. iulianus. in quarta questione. de damno infecto. ⁊ vide. l. tuto-
res a patruo. de confirma. tut. ⁊ in. l. a diuo pio. §. in venditione. de
12 re iudicata. † Octauo principaliter, quomodo ⁊ quo ordine facien-
da sit discussio in reali, vide Baldum. in auctentica sed hodie. C. de
action. ⁊ obligatio. ⁊ quando sit facienda discussio de personis, vide
13 Bartolum in. l. duobus. de duobus re. † Nono principaliter, quo-
modo probetur legitime fuisse factam. dic ꝙ constat primo per sen-
tentiam, in qua iudex declarauit fuisse legitime factam, per. §. in ven
ditione. Secundo quando fuerunt conquisiti vicini, vt docerent bo-
na, ⁊ fuerunt missi exploratores, ⁊ facta fuit relatio per nuncios, vt
plene habetur per Baldum in. l. prima, ⁊ secunda. de reuocand. his
que fiunt in fraudem creditorum. ⁊ est cautela vt fiat proclama, vt
ibi dicit Baldus, ⁊ idem est si ex actis potest apparere ꝙ principa-
14 lis non sit soluendo, vt dictum est. † Decimo principaliter, an vitie-
tur, si dicatur, quod fuit erratum. Bartol. in dicto. §. in venditione.
dicit, quod propter hoc processus non vitiatur per. l. primam. C. de
15 vendica. pign. ag. † Undecimo principaliter est videndum contra
quas personas sit facienda discussio antequam possit conueniri hy-
pothecaria tertius possessor, aut fideiussor, ⁊ in hoc concludas ꝙ
opus est facere discussionem contra primum debitorem nedum in
personali, sed etiam in hypothecaria si obligauit bona sua, vt dicit
Bartolus in. l. edita. C. de edendo. ⁊ Angel. in dicto. §. sed neque.
⁊ quod plus est, glos. in. l. mulier. qui potio. in pigno. habeantur. di-
cit quod opus est discutere primo debitorem, fideiussorem, manda
torem, quam veniatur contra tertium possidentem, nam patrimoniū
fideiussoris impinguat patrimonium debitoris, vt. l. si plures. §. pre
terea. de fideiussoribus. Sicut de patrimonio tutoris dicit glosa in
lege si mulier. C. de iure dotium. Item est opus quod si duo so-
cij sunt obligati in solidum, quod primo facta sit excussio de vtro-
que, quam eatur contra fideiussorem, vel tertium possidentem, vt di-
cit Bartolus in lege prima. C. quo quisque ordina. conuen. libro
vndecimo. ⁊ Bald in dicta auctentica sed hodie. Et vide glo.
in. d. l. mulier. que vult ꝙ non possit agi contra tertium possidentē,
nisi primo sit facta excussio de debitore in reali ⁊ ꝑsonali, ꝙ est verū
nisi

nisi ille sit vnus ex obligatis principaliter, sicut erat in.d.l.mulier.
quod nota. Insuper si debitor alienasset bona in fraudem creditorũ,
anteq̃ eatur contra fideiussorem opus est ꝙ sit actum reuocatoria ꝯ
illos qui participata fraude emerunt bona, per tex. cum glo. fi. in fi.
in.l.bona.§.j.de iure fi. ⁊ videt̃ esse de mente Bar. in.l.a diuo pio.
§.si super.de re iudi. ⁊ vide quod not. Bal. in.l.in executoré.de ex-
cep. rei iud.C. ⁊ Ang. in.l.si quis missum.§.fi.de dam. infe. Duode
16 cimo principaliter, † an requiratur discussio principalis debitoris,
quando non agitur hypothecaria, sed condicitur vel vendicatur res
a tertio possidente. dic, ꝙ tunc non est opus facere discussionem, vt
habetur in auc. si debitor. C. de pign. ⁊ per Bal. in rub. de reuo. his
que in frau. fi. cred. ⁊ an idem sit, qñ bona sunt expresse designata et
obligata. Bal. in.l.heredem.C.de here.act. dicit, ꝙ tali casu est ne-
17 cessaria discussio. Tertiodecimo principaliter, † an duo sint iudicia
necessaria, vnum scilicet contra debitorem, in discutiendo bona, ⁊ al
terum contra fideiussorem, vel tertium possidentem pro consecutio-
ne rei possesse, aut debiti promissi. ⁊ in hoc dic vna cum Bal. in.l.li
cet.ff.si quis om. cau. test. ⁊ Bar. in.l.ędita.C.de eden. ꝙ requirun-
tur duo iudicia, primum est summarium super discussione, ⁊ est pre-
paratorium ad secundũ, sed etiã pōt in eo iudicio cumulari vtrũq;,
ita ꝙ de duobus iudicijs fiet vnum, agendo primo contra fideiusso-
rem, ⁊ si excipiatur de discussione non facta, poterit replicari ꝙ non
erat necessaria, quia principalis, non est soluendo, ⁊ petere terminũ
ad probandum, ⁊ hoc legitime probato conseruabitur processus pri-
mo factus, sicuti si fuisset facta discussio primo, ⁊ hoc est quod vult
glo. in.l.vbi hoc actum.ff.de pac. quam Ange. ibi singulariter not.
18 † Quartodecimo, an exceptio discussionis sit opponenda ante litẽ
contestatam, vel possit opponi ad merita cause, ⁊ sic post litẽ ꝯtest.
⁊ in hoc dic vna cum Bar. in.l. ⁊ si instrumenta.C.de fi. instru. ⁊ in.
ba. fis. lib. x. ꝙ ista exceptio opponi potest ante ⁊ post litem contesta
tam, ⁊ sic habet naturam litis finite, de quo vide in.l.ait pretor.§.j.
ff.de iureiurã. Similiter dicas, ꝙ si actor non fecit discussionem in
principio iudicij, ⁊ sic ante litem contestatã, ꝙ per hoc non vitiatur
processus cum possit supplere post litem contestatã, vt dixit Bal.
19 in auc. contra rogatus. in fi.C.ad treb. † Quintodecimo principali-
ter, an post latam sententiam in hypothecaria contra possidenté pos
sit excipi de non facta discussione. ⁊ dic ꝙ non, vt.s.dictum est, quan
do non est opposita exceptio pendẽte processu omissio discussionis
viciat processum, ergo post sententiam non potest opponi, quia tan
20 dem excipitur, cum sententia sit valida, vt.s.dictum est. † Sextodeci
mo principaliter, quid si possessor contra quem petitur executio, di-
cat ꝙ bona superuenerunt debitori principali post sententiam latam
contra ipsum, an sit audiendus. Iac. de are. in suo trac. tenet ꝙ non.
21 † Decimoseptimo principaliter, an iudex quando quis non excipit
de beneficio discussionis possit ex officio ipse supplere ⁊ resistere ꝙ
fiat discussio. ⁊ in hoc est dicendum, ꝙ si ex actis factis coram iudi
ce constat discussionem fieri debere, ꝙ tunc iudex potest supplere ꝑ
not. in.l.lecta. si cer. pet. ⁊ per Bart. in.l.eum qui ita.de ver. oblig.
22 alias autem non posset. quod nota. † Decimooctauo, an quando agi
tur reuocatoria, quia creditor dicit bona fuisse alienata in fraudem
creditorũ, possit tunc possessor excipere, ꝙ fiat discussio debitoris.
Uide quod no. Bar. in rub. ⁊ in.l.j.C.de reuo. que fi. in frau. cred.
23 ⁊ in.l.j.C.si de vend. pig. † Decimonono principaliter, quid si debi
tor constituit se precario nomine creditoris possidere bona sua, dein
de alienat, an tunc possessor conuentus a creditore habeat beneficiũ
excussionis, ⁊ hoc est vtile, eo, quia mariti persepe in instruméto re-
cepte dotis promittunt in casu soluti matrimonij, restituere dotem,
⁊ constituunt se precario nomine vxoris omnia bona possidere, de-
inde alienant bona, postea vxor agit contra possidentẽ matrimonio
dissoluto, non facta discussione contra heredes mariti, ⁊ dubium est
an possit. ⁊ Bal. in.l.j.C.de reuoc. his que fi. in fraud. cred. vult, ꝙ
non requiratur discussio, ⁊ idem tenet Ang. in.l.exitus.de acquir.
18 assumptis per potestates alia sunt etiã spãlia † qui si delinquant in officio pñt remoueri sine ꝓcessu ꝛ leuato velo. l. ij. ꝺ spon. vbi Bal. arg. l. nullũ de testi. ꝛ. l. ictus fustiũ. de infamibus. dicens ꝙ executores nõ idonei remouenẗ ab officio ꝛ alij subrogenẗ ꝑ iudices maiores q pñt maculas corporales imponere, ꝛ secus esse in vicarijs villaꝝ. ad ꝙ facit tex. sing. in. l. ne diu. C. de penis. ꝙ apparitor in officio delinquens dãnatur ꝛ remouetur lite nõ ꝯtestata, ꝛ absens, ꝙ est speciale ꝑm Bar. ꝛ Ang. ꝛ sic videtur qꝺ talis remotio trahit secum executionẽ, vt ibi. isti aũt apparitores lꝫ non habeãt iurisditionẽ aliq̃ dicunẗ officiales ꝑm And. de iser. in ti. que sunt regalia. in verbo potestas citandoꝝ. vnde ꝯcludo cũ cõi ꝛ magis tuta opi. ꝙ regulariter possit appellari a snia sindicatoꝝ, qꝛ a snia ois iudicis appellaẗ nisi sit pfectus ꝑtorio vl' impator aut princeps. l. j. de offi. pfec. pto. ꝛ auct. que supplicatio. de precib. impe. offer. Et istaz opi. etiã tenet Pau. de cast. in. d. l. nulli. dicens ꝙ lꝫ aliq dicãt per istaz. l. ꝙ potestas ꝯdemnatus nõ appellat, tñ illa lex non probat ꝑm eũ. Sali. ibi dicit ꝙ opi. Cy. vr̃ sibi nimis rigorosa sed fateтur per illũ tex. ꝙ si potestas est legitime ꝯuictus ꝓut dꝫ de barrataria ꝙ nõ appellat. Et idez tenet ibi Alberi. de ro. qui legẽ illã intelligit de istis inferioribus. ꝛ deinde eã extendit ad potestatẽ vt ꝯdemnatus non appellet. Odo. aũt intelligit legã illã in nũcio cõsois cui potestas qd iubet, ꝛ ille appellat ꝙ non posset appellare. ꝛ qꝺ posset appellare hꝫ regulaz ꝑ se ꝛ etiã habet magnã rõnem, qꝛ crimen barratarie est simile crimini lese maiestatis, vt in auct. sꝫ nouo iure. ꝺ pena iudi. i ducali dñio Mediolani est dcretũ ꝙ a tali snia non appelleẗ. Et qꝛ rex Robertus dnꝫ ꝯdidit capitulũ regni quod incipit vulgaris fame. de hoc dubitauit. ꝛ ideo sequẽdo opi. Cy. statuit ꝙ officialis in sindicatu ꝯdemnatus non possit appellare a snia sindicatoꝝ nisi causa fuisset introducta in regia curia, tñ illud capl'm fuit ad beneplacitũ regis ꝛ nõ fuit editũ ꝑ lege perpetua, ꝛ morte ipsius regis fuit expiratũ per. l. in ꝑspectos. ꝺ excu. tuto. cũ similibus. Nõ capl'm lꝫ fuerit ad beneplacitũ obseruaẗ in regno ꝙ non appellaẗ ꝛ fit executio qua facta supplicaẗ principi per auct. que supplicatio. ꝺ precibus impera. offe. ꝛ per. d. c. nisi esset executio irretractabilis, vt si esset causa criminalis ꝙ non fiet executio. not. in. l. ij. de appel. C. ꝛ in. l. siquis prouocatione. vbi a tortura appellatur, qꝛ est retractabilis, vel nisi snia ipsa traheret secũ executionem, vt ꝙ potestas esset absolutus que absolutoria snia traxit executionem vt in. l. metum. §. sed ꝛ ꝙ. ff. quod met. cau. ꝛ in. c. preterea requisisti. extra de appel. ꝛ Bal. in. l. sed ꝛ si possessori. de iureiuran. qꝛ posset supplicari tanq̃ executione facta.

SVMMARIVM

1 Statuto disponente ꝙ a snia sindicatorum appellari non possit an nihilominus non subditus appellare possit. ꝛ nu. 4. et. 5.

2 Appellatio si aliq̃n remoueatur intelligitur de friuola. ꝛ similiter in exceptionibus. nu. 3.

6 Supplicatio an videatur remota, remota appellatione.

1 a **Nisi statuto** † Superioris vel priuilegio principis caueatur ꝙ a sententia sindicatorũ nõ possit appellari, vt est Capue, Gaiete, ꝛ in multis ciuitatibus regni, ꝛ in felicissimo ducali dominio mediolani posset appellare capitaneus condemnatus qui est forensis vel non subditus statuentis cũ statuta non ligent forenses. l. fi. de iurisdi. omniũ iudicũ, ꝛ non possit statutuz tollere defensiones q̃ sunt de iure naturali. insti. de iure nat. gen. ꝛ ciui. §. ꝛ si quidẽ. Hic ꝙ nõ obstãtibus istis nõ põt appellare, qꝛ est subiectus in loco in quo deliqt. auct. qua in ꝓuincia. vbi de crimine cuꝫ simi. Et potestas appellaẗ ciuis illius ciuitatis vbi est potestas. l. ciues. de incol. li. xj. Et qꝛ ius ciuile põt in particulari ius naturale tollere, lꝫ nõ in totũ. de iusti. ꝛ iure. l. ius ciuile. Vñ valebit tale statutũ seu ꝑuilegiũ, si tñ snia esset dolosa poterit ꝯ eã excipi de dolo. ar. l. nõ distinguemus. §. cũ qdã. de arbi. vbi diciẗ ꝙ ꝯ sniaz arbit. a qua non potest appellari, vt. l. diem proferre. §. stari. de arbit. potest de dolo excipi ꝑm quedã doct. antiquũ q aliqua scripsit in ista materia sindicatus. qbus adde. ꝙ quãuis statutũ vel principis rescriptuz dicat ꝙ nõ possit appellari in snia iudicatoꝝ intelligiẗ de appellatione iniusta, qꝛ si appellatio ꝯtinet iustitiam apertam inferior non potest illam tollere ꝛ princeps non vult, ita Bald. in. l. fi. C. de sent. alleg. c. vt debitus honor. de appel. vbi tex. ꝙ appellatione remota intelligiẗ de friuola non autez de iusta. ꝛ facit ꝙ dicit Bar.

2 in. l. j. ꝙ vi aut clam. † ꝙ vbi remoueẗ appellatio intelligitur de friuola. ꝛ idem Bar. in. l. j. §. interdũ. ff. a quibus appellare non licet. vbi dicit ꝙ clausula appellatio remota parum aut nihil operatur. ad. d. l. fi. C. de sen. Secus dicit vbi imperator expresse remouet appellationẽ a diffinitiua, qꝛ operabitur ꝑm leges ꝛ ꝑm canones, de quo vide ibi gl. Bar. ꝛ modernos vbi Ang. dicit ꝯtra Bar. ꝙ illa clausula operabiẗ in casu vbi expresse nõ remoueẗ appellatio a diffinitiua. vt ibi vide quid de iure canonico. ꝛ quid de iure ciuili. vbi dicit etiam Ang. ꝙ de iure canonico operabiẗ ista clausula ꝙ non potest appellari a diffinitiua nisi expressa legitima causa que sit in iure clara. c. pastoralis. de appella. quo casu iudex tenetur deferre tali appellationi secundum doc. in. d. c. pastoralis. ꝛ in. c. vt debitus. Et dicit glo. in. c. conquestionis. de resti. spolia. ꝙ remotio appellationis nihil operaẗ, vbi manifeste apparet de iniustitia seu grauamine. vbi Anto. de but. ꝛ facit glo. in. l. ciues de app. ꝙ vbi non potest appellari poterit appellari vbi apparet manifestus grauamen. ideo dicit Inno. in. c. vt debitus. de appel. quod vbi remouetur appellatio potest appellari si in appellatione exprimatur iusta causa grauaminis, tamen vbi est dicta clausula licet delegatus non teneatur deferre appellationi si appellatur sine causa. d. c. pastoralis. Tamen princeps poterit si sibi videbitur precipere, ꝛ inhibere vt ibi. ꝛ in cap. pastoralis. §. preterea. de offic. delega.

3 † vbi commissa causa omni exceptione remota non videtur remota illa que iuris auctoritate procedit sed friuola. ꝛ facit quod dicit Bald. in. l. ij. C. de appella. quod remotio appellationis nihil operatur quo ad principem qui si viderit appellationem iustam committit causam appellationis ꝑm modernos in. d. §. interdum. qui dicunt quod licet de iure ciuili causa cõmissa cuꝫ dicta clausula appellatione remota videatur omnis appellatio remota. secus de iure canonico, vt ibi. Tamẽ hoc casu ius ciuile dꝫ intelligi ꝛ limitari ꝑm ius cano. ꝛ sic ꝑm dictum. c. pastoralis. ꝛ ideo consului ꝙ vbi sunt ista statuta ꝛ priuilegia ꝙ officialis ꝯdẽnatus appellet cũ iustificatione cãruꝫ q̃ legitime appareãt, ꝛ tũc si principi videbiẗ vel ꝯsilio recipiet appellationẽ ꝛ inhibebit ꝑ supradicta ꝛ obtinui in ꝯsilio ꝙ appellatio fuit recepta facta executiõe vel oposito quãtitate ꝯdẽnate. Tñ daẗ aliud remediũ hoc casu vbi nõ põt appellari ab aliq̃ snia sindicatoꝝ ꝙ põt veniri ꝑ viã recursus iustitie q̃rele ad superiorẽ ꝑm Bald. in. l. fi. de edi. diui. Et dicũt doct. ꝙ tali casu lꝫ non possit appellari poterit supplicari ꝑ. l. j. ꝺ offi. pfec. pret. ꝙ puto intelligẽdũ esse dũmõ ꝙ pars in. x. dies supplicauerit vel q̃relauerit per no.

per no. in auct. hodie. ꝺ tēp. app. in. l. ij. C. vt lite pēdē. late p Bal. ⁊ gl. in. l. diuus. vbi Bar. ff. ꝺ in integ. rest. q: g venit p viā suppli-cationis venit p resti. in integ. ꝺ. auct. ⁊ in. l. ex ꝯsensu. §. fi. ff. ꝺ ap. Qđ est veꝝ qñ supplicatᷣ a sñia inferioris, ⁊ supplicatᷣ pricipi, q: nō pōt supplicari post. x. di. Secus si supplicetᷣ a sñia ipsius pncipis, vt. ꝺ. auct. a q̃ supplicatᷣ. intra bieniū, vt ibi. ⁊ in. ꝺ. l. ij. C. vt lite pē-den. Et facta executiōe. vt in auct. q̃ supplicatio. de pci. impera. offe. q: vbi appellatio ꝓhibetᷣ ibi appella. nō suspēdit. dixit Bal. in. l. qm̄ multa. ad. l. iul. de vi. Quia nec possit venire p viā suppli-cationis, ipsa supplicatio nō impedit executionē. ꝺ. auct. q̃ suppli-catio. nisi illa succedat in locū appellatiōis. ar. ff. si qs cau. l. si eū. §. qui iniuriaꝝ. ſm eū in. l. iij. §. seruus. de acq. pos. Et facit. l. pfecti. de mino. ꝗ lȝ a sñia nō posset appellari pōt peti restō in integ. de quo p Inn. in. c. ex literis. de in integ. rest. vbi dicit ꝗ sñia nō pos-set appellari pōt supplicari. ⁊ facit. l. minoꝝ. xxv. an. minorib. ⁊ gl.

4 in. l. j. C. si sepius in integ. rest. ¶ † In qbus dicitᷣ ꝗ lȝ dicatᷣ ꝗ non possit appellari poterit supplicari, q̃ supplicatio vt dixi non impe dit executionē p supradicta p no. per Bar. ⁊ Ang. in. l. ij. de app. reci. ff. vbi dicūt ꝗ id ꝗ dicitᷣ ꝗ a possessorio non appellatᷣ ꝗ hȝ lo-cū quo ad executionē nō impediēdā q: lȝ appelletᷣ non impeditur executio. p tex. l. j. si ꝺ mo. posse. q dicit p appellationē nō impedi tur effect⁹ sñie lȝ quo ad alia ꝓcedat appellatio tñ peteretᷣ restitu-tio in integrū aduersus ipsaȝ sñiam sindicatoꝝ an impediatᷣ execu-tio. vide Bal. in. ꝺ. auc. q̃ suppl. ⁊ Lud. in. §. si seruus. ⁊ no. i cle. j. de sequestr. posses. ⁊ fruc. per q̃ dixit Bald. in. ꝺ. l. fin. C. de sen.

5 † ꝗ a tribus sentētijs nō pōt appellari. nec agi aut excipi nisi facta executione q: pōt de nullitate agi post executionē. ⁊ facit ad pdicta ꝗ dixit Bar. in. l. de pupillo. §. si qs ipsi ptori. de no. oper. nūc. ꝗ vbi non pōt appellari ex forma statuti pōt venire ad supiorē ad sim plicē q̄relā. ⁊ dixit Lud. in. l. is cuius. ff. de aqua plu. arcen. ꝗ vbi statutū ꝓhibet appellationē pōt alia via succurri illi grauato, vcȝ p supplicationē q̃ est diuersa ab appellatione. ꝺ. l. j. de offic. pfec. pto. ⁊ per viā q̄rele gl. j. q. vj. a iudicibus. Et ꝗ no. extra de arbit. c. ij. dicēs ꝗ hoc casu poterit succurri grauato per exceptionē q: ꝯ executionē poterit excipi sñiam iniustā ſm Bal. in q̄ōne an p sta-tutū possit reductio ꝓhiberi p. l. diē pferre. §. stari. l. j. ⁊. l. nō dist. §. quidam. de arbit. ⁊ tenet expsse Bal. in. l. anna. C. de arbit. ꝗ lȝ a sñia per statutū appellatio ꝓhibeatᷣ nō intelligitᷣ ꝯ eandē opposi tionē exceptionis seq Lud. in. l. nō di. §. illud de arbi. ⁊ facit ꝗ no. in. c. ex literis. de in integ. restit. vbi dr̄ ꝗ est remediū ꝗ a pncipe petatᷣ in inte. resti. q̃ dȝ ꝯcedi cū cā, naȝ si pnceps videret aliq̃ no-toriā iniustitiā vł causas grauaminis coloratas ꝯcederet ſm Bal. in auct. q̃ supplicatio. ⁊ poterit ēt venire p viā q̄rele ⁊ lachrymabi liter ſȝ Jo. an. in. c. ij. de arbi. ⁊ ibi Host. ⁊ q̃ habentᷣ in. l. arbitrio.

6 q satisd. cogan. q̃ dependēt ab illo articulo. ¶ † An remota appel latione sit remota supplicatio. in quo gl. in. l. j. de offi. pfec. pto. di xit ꝗ nō. ⁊ in auct. q̃ supplicatio ſm Bal. de quo vide per gl. ord. in. c. ex literis de in integ. resti. vbi gl. idē voluit ꝗ vbi est remota appellatio possit supplicari. q̃ gl. seqtur Jo. an. ⁊ Anto. ibi lȝ gl. sit ꝯria iuris ciuilis. l. fi. C. vt lite pēdente. q̃ approbāt cōiter doct. in. l. pe. de in integ. rest. ex quo gl. in. ꝺ. l. fi. dixit ꝗ sicut qs non au ditur appellās post binā appellationē a se interpositā. l. j. ne liceat tertio ꝓuo. ita ēt nec supplicās. ⁊ hoc tȝ Jo. de imo. in. l. si q ex con sensu. §. fi. de ap. Et nō obstat auct. q̃ supplicatio. q: loqtur qñ qs ꝓhibetᷣ appellare pp iudicis dignitatē. Et non qñ qs ꝓhibetᷣ ap-pellare ꝓpter ꝯtumaciā. nec obstat gl. in. c. ex literis. q: dȝ intelli-gi gl. illa qñ remouetᷣ appellatio alia rōne q̃ p ꝯtumaciā lȝ cano. illā gl. intelligāt ꝗnaliter nō recordati de glo. ꝺ. l. j. vñ in penā ꝯtu macis est veꝝ ꝗ non possit supplicare ne ꝗ vna via sibi denegatᷣ alia ꝯcedatᷣ. ⁊ vide aliquid per Bal. in. ꝺ. l. j. de offi. pfe. pto. ⁊ in c. suscitata. de in integ. rest. p Inn. Ex qb⁹ ꝯcludit ꝗ stante dicto statuto vel ꝑuilegio officialis q vult audiri in cā supplicationis dȝ pmo app. vel supplicare, ⁊ deinde parere iudicatis ⁊ cū hoc facit dȝ ꝓtestari ꝗ facit ex necessitate imposita per ꝑuilegiū ⁊ per sñiaȝ a q̃ nō pōt appellari ⁊ hoc facere viribus ꝑ iure cōpulsus ⁊ non re nuntiādo iuri suo, ⁊ ꝗ possit, ꝓseq grauamē nō renūtiando appella tioni ⁊ recursui suo, vt in. c. ꝯquestiōi. de offi. dele. in. c. fi. iuste. de app. ⁊ aio repetēde quo casu cū ipse pereat sñie ex necessitate non vř suo iuri renūtiare. ſm Bal. ⁊ Sal. in. l. a dolo. de exe. rei iudi. ⁊ tȝ Inn. extra. e. c. ad solicitudinē. ⁊ in. c. ꝗ ad ꝯsultationē ꝺ re iud. ⁊ in. c. significauerūt. de test. Et ēi poterit officialis ꝓuidere sibi op ponēdo in executionē exceptionē nullitatis apparētis ex eisdem actis q̃ nō reqrat altiorē indaginē iuxta ea q̃ habetᷣ in. l. iij. §. ꝯdē-natū. de re iu. Quib⁹ adde ꝗ lȝ statutū dicat ꝗ nō possit appellari a sñia lata p sindicatores poterit appellari a sñia ferēda ſm Bal. arg. gl. in. l. fi. C. si reus vel accusa. moꝛ. fuerit. sicut in excōicatiōe

dr̄. Et qñ executio illius sñie esset irrectractabilis, q: tūc licet non possit alias appellari ex forma statuti appellabitᷣ p no. in. l. aditos C. de epis. audi. cū. si.

SUMMARIUM

1 Appellari an possit ab interlocutoria sindicatoꝝ stante statuto quod a sñia sindicatoꝝ non possit appellari. ⁊ nu. 4. et. 5.

2 Contumax lȝ non possit a sñia appellare tamen potest appellare a condemnatione expensarum si modum excedant.

3 Appellatur a sententia lata super aliquo emergenti per arbitrum quando affertur preiudicium processui.

6 An ille qui non appellauit possit agere ꝯtra iudicē de imperitia.

7 Judex appellationis si confirmauit sñiam latam per imperitiā qs faciat litem suam? Et si tres fuerint conformes. nu. 11.

8 Iniustitia pnunciationis facte inter ptes purgatᷣ p ꝺsertionē app.

9 Judex an sit liberatus in sindicatu si pars appellauerit ⁊ deserue-rit appellationem? ⁊ nu. 6. et. 7.

10 Judex qui tulit iniq̃ sñiam a q̃ est appellatū ⁊ appellatio pendet pōt in sindicatu ꝯdemnari.

1 a **N stante** † dicto statuto vel priuilegio princi pis ꝗ a sñia sindicatoꝝ nō possit ap pellari si ipsi sindicatores pferant aliq̃ interlocutoriā in incidētibus vel emergētibus in lite vel aliud graua men inferāt super aliquo articu. p interlocutoriā si possit appellari a tali interlocutoria, ⁊ q: de facto habuit semel ꝗ fuit appellatū, q: sindicatores emiserāt bāna ꝗ intra breues dies q̄relare volētes cō pareāt al's nō audirentᷣ, ⁊ erat ibi ꝑuilegiū ꝗ non posset appellari a sñia sindicatoꝝ in quo ꝯsului ꝗ poterat appellari saltim cū cau-sis legitimis. Et pmo auctori. Bal. in. l. incerti. de interdictis. vbi dixit in repe. in fi. ꝗ lȝ nō appelletᷣ a sñia lata in possessorio pōt ap pellari ab emergenti vel incidēti ſm Inn. extra de testi. c. significa uerūt. qñ emergens nō hȝ naturā pncipalis, q: examinatur iustitia eius seorsuȝ a principali, secus si ex eadē nō depēdeat, q: tendit ad ideȝ ⁊ sit eadē rō arg. l. fi. de sen. ⁊ facit. l. si ex cā. §. nūc videndū. ff. de mino. ſm Bal. ibi ⁊ hoc dicit ideȝ Bal. in. l. j. C. si de mo. poss. fuerit appellatū tenere Cy. in. l. si ex cā. §. nūc videndū. ff. de mino. Tamen ipse Bal. in. l. j. vř tenere ꝯ. dicēs ꝗ remota appellatiōe a sñia vř remota ab oi illo p ꝗ venitᷣ ad eā si tangit negotiū pncipa le per. l. oratio. ff. ꝺ spō. dicēs hoc esse veꝝ de iure cano. per no. per Inn. in. c. fi. ꝺ noui oper. tñ Bal. in. ꝺ. l. j. nō dicit ꝯriuȝ eius ꝗ di xerat in. l. incerti. q: logtur qñ articulus a quo appellatᷣ tāgeret ne gotiū pncipale. Tñ idē Bal. in. l. post sñiam. C. ꝺ sen. dixit. alleg. Guil. de cu. in. ꝺ. §. nūc videndū. dicentem ꝗ lȝ nō appelletᷣ a sñia possessorij pōt appellari ab alio iudiciali grauamine illato añ sñiaȝ vt si iudex velit super possessorio recipere testes infames q debent repelli a limine iudicij vel si nolit recipe testes vel similia grauami na inferret, ⁊ idē tenet Bal. in. c. j. de milite vasallo. ꝗ ab interlo cutoria lata in possessorio facti appellatᷣ, puta si iudex nō vult ꝓba-tiōes recipere per. ꝺ. c. significauere. q: nō pōt reparari grauamē facti secuti ex interlocutoria in sñia negotij pncipalis, ⁊ ideȝ vř di-

2 cere Bal. in. l. terminato. ꝺ fru. ⁊ litis expē. † ꝗ ꝯtumax a sñia nō possit appellare, tñ pōt appellare a ꝯdēnatione expensaꝝ si modū excedāt. facit ꝗ ideȝ Bal. post multa dicit in. l. iij. §. permittitᷣ. ff. de mino. vbi dixit ꝗ lȝ a pcepto in ꝯfessiȝ ꝺ soluendo nō appelletᷣ, tñ appellabitᷣ a tacita legitimatiōe psone, vt q: mādat solui ei cuius persona nō est legitima, ꝗ no. Bal. in. l. arbitrio. ff. q satisd. cog.

3 vbi dixit Bal. in. l. vna lect. † ꝗ a sñia lata sup aliq̃ emergenti per arbitrū appellatᷣ qñ affertᷣ pꝛiudiciū pcessui, ⁊ idē Bar. ibi dicit ꝗ appellatᷣ a grauamine illato p arbitrū a cuius sñia nō appellatᷣ sup aliq̃ emergenti ⁊ nō de eo ꝗ est totius cause decisiuū, vbi ēt Bal. ⁊ Lud. ibi clarius ⁊ facit ꝗ dixit Bal. in. l. in multis. C. ꝺ app. ꝗ lȝ verus ꝯtumax nō appellet a ꝯdemnatiōe, tñ appellat ab his q̃ ve-nīūt ex accidenti ꝓpter moꝛā sicut est multa, ⁊ ideȝ tȝ Ang. in. l. cre

4 ditoꝛ. §. iussus. ff. de ap. p illū tex. dicens † ꝗ vbi lex ꝓhibeat appel lari a diffinitiua, tūc pōt appellari ab interlocutoria lata añ diffini tiuā. alle. Inn. in. ꝺ. c. significauere. ⁊ in. ꝺ. c. fi. de nou. oper. q: si nō permitteretᷣ appellari ab interlocutoria illud grauamen rema-neret irreparabile, ⁊ hoc etiam videtur tenere Anto. de butr. in. c. pastoralis. de ap. facit quod nota. Inno. in. c. quo ad consultatio-nem. de re iudi. Et ꝯsuluit ꝗ vbi appellatᷣ a tali interlocutoria la-ta in pcessu ⁊ in cā in q̃ nō pōt appellari ꝗ appelletᷣ cū cā legitia. per no. in. ꝺ. c. pastoralis. ⁊ pcedet appellatio ſm doc. in. ꝺ. l. j. §. interdū. tñ etiā ſm cañ. hoc nō esset necessariū, q: dicit Arch. i. c.

5 inqsitionis dēre. ꝗ † qñ lex vel statuta ꝓhibēt ap. intelligitᷣ ꝺ diffi nitiua nō ꝺ interlocu. ⁊ imo officialis in sindi. semper debet conari appellare ab aliq̃ interlocutoria vel iusto grauamine qñ nō ꝯfidis

de sindicatoribus suis, qz si sunt cives semper sunt contra officiales
6 pro civibus eorum, quod bene no. qz quotidiana. ¶ † An ille qui nõ appellauit possit agere contra iudicẽ de imperitia. Inno. quod sic, qz diuerse sunt persone et diuerse cause, et diuersi modi agendi, extra de sen. ex com. c. sacro. et nulla lex dicit quod qui nõ appellat nõ possit conqueri de iudice. ff. de act. et obli. l. ex maleficijs. §. si index. Si autẽ est appellatum appellatio pẽdet et nõ constat de interesse ptis, et idẽ si est deserta appellatio, qz est ac si nõ esset appellatũ, et si est prosequuta et snia confirmata nõ põt primus iudex conueniri. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. de pac. ¶ Aut appellatio est pronunciata iusta, et tunc desinit interesse, nisi in sumptibus litis. Et licet qui nõ appellat vr cõsentire. Est verum inter partes non quo ad iudicem, qz nõ vr confiteri quod sententia sit iusta. ar. C. arbi. tu. cũ interdicit ſm Bal. in d. §. iudices. vide. j.
7 proxi. c. ad qd conueniatur. et in d. c. omisso appellationibus. ¶ † Si iudex appellationis confirmauit primã sniam latã per imperitiam quis facit litẽ suam. Dic quod scdus, qz snia scda est illa que transit in rem iudi. qz prima fuit nouata per scdam, vt. s. Bal. in d. §. iudices et vide. j. c. an si pronunciat. ¶ Ad quid conueniatur iudex male pronuntiãs appellatione pendente Bar. disputauit late. et dixit Bal. quod pendet ex futuro euentu. ad. l. aquil. l. in lege aqlia. si deletũ. ar. de excu. tu. l. dixımus. ¶ Naz iudici sufficit quod ex actis probabiliter iudicauerit, qz causa que apparet ex actis nõ dicit rem in dubiũ dimittere, vt not. in regula in penis. in. vj. Et ex oibus causis etiã nouis ex qbus appellatio põt iustificare sniam ex eis dz iudex suã sniam defendere. ff. quod cuz eo. l. titianus. Et non ob. quod didicit testificata, qz inter alios res agit, et si nõ possit iudex põt pars pro suo interesse suscipere defensionem iudicis. ar. ff. mã. idẽ quod. §. et gnaliter. et. l. a snia. de app. Quia interest victoris apud graues suã sniam nõ diffamare, qz rubor est vincere per iniq̃ sniam. facit de cõdi. inde. l. iulianus. Tamẽ si appellans expresse renũtiat appellationi vr fateri se malã cãm habere. C. de fide instr. l. ij. Et ideo ẽt iudex liberatur, secus est in tacita renuntiatione que nõ inducit hãc tacitã confessionẽ. C. de iud. l. properãdũ.
8 et quod no. de inof. test. papinianus. §. meminisse. ¶ † Et no. quod propter desertionẽ appellationis purgatur iniustitia pronuntiationis facte inter partes et nõ inter partẽ et iudicẽ. Bal. in §. iudices. in fi. de pace iur. fir. et vide. j. in. c si qd in alio. c. ¶ An si iudex protulit sniam iniq̃ a qua pars potuit appellare et ex negligentia nõ appellauit teneatur in sindicatu, vide Bar. in. q. iudex qui per imperitiam. et in. l. j. circa fi. de appel. et in. l. iij. §. qbus. de alie. iudi. et in. l. fin. de var. et extraordi. cog. et plenius in. l. iij. §. si tam. de dã. infec. et. s. meliꝰ. c.
9 an ille qui nõ appellauit. ¶ † An si pars appellauit et deserta est appellatio sit liberatus iudex in sindicatu. Inn. in. c. sepe. de appel. dicit quod nõ, qz pars poterit habere recursum contra euz, qz snia transiuit in rem iudicatã, propter desertionem respectu partis nõ iudicis. Et ideo dixit Inn. in. c. sacro. in vlti. col. de sen. excõ. quod si lata snia iniusta pars nõ contradixit, licet videatur consensisse. l. ab eo. C. quomodo et qñ iudex, tñ hoc est verum quo ad partẽ, non tñ quo ad iudicẽ male pronuntiantem ſm Ludo. et Ang. in. iiij. §. si tam vicinũ. de dam. infe. et in. §. fi. ¶ Et adde qz Ang. in. l. fi. ff. de vari. cogni. tenuit quod possit iudex conueniri etiã si semel vel bis fuerit appellatũ vel renũtiatũ. alle. Inno. in. c. pastoralis. de off. delega. et in cle. sepe. in verbo per emptorie. de ap. et vide Bar. in. d. §. si tñ. vbi Ang. tenet quod põt index tẽpore sindicatus conueniri rõne inique snie post eũ late si ab ea non fuit appellatũ vel appellatio est deserta, vel ẽt si fuit confirmata per no. in. d. c. pastoralis. et in. d. c. sepe. et idez Imo. in. d. §. fi. et ibi etiã Ang. tenet quod licet is contra quẽ late sunt tres snie nõ audiatur per vsuz iniquitatis, vel nullitatis. per cle. j. de re iud. tñ contra ipsum iudicẽ põt conqueri, quibus adde Bal. in fin. de pena indi. et vr tenere Cy. et Bal. in. l. quod quisqz iur. et idẽ Bal. in. §. iudices. de pace iur. fir. et Inn. in. c. sacro. de sen. excõ. qñ a snia iudicis nõ fuit appellatũ quod poterit iudex conueniri, et qñ appellans obtinuit in appellatione vr iudicẽ posse conueniri quo ad expẽsas litis tm̃. ar. l. si vendidero. §. si. tytius. ff. de fur. et late per imo. in. l. j. ff. de appel. et Bar. in. l. iij. §. ex qui-
10 bus. de alie. indi. ¶ † Iudex qui tulit iniq̃ sniam a qua est appellatum, et appellatio pendet põt in sindicatu condemnari, et in condẽnatione habebitur respectus ad illã litẽ que nõdũ est decisa, et pendet per appellationẽ et condemnabitur i futuro euẽtu. tex. no. in ar. i. l. põpo. ff. quod fal. tuto. aucto. et aliqd per glo. in. l. j. quod quisqz iur. in. §. j. Et imo ibi dicit Bal. quod iudex interim condemnabitur ad cauẽduz de indẽnitate. arg. l. statulibe. rõnẽ de statulib. licet posset dici quod condemnabitur simplr ac si nõ esset appellatũ. ar. d. l. §. si plures per no. in. l. mãcipia. de seruis fugi. et represẽtabitur condemnatio, et differetur executio arg. in. l. aquil. ſm Bal. in. d. l. põpo. de quo vide per Ang. in. d. l. mãcipia.
11 et. s. in alijs capitulis. ¶ † Fuerũt late tres snie conformes et oẽs per impitiã quis istorum teneatur. Dic quod quilibet qz vnius imperitia nõ excusat aliũ ideo si appellatio est deserta, qz nõ excusatur qui male iudicauit vt no. Bar. de offi. dele. c. pastoralis. vbi Inn. et idez in. c. sepe. in fi. glo. magne. de appe. facit quod no. ff. de euic. l. si per imprudẽtiam. qz iudex contra deũ delinquit, qz est periurus et contra rempub. qz infidelis et contra illum quẽ oppressit Bal. de pena indi. l. fi. et vide in. c. si iudex appellationis. s. proxime. ¶ Si est appellatũ iudex potest suã defendere sniam, qz sua interest. no. In. de for. cõpe. c. verum. et facit de pscrip. dilectus. non tñ potest in se iudiciũ sumere animo nouandi, qz nõ est aduersarius. ar. de infa. lucius. et quod no. Inn. de testi. c. cũ clamor. Bal. in. d. l. fi. qui dicit quod si appell detulit ex imperitia vel malitia tenetur qz partẽ lesit ſm In. in. c. j. de ap. in. vj. Bal.

Subijcio pulchram questionẽ ad hoc propositum in qua allegaui. Rex concessit officium capitanie militi pro tribus annis, et qz viri illius ciuitatis erant indomiti voluit ex pacto quod si esset condemnatus in sindicatu quod posset appellare qui in eodẽ officio acriter se gessit ex arrupto processit et tẽpore sindicationis sue veniente ciuitas impetrauit sindicatorez cũ clausula in rescripto apposita quod pronunciaret snias proferendas in sindicatu dicti militis sub nomine et titulo regie maiestatis ad hoc vt sindicãdus appellare posset, hic sindicator similiter ex arrupto processit contra militẽ iura subuertendo et de facto ipsumqz condemnauit ad grauissimas penas. Qui ſm formã sue electionis appellauit a snia istius sindicatoris. Et opponebatur quod appellare nõ poterat, qz snia fuerat prolata sub nomine et titulo regie maiestatis, et in contrariũ allegabatur quod propter pactum de appellando adiectũ in sna electione poterat appellare. et dubitandum fuit quid iuris. ¶ † Et primo videtur quod non potuit appellari qz a snia regis non appellatur. l. j. in prin. ff. a qui. appella. non licet. et in. l. ij. §. ex actis. de ori. iur. qz appellatio interponitur de minori ad maiorez. in aucten. de app. et. j. que tempora. §. illo videlicet. C. de sen. prefect. l. j. et. l. ij. de offi. prefect. preto. Quia rex hz iura prefecti pretorio vt nota in prohemio cõstiregni. per And. de iser. Et qz posteriora derogant prioribus et sic videtur quod tale rescriptũ qd snia deberet proferri sub titulo regis videtur tacite derogatuz pacto apposito in electione quod possit appellari, et qz a snia sindicatoris nõ appellatur vt. s. proximo. c. est late deductum. ¶ Tamen contrarium puto verum. Et primo qz pacta apposita in electione officialiũ sunt seruanda, vt no. Bart. in. l. dñs. §. fi. de pecu, le. et in. l. seruus vetitus. de leg. j. et in. l. mãcipia. de seruis fugi. et. l. sup creandis. de iure fi. cũ si. et cũ fuerit pactũ factũ conforme iuri quod appelletur videtur princeps reduxisse ad ius cõmune, qz res de facili reuertitur ad suã naturaz. l. attilianus. ff. de ser. rustici. cũ suis cõcordan. nec valuit dictũ rescriptũ continens quod dictus sindicator deberet pronuntiare sub titulo maiestatis tanq̃ rex. qz propter hoc tollitur appellatio q̃ rex tollere nõ põt. qz est iuris diuini ſm Andr. de iser. in tit. que sunt regalia. in verbo cõmittentiũ crimẽ, dicens quod
2 si princeps hoc faciat peccat, † et nõ dicitur posse quod cũ peccato põt vt idem dixit in ti. de probi. feu. alie per fe. in. c. preterea. si inter duos. quod procurans quod rex pronunciet vt pars nõ possit appellare quod peccat et sic dicta cõmissio fuit ipo iure nulla quo ad caput quod pronuntiaret sub titulo regis. Propterea pro hac parte facit. † quod tunc
3 demũ hz locũ quod a snia regis nemo appellat qñ ipse rex met pronunciat secus si pronunciet rex ad relationẽ vnius, quod appellatur qz potius prouocatur aduersus delationez vnius q̃ aduersus sniaz principis. ar. l. j. in prin. ff. qñ ap. sit. et. ij. q. vj. §. biduum. et videtur gl. in. d. l. j. per que iura sic consuluit Lud. in consi. cxxxi. et ideo a snia regis non appellatur, qz ob dignitatẽ eorum presumitur qd oia bene agãt.
4 † eo qz cor regis in manu dei est hz And. de iser. in. d. §. preterea. si inter duos et quia sententia regis profertur cum deliberatione consiliariorum que est sicut sententia senatus a qua non appellatur. d. l. j. §. scire quia appellare non licet, vbi dicitur quod a sententia senatus non appellatur. et facit. l. si quis aduersus cum autẽ. que sup. de precibus imperat. offe. ¶ Naz ille commissarius non est rex vel senatus sententia lata per delegatum principis ſm cõsilium ipsius principis potest appellari. l. j. §. quesitum. ff. de appella. licet a rescripto non appelletur vt ibi late. Preterea cum in themate supponatur quod hic sindicator fulminãte processit ex arrupto et propterea non presumitur pro eius sententia ſm Cy. et Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. vbi dixerunt quod licet pro iudice presumatur. d. l. j. ff. de offi. ciuili. tñ est verum quando seruat debitum ordinem in procedendo, secus si obmittat quia pro eo non presumitur, sed contra eum sic. et faciunt nota. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori de noui oper. vbi de presumptione contra iudicem qui erat solitus excedere. Et dixit Lucas de penna. l. si coloni. de agri. et censi. quod de malo iudice male est presumendum. arg. l. si per impressionem. C. quod metus causa. et dixit Spe. in ti. de iudi. deleg. §. vniuersi. Item quod est odiosus et non dicitur iudex his in quez non est iustitia, et per ista dixit quod poterit appellari a tali sentẽtia, quia iste delegatus non erat

rex, nec

rex nec habebat senatū. ¶ An si pnunciat iudex iniuste ꝛ appellat̄ iudex secūdus ꝯfirmat ꝛ ab eo appellat̄ ꝛ tertius ꝯfirmat, querit̄ an oēs teneant̄ ad interesse in sindicatu an vltimus. Ange. in. l. ptor. §. in eū. ḋ dā. infec. refert Inn. i. c. pastoralis. de offi. dele. quē p ꝓus retulit Bal. in. l. fi. ḋ pena iudi. ꝙ oēs tenent̄ ad instar tutoꝝ. l. j. ꝛ. ij. si tutor non gessit. ꝛ vide Bal. in ti. de pace iura. §. iudices. q ꝫ ꝯtriū qꝛ vltima snīa nonat primas p. l. furti. in prin. de infa. l. ꝙ est factum. ſm Ludo. in. l. iiij. §. fi. de dāno infec. q dicit ꝙ solutione vnius ceteri liberant̄. de his q deie. vel effu. l. pe. ſm Ludo. in. d. §. fin. ꝛ vide in. c. si iudex appellat onis. ꝯ. ¶ Officiales non admittētes appellatioñē tenent̄. l. iulia. de vi publi. ꝛ sunt infames. l. lege iulia. eo. tit. ꝛ aliqñ puniūt̄ pena capitis ſm Bal. in. l. si qs filio. §. his q. de iniust.

5 testa. ꝛ dixit Ancha. in cle. j. de exces. pla. † ꝙ in criminalibus tenētur pena capitali ꝛ pena de qua p Inn. in. c. cū dilectus. ḋ ordi. cog. Et in ciuili pena. xxx. ponder. auri. l. qm̄ iudices. C. de appellatio. ꝛ aliq in. l. iudicibus. eo. tit. Clericus aūt deponitur. ij. q. vj. c. decre-

6 to. ¶ † Omissio appellationis non ipedit recursum ꝯ iudicā q male iudicauit. Bal. ꝛ gl. ff. ꝙ quisqꝫ iuris. l. j. ꝛ tenuit Bar. disputando. ꝛ ponit Inn. in. c. pastoralis. de offi. dele. vide no. in. l. mancipia. de seruis fugitiuis. vbi ḋ hoc. ꝛ dixit Bal. in. d. l. i. ij. lectura. ꝙ iudex facit litē suā siue appellat̄ siue non. ꝛ semp tenet̄ inquantū bono viro

7 equū videbit̄ ſm Inn. in. d. c. pastoralis. ¶ † Renuncians appellationi pōt agere contra iudicem de iniustitia sibi facta. Inn. in. c. sepe. de appellatio. ꝛ facit. l. cū iure. C. de arbi. tute. Bald. super Inn. in verbo renuntians.

SVMMARIVM

1 Officialis habens arbitrium generalissimuꝫ an possit tollere vel immutare statuta iam facta. ꝛ nu. 2. 3. et. 4.
5 Potestas habens arbitrium in causis sui officij non potest prorogare terminum instantie ꝛ cognitionis.
6 Liberum arbitriū semper in se recipit bonefidei interpretationem.
7 Iudex si videat ꝙ testibus non sit adhibenda fides poterit si velit fidem non adhibere ex causa, etiam ꝗuis clare deponant.
8 Verbum videtur denotat boni viri arbitrium.
9 Arbitrium si concedatur officiali per verba libere voluntatis, non denotat arbitrium boni viri.
10 Iudex non debet esse nimis fauorabilis in arbitrajs.
11 Durius agitur cum officiali ratione arbitrij sibi dati ꝗ̄ cum lege.
12 Potestas habens arbitrium simpliciter sibi concessum debet seruare in omnibus regulam iuris ciuilis.
13 Officialis habens arbitrium an possit perpetuo carcerare.
14 Quedam sunt in libello arbitrio ꝛ potestate iudicis que non trahuntur ad necessitatem.
15 Iudex vbi potest supplere ex officio suo ꝛ non supplet non facit litē suam, nec potest appellari.
16 Iudicium ꝛ discretio sunt idem.
17 Ignorantia iuris quando sit lata culpa?
18 Arbitrium aliqñ denotatur per ista verba in rescripto apposita ꝓut tibi videbitur ꝛ placebit.
19 Officiales publici non possunt bonam fidem agnoscere, etiā si habeant arbitrium, nisi fides sit coniuncta obligationi.
20 Iudex an faciat litem suam quando habet arbitrium.
21 Iudex hꝫ ptātē eligendi alteram partiū qñ probationes sunt ꝯrie.
22 Iudex habens arbitrium a statuto si grauet enormiter punitur.

1 a **Arbitriū** † Officialis hñs arbitriū ꝗuis ḡnalissimū non pōt tollere ꝛ imutare statuta iā facta nisi derogationis cā de nouo superueniat que nō erat cognita tempore statuentis, vel saltē ignorabatur ſm Bar. in. l. ambitiosa. de decre. ab ordi. Vñ ēt si princeps daret ḡnalissimā ptātē nisi hoc specialr̄ esset ꝯcessum, tūc talis non posset tollere ꝯstitutiones a principe ꝯditas vel confirmatas p tex. quē Bar. summe notat in. l. hoc quoqꝫ necessario. in. §. si que. C. de offi. pfec. preto. p quē dr̄ ꝙ lꝫ pfectus possit legē ꝯdere vt princeps non tñ pōt cōdere ꝯstitutiones pcedentibus ꝯrias vel derogantes ſm Ludo. in consil. xxxvij. ¶ Quāuis dicat̄ ꝙ sit in culpa ille q in alienis rebus non adhibeat eā diligentiā ꝗ̄ dꝫ adhibere paterfamilias diligens. l. si ꝯstante. §. si maritus. so. ma. ꝛ in. l. j. §. his quoqꝫ. ff. de accusa. ꝛ obli. tñ ex cessione liberi arbitrij is cui ꝯcedit̄ non est in culpa si non adhibet in alienis eā custodiā ꝗ̄ in suis ēt si illa minus diligēs sit. tex. cū gl. sing. in. l. j. ff. ḋ so. ꝛ ibi Bar. ¶ Si rex cōcedat alicui officiali plenā ꝛ liberā ptātem tale quid faciendi important ista verba ptātē inordinatā ꝙ possit ꝯ iura facere ꝛ absqꝫ cā. glos. ꝛ dña Ant. in cle. j. vt litē pe. vbi dicit ꝙ poterit statuere ꝯ iura ꝛ p iudiciū priuatoꝝ, ꝛ de verbo oīmoda ptāte, vide in cle. j. de foro cōpe. ꝫ hoc dictū non vr̄ verū. qꝛ hoc non pōt princeps ex ordinata ptāte sibi a legibus attributa. l. j. ꝛ. ij. si ꝯ ius vel vtī. publi. ꝛ. l. ij. §. merito. ne qd in loco pub. cū si. Et sub ista verboꝝ ḡnalitate non vr̄ cōcedere supremā ptātē legibus non submissaꝫ. l. j. ff. de offi. eius cui

2 mā. ē iuris. ¶ † Nā rōne liberi arbitrij nō pōt iuri alterius derogari. gl. in. c. sepe. de verb. sig. Bal. in. l. cū aña. C. de arbi. ¶ Nā liberū arbitriū alicui datū nō dꝫ trahi ad pindiciū alicuius. l. j. ꝛ. l. i fraudē

3 de testa. mili. ꝛ de administra. tu. l. impuberi. ¶ † Ptās habens arbitriū vel ptāteꝫ ḡnalissimā circa aliqꝺ officiū non pōt dictū alteri ad tps ꝯcessuꝫ p ptātem hñtes tollere. Bar. in. l. dotaleꝫ. ff. de test. mili. ꝛ eo. ti. l. cū filius. Et pp hoc non poterit iā prouisa circa illud offm̄ tolere vel mutare. Bart. in. l. ambitiosa. de decre. ab ord. ꝛ in pria ꝯsti. C. §. qbus. Bal. in. l. nulli. C. de sen. ar. l. si hoieꝫ. ff. manda. ꝛ in. l. forma. ff. de offi. presi. qꝛ in quacūqꝫ ptāte data a supiore, ea nō veniunt que ipsi cōcedētes si vellēt facere nō possent. ff. que in frau. credi. l. si pr̄. ad muni. l. lucius. §. pe. ff. ꝙ vi, aut clam. l. phibere. §. plane. ꝛ qꝛ p ꝓuisioneꝫ officij vr̄ is cui est ꝓuisuꝫ suas opas locasse. ff. loca. l. qui operas. ꝛ. l. si pecuniā. ḋ cōdictio. ob cau. Ideo tenebit̄ obseruare illū extractū. c. j. de natura feudi. c. j. de pbatio. ꝛ ꝙ bal.

4 no. in. l. princeps. de legi. Et † qꝛ ipsi cōcedentes ꝛ successores tenētur obseruare facta precessorum iuste ꝛ non que iniuste vel ꝯditionaliter sunt gesta. c. abbate sane. de re iu. in. vj. ꝛ. c. ij. cū gl. extra de dona. ꝛ. c. j. de solu. ꝛ Bar. in. d. §. plane. Cy. in. l. digna vox. de legi. Bal. in. l. j. de cōsti. prin. extra de preca. c. ij. de donatio. c. pe. ꝛ. c. j. q successo. Et ideo si rex ꝯcedat magistro iustitiario arbitriū circa actoꝝ magistros ꝛ subactorios magne curie nō poterit tollere illos qbus est ꝓuisuꝫ p regē p prius, ꝛ iō si circa notarios ꝛ reformationē illoꝝ ꝯcedat̄ arbitriū, qꝛ non priuabit iaꝫ creatos sine cā, que bene

5 nota. ¶ † Si potestati dat̄ arbitriū in causis sui officij non poterit prorogare terminū instātie ꝛ cognitionis. ff. loca. l. si in lege. per quē dixit Bar. ꝛ Bal. ꝙ habēs a superiore plenū arbitriū seu plenam cognitionē non poterit ꝓrogare terminū illi prefixuꝫ, qꝛ factū ptoris non poterit iuri publico derogare. ff. de ferijs. l. j. in ver. neqꝫ. n. ſm

6 Ludo. in cōsili. cccxxij. ¶ † Liberū arbi. ac libera ptās alicui datū semper in se recipit bonefidei interpretationē vt ciuilē humanitati cōgruentē intelligentiā recipiat. ff. manda. l. creditor. §. lucius. ꝛ facit. ff. de serui. l. sicut ibi ciuili. i. humano mō. ꝛ Bar. in repe. §. pena grauior. vbi dicit ꝙ habenti arbitriū pōt penas arbitrari dūmō rationē excedat. ¶ An si iudex partē corā eo iustitiā suā prosequi volentem remiserit ad arbitriū dicat̄ iustitiā fecisse. Dic ꝙ non fecit iustitiā p casum. ff. de arbi. l. si cū dies. §. quesitū. Et est rō ſm text. ibi. ꝛ in. l. qualē. §. dicere. eo. tit. qꝛ hoc non imponit finē ꝯtrouersie, sed corā alieno noue litis iducit suscitationē. ꝛ iudici incūbit ꝯtrouersie finē imponere. ff. si cer. peta. l. qdā existimauere. ꝛ iō hoc casu se exonerat ꝛ non imponit liti finē. d. § quesitū. ſm Lud. in cōsi. ccxxxviij. ¶ An si iudex hñs arbitriū aliquē grauauit possit eius arbitriuꝫ ad boni viri arbitriū reduci, vide. ꝯ. in verbo pena. in. c. si pena imponit̄ iudicis arbitrio. ¶ Si officialis hñs arbitriū ꝓcesserit vigore mandati supioris statuentis sibi formā mādati precisaꝫ nō intelligit̄ vsus arbitrio sed mandato. ꝛ sic non grauauit ipse ꝫ q mandauit. arg. de arbi. l. qualē. secundo rñso. de leg. ij. l. vnuꝫ ex familia. §. j. ꝛ ꝙ not. Inn. in. c. si p debilitate. de offi. delega. de appel. c. nouit. iō si apud mandantē non erat ius mādandi ꝓcessus fundatus sup mandato vel eius rescripto erit nullus. l. j. C. q p sua iurisd. ꝛ ḋ iuris. ōm. iu. l. eū q. ēt si dicāt verba executiua mandati oi via iure ꝛ mō qbus melius ꝛc. qꝛ vident̄ dicta respectu mandati sup quo cēt fundatus titulus ꝓcessus. Bal. in cōsilio. lviij. ꝛ aliqd p Bar. in. l. qd ergo. §. pena gra-

7 uior. de infami. ¶ † Si iudex viderit testibus ꝗuis clare deponentibus non fore fidē adhibēdā poterit si sibi videbitur non adhibere fidē ex cā. Bar. in. l. lucius. ff. de infami. q dicit ꝙ hoc faciat cuꝫ cāne i sindicatu teneatur. ꝛ iō ego alias practicaui qꝺ qñ vidi testibus in ꝓcessu ꝓductis, ex verbis ex redditione cause sententie ex infamijs ex alijs causis non fore fidem adhibendam in sententia dixi non adhiberi fidē testibus in ꝯriuꝫ producentis. Ex tali cā absoluo vel condēno sicut ēt dr̄ in cōdemnatione expensarum facienda vel non facienda dꝫ cā per iudiciuꝫ inseri. p nota. p Bar. in. l. j. ff. de noui oper. ꝛ in. l. ꝓperandum. in. §. finalr̄. C. de iudi. ꝛ Bar. in. l. pena grauior. ff. de infami. dixit ꝙ iudex alterando penam dꝫ cām in snīa inserere alias si partē grauat tenebitur in sindicatu nisi ipsa cā appereat ex actis, qꝛ tūc nō ē necesse ꝙ cā inseratur si ex dictis appareat qꝛ snīa ad acta refertur. Et iō si nō apparcat nec ex snīa nec ex actis grauaret tps, ꝛ tenet̄ vt ibi per Bar. ¶ Officialis deputatus ad prouidēdum super bono statu alicuius loci prout sibi videbitur non potest

8 mouere rectores legitime deputatos, † qꝛ verbum vr̄ denotat boni viri arbitriū. ff. de fideicō. li. l. fideicō. ꝛ nulli equo viro vr̄ quē sine

iusta cā priuare. de rest. spo. c. cōquerente. in ver. non decet proprijs officijs spoliare. Lud. tʒ latius in consi. cccclxvij. ¶ Si cōcedat arbitriū potestati ꝙ possit ꝓcedere ad suū arbitriū intelligit̄ seruata forma iura. per not. in. l. si qñ. de inoffi. testa. in glo. ꝛ ff. de pe. l. hodie.
9 † Et vbi cōceditur ꝑ verba libere voluntatis non denotat arbitrium boni viri, vt no. Bar. in. l. senatus. §. legatū. de leg. j. ꝛ in. l. cū quidā. de leg. ij. qꝛ tūc poterit ēt iniuste arbitrari. d. l. cū quidā. ꝗmmō dolus absit. l. creditor. §. iussus. ff. mandat. ƀm Bar. in. l. si sit legatum. de le. j. ꝛ aliquid per Bar. in. §. proficisci. ¶ † Judex in arbitrarijs
10 non dʒ esse nimis fauorabilis. Jnn. in. c. cū eterni. de re iudi. in. vj. qꝛ cui dat̄ laxior habena magis pre oculis dʒ habere equitatem, vt in auc. de iureiu. ꝙ pſta. ab his. ꝛ. l. ꝙ si effici. de eo. quod cer. loco Bal. in. l. fi. de pena iud. ꝛ dicit Jo. an. in. d. c. cū eterni. qꝛ hoc hʒ locū ēt inter ꝑtes inter quas iudex cauere dʒ ne sit nimis gratiosus. c. consuluit. de offi. deleg. ¶ An si alicui ꝯcedat̄ arbitriū vel iurisdictio ḡnalis i oībus criminibus, ꝛ ōinde det̄ vnus iudex ſpālis i vno genere delictorū sit derogatum per cōsti. secundi iudicis iurisditio ni primi. Ang. post multa in auc. ō defē. ciui. in lec. magna dicit ꝙ si officia sunt indistincta statim cū vni cōceditur videtur alteri ablatum l. ꝙ in rerū. de le. j. ff. de ꝓcur. l. si qs cum procura torio. §. fi. ꝛ. C. de execu. vel exac. l. quicunqꝫ. lib. xij. ¶ Si vero officia non sunt distincta vt qꝛ potestas hʒ omne imperiuʒ ꝛ iurisditionē. ꝛ postea concedit alicui potestas specialis super quibusdā maleficijs, tunc non erit derogatū iurisdi. potestati. l. repetita. de episcopis ꝛ clericis. ꝛ in dicto. tit. de defen. ciuita. in ver. non velit. Ange. ibi ꝛ Bart. in. l. j. C. de offi. prefe. v. b. ꝛ in. l. fi. de iurisdictione om. iudi. ꝛ per alios que not. pro quest. An regens magnā curiā possit cognoscere ō grauia ciuitatis Neapolis. ꝛ de excessibus ibi cōmissis. ꝛ vide. ī. in ver. iuramento latius. ¶ Si ptās hʒ arbitriū plenū ꝛ latum iubet̄ habere liberū arbitriū ēt si sint aliqua verba importantia arbitriū boni viri. Bar. in. l. alia. de ali. ꝛ ciba. leg. ꝛ in repe. l. j. de sa. san. ꝛ in. l. si sit. de leg. j. per. l. fideicōmissa. §. ꝗ̄ꝗ̄. de le. iij. ꝛ. l. vtrum. §. cū q̄dē. de rebus dubijs. ꝛ Bar. in. l. lucius. de fideicōmis. li. ¶ Si est datū arbitriū potestati non potius iniquum statuere ꝯ rem publicam nec ꝯ similes personas. argu. l. creditor. §. fi. ff. manda. qꝛ non credit̄ rem publicā ꝯ seipsam concessisse. ff. de pen. leg. l. pe. §. fi. tn̄. tū pōt facere gratiam tp̄is excarcerando ante tempus, qꝛ non ledit tunc rēpublicā. Bal. in. l. j. C. de testa. mili. Et dixit idem Bald. in. l. si quis maior. C. de transac. ꝙ vbi in statutis reperit̄ datum arbitriū, ꝛ tenderet in preiudiciū tertij dʒ intelligi de libertate que in se contineat equitatem, non qō preferat iniquū equo, vt not. in cle. sepe. de verb. sig. ¶ Officialis habens arbitrium ꝓcedendi de facto, ꝛ puniendi non potest vigore huius arbitrij punire offendentem bannitū vel hosteʒ publicuʒ quod non est maleficium, lʒ persona accusatoris non esset legitima Bal. in. l. vbi pactum. C. de transac. ꝛ gl. ibi posite. ¶ Si capitaneus hʒ duo arbitria, veʒ qō facit ex arbitrio pleniori. Bald. in. l. humanitatis. C. de impu. alias. l. iij. C. de testa. mili. ꝛ facit de here. insti. l. si item scriptū in verbo pleniorem voluntatem. ¶ Si qd cōmittitur in potestate officialis intelligit̄ quod debeat iudicare de iure. l. que explicando. vbi Bal. C. de accu. Et dicit Bal. ꝙ si det̄ arbitriuʒ officiali ꝙ facit ƀm iudiciū suum, vel ƀm menteʒ suā. videt̄ designari arbitrio boni viri. l. titius. §. lucius. de fideicōmissa. liberta. Secus si dicat̄ ƀm voluntatem suam. Bal. in. l. veritatis. de fidei
11 cōmissa. † Rōne arbitrij dati officiali durius cum eo agitur ꝗ̄ cuʒ lege. Bal. in. l. j. C. vt infra certuʒ tempus. ꝛ facit. l. j. ꝛ. l. ꝛ. si senerior. de ifami. ꝛ ō penis. l. hodie. ¶ Si datū est arbitriū sup bono statu ciuitatis nō pōt ꝯdere statutū ꝑ ꝙ altera ps ledat̄, qꝛ nō poterit arbitrio vti vbi appet snīa vel instr̄m Bal. in. l. j. C. ō noua. vide bal. l. l. j. ō legatis. vbi dicit ꝙ rōne liberi arbi. nō pōt attētare ꝓhibita adeo ꝙ lex prohibens in generali arbitrio vr̄ excepta. Bal. ¶ Arbitriū datū potestati circa maleficia intelligitur ei remissa necessitas obseruantie legum vel statutorū circa ordinem iudicioruʒ. Cy. in. l. j. C. de testa. mili. ꝙ nō pōt tn̄ preferre iniquū equo, nec ius partiū ledere. l. in fraudē. in prin. de testa. mili. ꝛ gl. in cle. sepe. de verb. sig. in quo libero arbitrio vr̄ exceptus dolus ꝛ illicitū. l. creditor. §. lucius. manda. Bal. in. d. l. j. vbi dr̄ qō non potest prorogare tēpus statutorum per. d. l. in fraudem. §. fi. tn̄ lʒ non teneatur sequi formā iuris ciuilis dʒ sequi formam iurisgentium circa probationem. qui non poterit cum vno teste iudicare, poterit tn̄ procedere non obstantibus ferijs Bal. in. d. l. j. de testamen. mili. de quo vltimo vide. s. vbi tangitur materia capituli detestantes. ¶ An si rex concessit comiti vel alterj plenum ꝛ liberum arbitriū in regis ciuitatibus possit causas summarie ꝛ de plano cognoscere. Bal. late in. l. j. C. de testamen. milita. et in. l. si post tres. in duodecima colum. si quis cautio. ꝛ. in. l. fid icomissa. §. ꝗ̄ꝗ̄. de leg. iij. ꝛ Bar. in. l. j. §. nuntiatio. de noui operis. ¶ Si quis hʒ liberum arbitrium non se extendit quod possit derogare priuilegijs aliorū. Bal. in. l. dotalem. de testamento militari. ꝛ facit leg. de decurionibus. de silen. cum gl. libro. xij. ¶ Arbitrium seu ballia data potestati non refert ad ea que fiunt sibi specialiter limitata. Bal. in. l. labeo. §. h clausula. ff. de arbi. ƀm Oldra. ¶ Judicium qui habent a iure arbitrium consistit prudentia in quadruplum vt faciliter non cedant. l. tribuni. de re mili. vt requisita discutiant. l. quoties. de naufra. vt ꝓposita diligenter examinet ꝛ cum deliberatione pronunciet. de sent. experi. l. j. ꝛ quod no. C. qñ ꝛ quibus quarta pars. l. j. ꝛ qō secreta hʒ ꝗ̄ intimātur ƀm Lucam ꝛ in. l. iij. de cur. publi. li. xij. Si quis hʒ arbitriū nō potest excedere terminos iuris. ff. de fideicōmis. §. ꝗ̄ꝗ̄. de leg. iij. l. si libertus. de ope. liber. gl. in. c.
12 super his. C. de accusa. ¶ † Potestas habens arbitriuʒ simpliciter concessum dʒ in oībus seruare regulā iuris ciuilis, qꝛ in dubio intelligitur de arbitrio boni viri. l. in lege. ff. locati. ꝛ. l. hec venditio de ꝯ hen. emp. Bar. ad repe. in verbo videbitur, vnde tunc ꝯ iustitiam ledere non poterit ƀm gl. in cle. sepe. de verb. sig. tn̄ vigore huius arbitrij poterit partē modicum ledere ꝛ penas moderare, non tn̄ excessiue vt ꝓbatur in. l. ꝛ de meis. §. recipisse. de arbi. ꝛ de preben. c. nisi esset. ꝛ in. l. hodie. de penis. ꝛ in. §. pena grauior. tn̄ vbi enormiter grauat partem in eo dolus presumit̄. arg. l. oēs. §. lucius. de his que in frau. credi. qꝛ cum habeat arbitrium non tenentur de culpa, ſʒ de dolo tm̄. l. in venditione. §. j. de bo. auc. vbi Bar. ꝛ Bal. in rubr. de pena iudicis. Jtem dixit Bal. in. l. solā. ō testi. ꝙ habēs arbitrium de iure ꝛ facto. non potest credere testi deponenti ꝛ redderi malam cām scientie. ¶ Habens arbitrium super aliquo ordinamento non potest statuere aliquid per ꝙ dn̄ia priuatorum abdicerent̄ sine cā ꝛ ius alterius integrū auferat̄, qꝛ vr̄ sine alterius iniuria cōcessum l. j. §. si qd a principe. ꝛ. §. merito. ff. ne qd in loco publi. ꝛ hoc tenet Bar. in. l. ambitiosa. de decre. ab ordi. lʒ ibi Bar. dicat ꝙ ex virtute arbitrij possunt inferre ius alterius ex negligentia eius ꝯ queʒ statuit̄, vt puta ꝙ non petens debita in annos decem non audiat̄ scd̄m
13 Ange. in. consi. cxxxvij. incip. visis oībus statutis. ¶ † An habens arbitrium possit perpetuo carcerare. Ange. in. l. si a milite. §. j. de testa. mil. tʒ qō non, qꝛ est ꝯ legem scriptam. l. incredibile. de penis. ¶ Si datum est arbitrium potestati ꝛ diuidat rē per mediū sicut faciunt rustici non bn̄ agit hāc viā eligendo quasi ꝑ viā cōpositionis. Bal. in. l. nēsenius. de neg. gest. qꝛ vbi est certa iuris determinatio illa est sequenda non via facti, ꝙ tn̄ Bal. ipse in melius declarauit in. l. fi. §. j. cōia de leg. ¶ Potestas seu capitaneus habens liberuʒ arbitriū non potest aliquē de crimine condēnare nisi constet de crimine vt iudici ꝛ nisi data copia defensionis. cle. pastoralis. de re iudi. ꝛ. l. iij. §. si ad dieʒ. de re mili. ꝛ in loco alias tuto. l. de etate. ad treb. Non tn̄ pōt credere bonis viris ēt non iuratis. Bar. in. l. si filius. ō de dona. ꝛ in. l. j. de testa. mili. ꝙ Bal. non plʒ in. l. j. C. de testa. mil. Qui testis deponens sine iuramento nō deponit in forma testis nec aliquā fidē facit. vt not. de testi. l. solā. de quo vide Bal. in. l. presbyteri. de epi. ꝛ cle. ¶ Queda3 sunt in arbitrio libero ꝛ ptāte iudicis
14 que non trahunt̄ ad necessitatē. l. non ꝗcqd. ff. de iudi. ꝛ vide not. in cle. dispendiosaʒ. de iudi. in glo. non dicit, vbi in causis summarijs iudex si vult ꝓcedere ordinarie pōt. ꝛ facit ꝙ no. in cle. sepe. de verb. sig. vbi si qdē iudici arbitrium non punitur de negligentia si illud nō vult facere. ꝛ facit quod no. Spe. in ti. de offi. iudi. §. ipedit. ver. qd
15 si iudex. vbi dt. † ꝙ vbi iudex pōt supplere ex officio ꝛ nō suppelet, non facit litem suam nec potest appellari si non facit. Quod est verum in his que iudicis arbitrio terminantur, vt not. in. c. consuluit. de offi. delega. vbi iudex potest expectare contumacem ꝛ sibi parcere, non tamen compellere, non tn̄ potest circa expensas sibi parcere ƀm Jnn. ibi. ꝛ Jo. an. Et eodem modo post cōclusum in causa potest iudex partē interrogare ex officio, sed nō cōpellere. de fi. instru. c. cum Jo. ꝛ potest ēt post publicationē testes repetere. de testi. §. qm̄. non tn̄ cōpelli. ꝛ ideo dicit Bal. ꝙ iudex consueuit dicere admittimus si ꝛ inq̄tum de iure possumus ꝛ debemus. Bal. in. d. l. non ꝗcqd. ꝛ Ange. ¶ Si quid cōmittatur iudicis discretioni ꝓut fit in literis papalibus, vr̄ in arbitriū illius collatū ꝛ vt in bonum virum ꝛ non in liberā eius ptāteʒ cano. in. c. ij. de iur. calū. in. vj. Ant. de but. ꝛ alij in. c. j. in fi. de consti. Bal. in. l. fi. in fi. de iur. do. Qd verbum discretio importat idē qō iudicium. l. cū pretor. §. j. in ver
16 bo iudicio. de iudi. vbi glo. ꝙ † iudicium ꝛ discretio sunt idē. ꝛ per not. in. c. quintanallis. de iureiur. ꝛ verbum iudiciū importat boni viri arbitriū. arg. l. talis. §. lucius. de fideicō. liber. ƀm intellectum Bar. quē posuit ad repri. in verbo, videbit̄. ꝛ Jo. de imo. nisi fic. de leg. j. ꝛ Lud. in rub. de arbi. Et vbi aliquid cōmittit̄ iudici per verba importantia boni viri arbitrium dʒ obseruare oēs regulas iuris cōis ƀm Bar. in dicto verbo videbit̄. ¶ Judex hn̄s latū arbi. nō tenetur de culpa, sed tm̄ de dolo. l. in venditione. §. j. ff. de bo. auct. ꝛ l. creditor. §. lucius. ff. man. ꝛ Bar. in rub. de pena iudi. Nec sufficit

ꝙ

6 Bal. i. l. decernimus. C. de epis. et cle. † quod in ciuitate dicitur iminere status tyrannicus quando subditi non possunt voce libera defendere bonum publicum ciuitatis, et facit quod habetur late per Bar. in. l. si vno. §. item cum quidam. ff. loc. Nam per ciuitatem videtur stare, et non per potestatem secundum Bar. in. d. l. j. et in. d. §. item cum quidam. ¶ Officialis qui remanet in officio propter defectum successoris expectans eius aduentum debet habere salarium pro illo tempore. tex. in auc. de ad-

7 mini. §. illud. Bal. in. d. l. meminisse. secundum Guil. et dicit, † quod non dicitur successor aduenisse nisi applicauerit et iuramentum fecerit. l. j. de of. presi. et adde not. in. l. in hac. C. de dona. licet in contrarium facit quod no. in. l. predie. in gl. ff. de fer. Bal. ibi, et vide Bal. in. l. eum quem. §. indicare. de iur. om. iu. vbi de aduentu successoris, et de intellectu meminisse. supra alleg. ¶ Potestas vel rectores prouincie qui capiunt malefactores non possunt propterea aliquod salarium recipere vel habere, in auc. de colla. §. iubemus. Etiam si consuetudo esset in contrarium. vt ibi per quem tex. dicitur quod si statutum dicat quod quicunque ceperit aliquem ex rebellibus communis Perusij habeat centum, illa centum non habebit familia potestatis qui rebellem cepisset secundum Ange. per illum text. quia officialis capiens malefactorem non debet habere premium quia officialis tenetur ex debito sui officij ad hoc, ideo premium non conceditur nisi sponte capienti, et non illi qui tenetur ex debito sui officij. Tamen si aliquem

sumptum fecisset miles ptãtis pro ipso malefactore capiendo recu-
perabit a cõi. per. l. mulier in opus salarium. ff. de cap. ꝺm Ang. in.
d. §. iubemus. Et idem si officialis occidisset talem rebellez se defen
dendo q̄ non deberet hr̃e premium, ita Bar. in. l. macula. de delat.
lib. x. dicens ꝙ premiabit ille qui se sponte offert ad aliqd qd̓ est cã
premij, secus si fortuna coactus vel casu faciat hoc. l. si qs. §. vtruz. ff.
8 ad sille. ⁊. l. ij. de ꝯdi. ⁊ demõ. ¶ † Si officialis pp sua demerita sin-
dicat̃ ante finitum officium, ⁊ pp sua demerita ab officio priuet̃, vel
remouet̃ possit petere salarium illius tpis quo seruiuit. Cy. in. l. ne
mo. de annu. lega. ꝙ non, vbi plene, ⁊ Bart. plene in. l. gaio. de ali.
⁊ ci. le. vbi de officiali, ⁊ scriptoribus, vel familiaribus q ex aliqua cã
recedunt, si pñt petere salarium totius tpis. Et causas pp quas offi-
cialis põt ab officio remoueri, vide in. l. si quos. C. de of. prefe. ptor.
⁊ vide Bar. in. l. iudicis. de anno. ⁊ trib. lib. x. vbi dicit ꝙ iudicibus
negligẽtibus, seu delinquentibus totum salarium aufert̃. Tñ si est
ꝯdẽnatus in sindicatu, an reddat totũ salariũ, vide. s̃. in. c. ptãs ꝯdẽ-
natus in verbo ꝯdẽnatus in sindica. ¶ Si duo officiales eligant̃ ad
perficiendum vnum officium, ⁊ vnus eoꝝ decedat, vel officium non
impleat salarium decedentis, vel non implentis accrescit superstiti,
qui solus impleuit. Bar. per illũ tex. in. l. j. C. de leg. lib. xij. ⁊ Ang.
in. l. j. C. d̓ peric. suc. ⁊ in. l. j. C. de nu. ⁊ in quo loco, ⁊ facit. l. binos.
de aduo. diu. iudi. qd̓ officialis subrogatus loco plurium habebit tm̃
q̄ztum omnes illi haberent. ⁊ vide. s̃. † Si ptãs non tz familiaz neces
9 sariã defalcat̃ sibi salariũ. vide in v̓bo familiaris. in. c. si ptãs. ꝙ no.
q̄ istud est pncipale, de quo fit inqsitio in sindica. ꝯ officialẽ. ¶ Offi
cialis q culpa ciuium non gessit officium dz hr̃e salariuz. Bal. in. c.
j. si de feu. ꝯtro. fu. per not. in. c. aduersus. de immu. ec. ¶ Si tñ ve-
nerit officialis post terminum an habeat salarium. vide Bar. in. l. ⁊
ideo. de ver. ob. ⁊ Bal. in. l. liberti. de ope. li. Et qualiter saluantur
salaria officialium. vide Bar. in. l. j. de nu. ⁊ in quo loco. ⁊ facit. l. j.
de ann. ⁊ tribu. ⁊ vide. s̃. ¶ An officialis q a ciuitate sibi decreta se
absentauit ante finitum officium pdat totum salarium decisio huius
q̄õnis põt sumi ex plene no. per Bal. in. l. edem. C. loc. vbi dixit de
doctore, ⁊ de medico, ⁊ stipẽdiario, ⁊ fabro ꝯductis, ꝙ si isti sunt cõ
ducti ad tale qd in quo vnus casus põt valere quantum mille, vt in
medico conducto ad practicam, ⁊ in doctore conducto ad lecturam,
⁊ honorem publicum, ⁊ in stipendiario ꝯducto pp casus futuros q-
bus recedentibus nihil debetur, q̄ nihil v̓r impletum cum aliqd est
10 implendum, ⁊ per eum stat. ar. l. ij. de manu. test. l. si ita fuerit. † idez
dicens in aduocato dimittente cãm indiscussam in tpe periculoso, ⁊
substantiali q̄ nihil habebit, ⁊ habitum reddat. l. j. §. diuus. de var. ⁊
extraor. cog. vbi etiam Bar. hoc late examinat. Secus in alijs opi-
ficibus in quibus cadit proportio seruitij, ⁊ operis vel diuisio partiũ
operis, quia cadit rata temporis, ꝺm Bal. ibi, quia dicit idem in fa-
bro qui promisit facere domum certe forme ꝙ si recedit ante domuz
completam ꝙ nihil habebit in quo tamen aliter dicendum videtur
ꝙ si quidem iste officialis intra ⁊ ante finitum officiuz, ⁊ tempore of-
ficij recedit quia sui culpa ⁊ negligentia est ab officio ipso remotus,
vel ꝓpterea se absentauit, ⁊ tunc si illa negligentia vel culpa respicit
totum officium toto salario priuatur, secus si partem officij, vt. j̃. in fi.
11 vbi sunt remissiones. † Ubi antẽ ipse officialis recessit ab ipso offi-
cio ex aliquo impedimento iusto sibi succedente vel pp infirmitatez
suam, vel suoꝝ, ⁊ nunc si cum licentia recessit dz hr̃e salariũ tpis quo
in officio seruiuit etiam durante absentia. glo. est in. l. iij. §. si ad diẽ.
de re mil. ⁊ tex. in. l. hac lege. de ꝓxi. sacr. scri. ⁊ not. Bal. ⁊ Mod.
in. l. si ea ꝯditione. de ꝯdi. inst. Et ẽt debet̃ sibi salariũ tpis residui si
reuertat̃. ⁊ vide Bar. in. l. j. de var. ⁊ extraor. co. vbi qñ stetit p cul-
pam officialis quo minus exerceat totum officium an debeat hr̃e to
tum salariũ, vide pro pfectione Bar. in. l. diez functo. ff. de offi. asse.
vbi dixit ꝙ remoto ab officio sui culpa debet̃ salariũ preteriti tpis q
12 idem tz in. l. menia. ff. de ann. le. ⁊ vide tex. in. l. fi. ff. de excu. tu. † vbi
tutor remotus pp suspitionem vel delictum non ꝯsequit̃ premium, ⁊
tex. in. l. iudices. C. de ann. ⁊ tri. lib. x. in qbus casibus est spãle, ⁊ di-
xit Bal. in. l. nesennius. de excu. tu. ꝙ remotus ab officio pp culpã
non dz hr̃e salarium, per. d. l. menia. ⁊ dixit idem Bal. in. l. manci-
pia. de ser. fug. ꝙ remotus ab officio pp suspitionem non dz hr̃e sa-
larium. Si aũt recessit sine licentia, ⁊ hospite illicẽtiato, an dẽat hr̃e
13 salarium pro tpe quo seruierat, vide Bal. in. l. ij. C. loc. † vbi dixit, de
famulo qui promisit seruire vno anno expensis dñi, ⁊ recessit insalu-
tato hospite ꝙ si promissio est indiuidua, ⁊ pro forma facta nihil po
test petere, vt in doctore qui ꝓmisit lecturam totius libri, si forma de
ficit culpa doctoris nihil recipit, alias ꝓportionabiliter recipiet sala
rium eatenus quatenus recipit vtilitatem, nisi sit in dolo, q̄ nihil ha
bebit, ar. l. j. §. si cuz. de colla. bon. ⁊ vide eundem Bald. in. l. j. C. de
suffra. ⁊ Bal. in. l. ⁊ si partem. de leg. j. vbi de assessore recedente in
medio temporis, ⁊ vide late Bal. in. c. j. quis dic. dux. vbi examinat
materiam. l. diem functo. de offi. asse. de ptãte mortuo in officio si de
betur heredibus salarium, ⁊ in. d. l. diem functo. per omnes, ⁊ per
14 Bal. ⁊ Lud. ⁊ vide aliquid per Bar. in. l. pe. ff. sol. mat. † vbi de fa-
mulo ante tempus recedente si potest spoliari. Bal. in auc. habita.
ne fil. pro pa. Et vide etiam in predictis. c. ex quibus poteris hr̃e de
cisionem cum casus occurrit. ⁊ vide. j̃. d. c. officialis deputati. ⁊ in. c.
an officialis. qui debet venire certa die. s̃. in verbo impedimentum.
⁊ vide in verbo licentia. vbi de officiali qui habuit licentiam pro ali-
quo tpe, si dz hr̃e salarium illius tpis, ⁊ vide. s̃. proxi. c. an si officia-
lis decedat. ⁊ vide. s̃. in verbo negligentia. in. c. iudicibus negligẽti-
bus. ⁊ in. c. officiales deputati. in quibus habetur si perdant salaria
15 pp recessum cum licentia, vel sine vel propter negligentiã. ¶ † Re-
motus ab officio pp culpam non debet habere salarium. Bal. in. l.
nesennius. in ver. remouendus. ff. de excu. tut. ⁊. l. menia. de ann. le.
ꝺm Jac. de are. Et adde ꝙ no. in. l. mancipia. de ser. fug. vbi Bald.
dicit ꝙ potestas remotus propter suspitionem non debet habere sa
larium. vide in verbo remotus. ¶ Officialis qui non reperitur de-
scriptus in originali registro quo registrantur omnia nomina officia
lium non debet habere salarium, ne gaudeat priuilegio. l. pe. de pro
xi. sacr. vbi dicit Bar. ꝙ ad probandum quem esse officialem cõis,
debet videri matricula cõmunis, in qua registrata sunt nomina offi-
cialium. ⁊ not. illum tex. quod ille qui non est scriptus in matricula
registrata in memorialibus principis non debet habere salarium.
16 ¶ † Assessores tempore sindicatus possunt sibi constitui facere sala
rium ex officio sindicatorum, si eis non est constitutum salarium, vt
no. in. l. j. §. comites. ff. de var. ⁊ extraordi. cogn. vbi Bar. ⁊ habent
alias aciones. l. j. C. de suffra. Et etiã officialis qui dedit petitiones
contra rectorem in sindicatu, ⁊ propterea non vult stare cuz eo debet
habere expensas ab ipso. allegat glo. in. l. fin. de ordin. cogn. ⁊ in. c.
ex parte. de accusa. ¶ Officialis ꝯductus simpliciter non facta mẽ
tione salarij intelligitur conductus cum consueto salario. ꝺm Bart.
C. loc. l. excepto. ⁊ facit. l. prius. §. placuit. de aqua plu. arcen. ⁊ Jo-
an. and. in. c. fin. de consuetu. Barto. in. l. gallus. §. fi. de libe. ⁊ po-
sthu. ⁊ Bal. in. l. binos. de aduo. diuer. iudi. ¶ Si nũcius curie cu
stodiret aliquem debet solui salariuz ipsi nuncio custodienti non po
testati. tex. cum glo. in. l. fina. de ero. mil. ann. ¶ Si collateralis cõ
ductus inuenitur imperitus potest reprobari, ⁊ non debet habere sa
larium, nisi pro rata temporis quo seruiuit, ꝺm Bal. in. l. sed repro-
bari, de excu. tuto. ⁊ vide not. ꝺm eum in. l. ij. C. de professo. ⁊ medi.
per And. de barulo. ¶ An si vnus habeat duo officia debeat habe
re duplex salarium, vide Bal. in. l. si consul. de adopt. ⁊ vide in ver-
bo officium. in. c. quis non potest. vide Lap. alle. lxxxiij. ¶ An cõ-
demnatus in sindicatu perdat salarium. vide in verbo condemnatus
in sindicatu.

SUMMARIUM

1 Potestas an possit dare securitatem malefactori, ⁊ eam ipsi serua-
re. ⁊ numero. 2. et. 3.

1 **Saluus cõductus.** † An ptãs possit dare securitatem
malefactori ⁊ teneat̃ eã obseruare vel ipm punire, ⁊ sibi
fidẽ non obseruare. dic qd̓ potest in causis ciuilibus tpe
parno, sed. xxx. dierũ, ⁊ cum equali cause cognitione. in auc. de mã.
prin. §. sed neqz, ⁊ est seruanda, nec est cõtra. ff. ne quid in loco publi.
l. ij. §. merito. ⁊. §. si quid. ⁊ de ꝯfir. vtili. c. dilecta. vbi in cã ciuili non
datur fiducia, q̄ est verũ cum alterius iniuria, ⁊ qñ sine cause cogni-
tione exceditur in tempore. xxx. dierũ cum delinquentibus ⁊ deben
tibus tributa soluere nõ dz dari, vt ibi in tex. ꝺm Ang. vbi v̓r ẽt tex.
ꝙ ista securitas opera̓t qd̓ põt venire ⁊ remeare, ⁊ dz saluus repon̓
in terminis in qbus erat ante datã securitatẽ. facit. ff. de sepul. viola.
l. verũ. Et de hoc an sit danda securitas malefactori, vide ibi Ange.
late. ⁊ Jac. de bel. in. d. §. sed neqz, vbi distinctio longa per Barto.
in. l. is qui reus. de pub. iud. vbi aliter distinxit, ⁊ vide Cy. in. l. pñti.
C. de his q ad eccle. confu. qui tenet qd̓ ptãs põt punire delinquen
tem non obstante securitate tali. per. l. j. de dol. Licet alij contra, q̄
dz sibi seruari securitas per. l. is qui reus. d̓ quo vide Bal. in. d. l. j.
de dolo. ⁊ Ang. ⁊ Ja. de bel. in. d. §. sed neqz. Et adde quia Cy. in.
d. l. presenti, dixit quod potestas qui dedit securum conductum ho-
micide, ⁊ deinde fecit eum decapitari, quod bene fecit per glosaz in
auctentica de mandat. principum. §. homicidas. ¶ Tamen alij te-
nent contrarium, ꝺm Rapha. qui ibi refert disputationem Old. ꝺm
Alb. ibi, ⁊ vide Ang. in sua disputa. que incipit, Bononiensis. vbi
aliter distinxit. ⁊ vide late Ange. in. l. vtimur. ff. de sepul. vio. q̄ not.
vt excuset̃ in sindicatu, si affidauerit delinquentẽ vel debitorem alte-
rius,

rius,qui venit ad ciuitatē pro aliquibꝰ diebus ⁊ nō satisfecit parti,vt
officialis nō teneat̃ ꝑꝑ hoc,q꞉ potuit assecurare.⁊ vide in.l.relegati.
in fi.de pen.Et ideo Andr.in titu.de accusa.in.iij.parte.in versi.se-
quit̃,⁊ in versi.si bānitus.⁊ vide Bal.de pace.cōstan.⁊ in versi.sed
dispensari.⁊ Ange.in.l.j.ad.l.iul.maie.⁊ Bart.in.l.sed filius.§.si
3 penā.de in ius voc. † ꝙ nō potest dari securitas bānito veniendi ad
agendū,lꝫ Ange.in qōne Bononiēsis videat̃ dicere ꝯtrariū.⁊ vide
Bar.in.l.reos.C.de accu.q̄ not.q꞉ sepe ptātes dant licentiam,vt ve
niant causa defendi alios,vel causa testificandi in causis,vel ex ali
qua affrontatiōe,q꞉ si caperet̃ ab alio superiore,⁊ puniret̃ eēt dubiuꝫ
si ille ptās teneat̃ vel si in itinere occideretur.℄ Et per ista iura pōt
decidi illa quotidiana qō.si aliqs fuerit detētus in fortia iudicis pro
graui delicto qui examinatus negabat oīa,⁊ deinde iudex persuasit
sibi qd̄ deberet ꝯfiteri ⁊ dicere veritatē dando sibi fidē qd̄ ipsuꝫ non
puniret si cōfiteret̃ delictū,an extorta ab eo ꝯfessione delictuꝫ ꝑpter
fidē datā teneat̃ iudex obseruare fidē ⁊ ipsum non punire,⁊ si veniat
contra fideꝫ teneat̃ in sindicatu.de quo vide in supradictis iuribus.⁊
supra in verbo tortura.in.c.⁊ aduertendum est quod iudex

spectu actoris qui est lesus ratione nullitatis per iura predicta que
no.quia ita oportet distinguere,⁊ vide in verbo executio sentētie.

SVMMARIVM

1 Iudex qui tulit sniam iniustam propter metum non tenetur.
2 Iudex potest cogi per superiorē suum ad iudicandū ⁊ non per aliuꝫ.
3 Iudex non facit litem suam quando sententia nulla nullum generat parti preiudicium.⁊ nume.4.
5 Solennitates iudicij que sint.⁊ nu.8. Et que substantialia.nume.6.
7 Veritas intelligitur quatenus constat ex actis.
9 Citatio est de solennitate substantiali processus.Et quāuis possit ꝑcedi sine solennitate iuris tamen requiritur citatio.nume.12.
10 Cause cognitio debet fieri partibus presentibus.
11 Omni solennitate iuris omissa nihil aliud est dicere,qꝫ summarie.
13 Verba,sine figura iudicij,licet videantur importare liberam facultatem debebit tamen iudex seruare regulas iurisgentium.
14 Sententia est de processu.

TRum iudex q ꝑ vim vel metū tyrāni ꝓfert malā sniam alias non laturus
excuset̃.dic qd̄ sic,nisi a ꝑncipio sciuisset hoc euenire po-
tuisse,q꞉ nō debuisset offm̄ acceptare.arg.de dam.īfec.l.
1 q bona.§.de illo.⁊.ff.loc.l.hitatores.§.fi.⁊.l.ex ꝯducto.§.j.℄ † Si
aūt iudex per metū tulit iniustaꝫ sniam.dicit Bal.ꝙ nō tenet̃,q꞉ ne-
cessitas est ꝯ̄ria voluntati,q꞉ iudicis volūtas dꝫ eē liba sicut electio ⁊
īstitutio.l.illa.de heredi.īstitu.de arbi.l.qualē.℄ Et hoc si fert̃ non
obstāte metu tm̄ si metus miscet̃,q꞉ cogit̃ sic ꝓnunciare vitio nō caret
rescindit̃.xj.q.j.q̄tuor.no.in.l.j.de leg.ij.fm Bal.in.d.l.fi.ꝺ pena
iudi.⁊ adde Bal.in.l.j.C.q̄n ⁊ q̄n iudex.q dixit qd̄ supior pt̄ coge-
re iudicē q hꝫ cām abꝰipso ad ꝓnunciāduꝫ.argu.l.qualē.de arbi.nisi
eēt princeps.per.l.j.de ꝯstitu.princi.secus in eo q nō hꝫ iurisditio-
nem,vt ep̄s ⁊ archiep̄s ⁊ sicut notarij qui nō hn̄t iurisditionē a ptāte
qui nō pōt ab eo cogi,sed dꝫ recurri ad superiorē.in auc.vt diffe.iu-
2 di.Bal.ibi.℄ † Et adde q꞉ iudex pōt cogi ꝑ superiorē suuꝫ cui sua
iurisditio subalternat̃ ad iudicanduꝫ,nō tm̄ pꝰ aliuꝫ.in auc.de qd̄ §.⁊
sic.de ꝺfen.ciui.itē nulla.⁊ facit.C.de exac.trib.l.missi.⁊ vide Bal.
in.l.fi.de pena iudi.℄ Et adde qd̄ ptās qui facit cum iudice suo qd̄
ꝓferat sniam falsaꝫ in criminali qd̄ tenetur.l.cor.de sica.l.j.ff.℄ Et
idē si priores hoc faciāt cū ptāte qd̄ tenent̃.l.iul.ꝺ vi pub.fm Bar.
ibi.per.l.j.de vi pub.l.qui dolo malo.Et facit qd̄ dixit Inno.in.c.
pastoralis.in ꝟbo iniustuꝫ.de offi.delega.⁊ facit.C.de decur.l.oēs.
⁊ qd̄ Bar.not.in.d.l.q dolo.℄ Idē si ptās cogat testes per tormē-
ta,vt falsuꝫ dicāt ꝑ illuꝫ tex.ꝑ quē dixit Bal.in.c.j.de pace iura.fir.
qd̄ falsus testis tenet̃ eadē pena q dixit in titu.de pace iur.fir.qd̄ fal
sus testis deponēs ꝯ̄ inocētem tenetur vt homicida,⁊ idē Bal.in.l.
p̄sbri.de epis.⁊ cle.in.l.data opera.C.de accu.dixit de falso teste,q̄
no.ꝯ̄ iudices qui dolo aliquē condēnauerunt ad mortē,an tunc snia
lata per metuꝫ sit nulla,vide late Bal.in.l.decernimus.C.de epis.⁊
3 cle.vbi distinctio.℄ † Iudex nō facit litē suā,q̄n snia nulla nullū ge-
nerat parti preiudiciū in.l.si iudex.de var.cog.secus si generat preiu
diciuꝫ parti,q꞉ facit litem suā.l.si qs in cōscribendo,de pac.℄ Q̄n
ergo ꝓnunciat admittēdo exceptionē pro reo ⁊ absoluit eū ab istātia
iudicij ⁊ ḡnat p̄iudiciū actori facit liteꝫ suā,nisi eēt error expressus in
snia,q꞉ nō facit litē suā.l.j.§.j.qd̄ qsqꝫ iur.Bal.in.d.l.si qs in ꝯscri-
4 bēdo.℄ † Dicit̃ qd̄ iudex ex sola nullitate snie vel ꝓcessus nō facit
litē suā,nisi executio ꝓcesserit.l.si.de vari.cog.q̄ examinant̃ i.c.an si
snia est lata.⁊ in.c.iudex nō facit liteꝫ suā.⁊ in.c.an si snia ē nulla.qd̄
hodie idubitatū vr̃ ꝑ.c.regni qd̄ icipit detestātes.quo vr̃ ꝓuisum qd̄
ꝓcessus cārū ex ꝺfectu omisse solēnitatis iudiciarie nō pn̄t dici nulle
agēdo,nec excipiēdo dūmō debito mō liqueat de pura suba ꝟitatis
⁊ possit ꝓcedi ad sniaꝫ ꝑ celeri executiōe iustitie ꝑꝑ qd̄ capl'm hodie
vr̃ posse iudex excusari,sic ex ꝓcessu,sine debitis solēnitatibꝰ formato
sniaꝫ ꝓtulit,⁊ executꝰ fuerit ꝯ̄ rusticos q iudices solēt accusar̃ qd̄ sine
ordie iudiciario cōpulit ad soluēdū.℄ Sꝫ iter doctores regni sꝑ fuit
dubitatū si dispō illiꝰ.c.detestātes ꝙ loquit̃ de omissione solēnitatis
iudiciarie locuꝫ hēat,si omittant̃ aliq̄ subalia iudicij ꝑꝑ ꝙ eēt vidēdū,
5 † q̄ dicant̃ solēnitates iudicij,i quo aliq doc.regni dixerīt i hoc ꝙ gl.
in.l.ꝓlatā,ponit aliq̄s q̄ tm̄ loquunt̃ ꝺ solēnitatibꝰ snie,ꝺ qbꝰ i titu.de
sen.ex picu.⁊ dcm̄.c.detestātes,dic̄ iustitiarie q꞉ de illa nō pt̄ itelligi
cū erat sup illa ꝓuisuꝫ ꝺ iure cōi.l.absentē.ff.de penis.cū solēnitates
iudicij ꝓprie sunt forā ⁊ figura iudicij.ꝺ qbꝰ loqt̃ Bar.ad repri.i ꝟ-
bo forā ⁊ figura.⁊ in.l.nec qcq̄ꝫ.§.de plano.de offi.ꝓcōsul.⁊.c.statu-
tuꝫ.ꝺ her.isti.⁊ Bal.i addi.Spec.i.ij.pte.in rub.ꝺ ꝑpa.Bar.l.j.§.
si pl'es.ꝺ exercito.Et dcm̄.c.ꝺtestātes,loq vr̃ i ꝓcessu cāruꝫ ⁊ nō in
snia,⁊ sic de nullitatibꝰ ꝯcernētibꝰ ꝓcessuꝫ ⁊ nō sniam,⁊ vult qd̄ snia

SVMMARIVM

1 Iudex debet sententiam diffinitiuam proferre in scriptis.
2 Sententia principis debet proferri in scriptis.
3 Sententia potest proferri sine scriptura in causis breuioribus.
4 Iudex an faciat litem suam qd̄ sententia est nulla.et nume.5.

1 SEntentia. † Iudex etiā in dignitate constitu
tus vel alius minor dꝫ sniam diffini
tiuaꝫ proferre in scriptis alias tenet̃ ad expēsas ⁊ dāna li-
tigantibus vt cōstitu.regni ab oibus de causis ⁊ iudi.cito
deci.vbi glo.dixit qd̄ est veruꝫ in cā in qua requirit̃ libellus.vbi au-
tem nō requirit̃ non dꝫ proferri snia in scriptis,vt in cōstitu.j.de di-
lati.⁊ in ꝯstitu.in pecuniarijs.⁊ extra de re iud.c.fi.in.vj.⁊ in.l.statu
2 tis.C.de sen.cuꝫ auc.ibi posita. † Etiam principis snia dꝫ proferri in
scriptis.in auc.in medio litis.§.si vero aliqui.⁊ fallit in auc.de man.
princi.§.sit tibi.colla.iij.⁊ in ꝯstitu.inter multas.⁊ in ꝯstitu.ad repri.
in ꝟbo sine figura.secus in interlocutoria.c.q̄m cōtra.in ꝟbo inter-
locutiones.extra de ꝓba.Et q̄n ꝓceditur ex nō scripto sine libello ⁊
sine scriptura snia non dꝫ proferri in scriptis,q꞉ tunc causa examinat̃
ex nō scripto.in auc.vt iudi.sine quoquo suffra.in.§.necessitate.⁊ in
Specu.de sen.§.iusta.versi.nō eni fm Lucā de pēna.in.l.in subeū-
dis.de castre.om.palea.pecu.⁊ adde q꞉ Bal.⁊ etiaꝫ Bar.latius in
3 auc.nisi breuiores.C.de sen.ex pericu.dixerūt per illum text. † ꝙ in
causis breuioribus snia pōt proferri sine scriptura,vbi Bal.dixit ꝙ
cause breues sunt inter hoīes parue cōditionis,nā cā vnius bouis est
magna in rustico,q꞉ forte est maior pars fortunarū suaruꝫ.de offic.ꝑ-
si.l.illicitas.§.veritas.vbi gl.de vno porcello.℄ Iteꝫ si rusticus pe
teret suā mercedē,q꞉ procedit̃ ꝟbo sine scriptis,⁊ sine sportulis que
sunt arbitraria inspecta cōditione ꝑsonarū ⁊ reruꝫ.arg.de transac.l.
cum hi.Nā corā iudice rurali nō dꝫ libellus offerri,q꞉ rōne ignorā-
tie leguꝫ simplici via sunt cōtenti.fm Bal.ibi.⁊ vide Ange.in.l.sꝫ
4 ⁊ si susceperit.de iudi.§.j.q̄ no.℄ † An si snia est nulla iudex faciat
litem suā.⁊ glo.in.l.iudices.ff.de extraordi.cogni.qd̄ nō.vbi Bar.
ꝙ est veruꝫ pronūtiando,sed bene faceret litem suam in exequendo.
arg.de periculo ⁊ cōmo.rei vēdite.l.lectos.⁊ tenet̃ ad interesse par
ti,secus si partis nō interesset,q꞉ erat verum debitum ad qd̄ de facto
fuit cōpulsus.l.si.in fi.qd̄ me cau.℄ Et ideo isto casu credit Bald.
ꝙ nō tenet̃ parti,q꞉ nō interest,sed tenetur ad penā extra ordineꝫ,q꞉
non seruauit legem.de sacrosan.eccle.l.iure nostro.Bal.in.l.j.ff.qd̄
quisqꝫ iuris.in scd̄a lec.vbi dicit qd̄ q̄n snia est nulla nō fit retorsio
contra iudiceꝫ.⁊ vide Andr.de iser.in ꝯstitu.regni.circa violentia-
rum.℄ Et adde,an si iudex dederit sententiā nullā in fauorem acto-
ris,in qua nō apposuit ponenda,nec eā dedit in scriptis ⁊ non serua
uit titulū.de sen.ex periculo reci.teneat̃ actori.Bar.in disputatione
sua tenuit qd̄ sic,dando ibi intellectū ad glo.in.l.fi.ff.de vari.⁊ extra-
or.cogni.⁊ tenere vr̃ in.l.si quis in cōscribendo.in fi.C.de pac.q̄n fa
cit preiudiciuꝫ parti ⁊ iniustitiaꝫ.℄ Ista enim nullitas rōne omissio
nis substantialiū snie,est nullitas ipsius iudicis facto prouenienes,qd̄
tenetur sniam ꝓferre seruata forma,⁊ ordine iuris,vt in.l.prolataꝫ.⁊
in titu.de sen.ex peri.reci.⁊ ideo tenebit̃ parti ad interesse,q꞉ debe-
bit condēnari quatenus iudici videbit̃.fm Bar.in dicta disputatio-
ne.s.ad expensas ⁊ dāna vt iteruꝫ suis sumptibus proferat̃,⁊ est ho-
die decisum ꝑ cōstitu.regni.q̄ incipit ab oibus in titu.de causis cito
5 decidēdis.℄ † Et iura q̄ dicunt qd̄ iudex ꝓnunciando nulliter facit
litem suam,loquunt̃ quādo pronunciat nulliter cōtra reuꝫ,q꞉ ex quo
reo non fit preiudicium eius respectu non facit litem suam,secus re

6 lata in processu nullo teneat lz de iure nõ teneret. † Tñ alie sunt solẽnitates iudicioꝝ, alia sunt substãtialia iudicij, vt vr̃ dicere Andr. de iser. in proemio ꝯstitu. reg. ꝛ cum dcm̃. c. detestãtes, dicat dũmõ al's debito mõ liqueat nõ põt liquere debito mõ nisi seruent̃ substãtialia maxime litis ꝯtest. ꝛ sĩlia, vt est gl. in. l. ij. C. de here. vel actio. ven. ꝛ Bar. in. c. grauis. de reb. eccle. non alie. Et q2 talia substãtialia sunt iducta ad vtilitatẽ reipublice autoritate ꝛ vtilitate, ergo tolli nõ vñr, vt no. in cle. sepe. de vb. sign. p Guil. de mõte lau. Tñ vr̃ qõ dcm̃. c. supplet defectus substãtiales omissos, vt puta litis cõtesta. ꝛ sĩlia. q2 nõ substãtiales nõ vitiant pcessum, vt dicit Archi. in. c. j. de accusa. in. vj. Et si hoc nõ eẽt dcm̃. c. detestantes. nobis de vẽto seruiret ad qõ facit q dicit Andr. de iser. in proemio ꝯstitu. in. ij. charta. ꝛ cañ. in. d. cle. sepe. ꝛ q2 dcm̃. c. tollit. ll. in ꝯriũ faciẽtes. ꝛ loquit̃ idiffinite q̃ equipollet vniuersali ac si diceret̃ nõ obstante quacũqz nullitate in dicij. l. si duobus. de leg. ij. ꝛ q2 dcm̃. c. loquitur de solẽnitatibus pp quartũ defectum ꝯtingit pcessus esse nullos, sed litis cõtesta. ꝛ similes sunt tales q̃ reddunt pcessus nullos. c. j. ꝛ. ij. vt lit. nõ ꝯtesta. ꝛ q2 est factũ de certa sciẽtia qõ tollit ius ciuile. l. quoties. in glo. de pci. impera offe. ꝛ p Andr. de iser. in ꝯstitu. psequẽtes, lz litis ꝯtesta. ꝛ alia sunt de iure ciui. vt p Bar. in ꝯstitu. ad reprimendaꝫ. ꝛ q2 ita vr̃ de iure cano. de nouo induci. per. d. cle. vt veritas videatur. ꝛ q2 supplet defectus per quos pcessus sunt nulli, ꝛ ñ dicit de snĩa, q2 de sententia erat iaꝫ pnisum. per. l. abñtẽ. cũ siĩlibus. de penis. ¶ Et q2 dicit dũmodo liqueat de pura substãtia vitatis per q̃ vba supplentur substãtiales defectus sm Bar. in. l. si fideiuſ. §. quedã. ff. mand. ꝛ pp verbũ veritatis ad quã iubet attendi, q2 iudex dꝫ illam semp attẽdere. l. illicitas §. veritas. de offic. presi. ꝛ. d. §. quedã. ꝛ in. l. j. C. de lati. libe. ꝛ Saly. in. l. si quis. §. initiũ. de eden. ꝛ in auc. vt defun. fune. in
7 princi. col. vj. ꝛ. l. nemo. C. de sen. vbi Ange. q2 † veritas intelligitur quatenus cõstet ex actis. c. ex lr̃is. de iureiuran. ꝛ in. c. inter. de re iudi. ꝛ Andr. in titu. hic finit̃. l. conradi. §. his. Et q2 dcm̃. c. nõ excipit, nisi priuilegia baronũ q̃ sunt duo, vnũ per ꝯstõnẽ, vt vniuersus aliud per ꝯstitu. psequẽtes, q̃ ꝯcernunt snĩam ꝛ pcessũ, ꝛ exceptio dꝫ cõtineri sub regula. ergo necesse est dicere q intelligat̃ de his q̃ continent̃ in exceptione, ꝛ iõ doc. regni huius p supradictas rõnes interpretati sunt. c. detestantes. qõ habeat locũ in omissione substãtialis defectus iudicij. pro quibus adducit̃ Bal. in. l. prolatã. C. de sen. qui dicit qõ stante statuto qõ valeat snĩa omni iuris solẽnitate omissa q2 valebit ꝑtermisso ordine iudicij. de quo in. l. prolatã. lz gl. ibi videat̃ dicere ꝯriũ q nomẽ solẽnitatis poni põt, etiaꝫ p solẽnitate ordinis ꝛ p subtilitate iuris. ff. de restitu. in integ. l. diuus. vbi Bal. subdit qõ si statutũ diceret omni subtilitate omissa qõ valeret snĩa nõ scripta ꝛ nõ lecta, ꝛ viua voce lata, ꝛ dicũt aliqui cano. in. c. ea. q. de ele. in. vj.
8 † qõ solẽnitates iudicij ille dñr q̃ magis spectant ad ordinẽ q̃ ad inuentionẽ veritatis, quos ibi refert Inno. ꝛ nõ sequitur, tñ Bal. dicit q ordo est inter plura. lz solẽnitas est facere sm formã iuris. sm glo.
9 in. d. l. prolataꝫ. vt lis ꝯtestet̃ ꝛ cetera, ꝛ etiaꝫ ibi dixit Ange. † q citatio e solẽnitate substãtiali pcessus. per no. in. l. ꝯsentaneũ. C. quo ꝛ qñ iudex. Tñ Bar. dicit q de solẽnitate substãtiali iudicij est cãe
10 cognitio p illã glos. ꝛ per. l. ex stipulatione. eo. titu. † Cause autẽ cognitio dꝫ fieri pñtibus partibus. l. in cause. §. causa. ff. de minori. Vñ si partes semp essent pñtes vel cõtumaciter absentes nõ requirit̃ citatio sm Bar. ibi. Et adde Bar. in. l. si filius. ff. de dona. dicentẽ q si ex forma statuti põt procedi sine iuris solẽnitate vr̃ remissa solennitas iuris ciuilis non naturalis vel gentiũ. argu. l. ij. de natali. restitu. quo casu requirit̃ legitimus numerus testiũ ꝛ defensiones legitime, ꝛ qõ testes parte pñte examinent̃ ꝛ citet̃ pars ad oẽs actus q̃ citatio est de iure naturali. cle. pastoralis. de re iudi. ꝛ ideꝫ Bar. in. l. j. ff. de re mili. ꝛ ad repri. in vbo figura iudicij, vbi etiã dicit Bar. q iudex tunc nõ poterit admittere testes inimicos, nec etiã credere poterit testibus sine causa sciẽtie, sm Bal. in. l. solaꝫ. de testi. tñ testes recipere poterit sine iuramento. sm Bart. ibi. lz Bal. dicat ꝯriũ. l. milites. de testõ militis. ꝛ in. l. pbri. de epis. ꝛ cleri. Vñ Lud. in rub. de arbi. vbi ponit, an possit admittere testes phibitos ꝛ furiosos ꝛ ipuberes ad testimoniũ. Etiaꝫ ad pdicta facit q2 Bar. ad reprimendaꝫ, in vbo videbit̃, equiparat verbũ sine figura iudicij, ꝛ verbũ nõ seruata solẽnitate. vbi videbis q si statutũ diceret q posset de facto pcedi, tunc pcedit̃ nõ seruata solennitate iuris dũmõ q nõ auferat defensionẽ partis. ꝛ ita intellige q Bar. dixit in. l. nõ solũ. §. si mandato. ff. de iniurijs. vbi dixit q ꝯ assasinos de facto pcedit̃. Et dixit ideꝫ Bar. in. d. l. si filius. qõ vbi põt pcedi sine iur. solennitate põt diebus feriatis in honorẽ dei. lz ꝯriũ teneat in dicta extrauaganti qõ limitat Lndo. in. d. l. si filius. nisi in die dñico. de quo per oẽs in. l. j. de sacrosan. eccle. Dixit etiã Bart. ad ppositũ. d. c. detestantes. q qñ in statuto dr̃ q procedat̃ omni solẽnitate iuris omissa, dũmodo q legitime constet de maleficio, tunc in pbationibus faciendis requiritur

ordo iuris, nõ tñ in alia parte processus. Et puto q Bar. somniauerit dictũ caplm̃ detestantes, q2 ponit mẽteꝫ ad aliqua vba ipsius. c. ad q̃ faciunt plene dicta p Bal. in. l. nec quicquã. §. de plano. de offi. pfec. vr. ibi substãtialia iudicij, ꝛ probationũ appellat solennitates iu
11 dicioꝝ quibus subiunge † q nihil aliud est dicere oĩ solẽnitate iuris omissa quã summarie ꝛ de plano. quo casu procedit̃ sine libello litis contest. iuramento calumnie, ꝛ alijs. vt in cle. sepe. de vbo. signi. qõ late examinat ibi Bal. tñ nõ tollit̃ per. d. modũ procedẽdi, quin psone nõ sint in iudicio legitimande q2 filius debẽbit hr̃e ꝯsensum patris qui est de substãtia nõ de solennitate. sm Bar. in. d. §. de plano. in repe. dicens q tale statutũ iterpretabit̃ legitimatis psonis. arg. l. fi. de test. mili. ꝛ q2 psona nõ est legitima diceret̃ pars grauari, ꝛ poterit appellari de minori. l. ait ptor. §. permittit̃. ꝛ qõ not. Inno. in. c. innotuit. de eo qui fur. ordi. susce. Et dicit Bart. in. l. ij. de edi. diui. q in causa summaria requirunt̃ legitime pbationes quo ad legitimationeꝫ persone. ꝛ Bal. in. l. iij. §. ibideꝫ. ad exhiben. naꝫ lz alias processus qui nõ teneret rõne dubij teneat p glo. in. l. si putans. fa. erc. ẽ veruꝫ, dũmõ habeat fundamẽtũ legitimationis psonarũ. l. nõ idcirco. de iudi. ꝛ Bal. idẽ in. l. si qs ex aliena. eo. titu. Nam legitimatio psone pcuratoris nõ legitimat pcessum nullũ ex psona dñi. d. l. non idcirco. §. j. vñ qñ dñi psona non fundat pcessum, q2 est illegitima, vt q2 seruus processus erit nullus, lz procurator sit legitimus. sm Bal. in. d. §. j. Et tꝫ etiã Bar. ad reprimendaꝫ. in verbo figura iudicij. vbi q quãuis cã cognoscat̃ sine figura iudicij debebunt legitimari persone. per text. illius cõstitutionis. ꝛ per. c. nõ dꝫ. de re iudi. ne factũ alicuius nõ hñtis mandatũ mihi noceat. de re iudi. factũ. cũ si. Et iõ alias ꝯsului q si est factus pcessus cũ tutore pupilli qui nõ pduxit solẽnia, nec psonã suaꝫ bñ legitimauit in iudicio q pcessus talis non iuuabit̃ per. d. c. detestantes. q nõ supplet legitimationes psonarũ, lz tñ iudicioꝝ solennia. lz iudices magne curie in hoc dubitarũt, ꝛ nõ
12 bene. Et subdit Bar. in. d. §. in vbo sine figura iudicij. † qõ quãuis possit pcedi sine figura iudicij vel iudicij solennitate requireret̃ citatio, q2 deus citauit Adaꝫ, dicẽs q propterea fuit reuocata snĩa lata ꝯ regẽ Robertũ qui nõ fuit legitime citatus. vt in. d. c. pastoralis. ꝛ requireret̃ ẽt q det̃ aliqualis petitio iscriptis, vel vbo in actis scribat̃. nã mulier corã Salomone dixit filius meus viuit ꝛc. c. afferte. de psump. Et sufficit q ipsa petitio sit ꝯnalis, lz nõ habeat oĩa requisita de iure ciui. l. j. in fi. de eden. Et ẽt sufficit si eius ꝯclo nõ sit legitime facta. l. j. ff. si mẽ. fal. mo. etiã si nõ petat reũ condẽnari, sed dicat reum cogi qõ fieri nõ dꝫ. l. ij. de execu. rei iudi. ¶ Nã vbi pcedit̃ sine figura iudicij valebit iudiciũ vbi fit sola facti narratio sine ꝯclusione, idẽ si ꝯclusio non est bñ apta. si tñ ex narratione potest cõprehendi quid actor velit. argu. l. j. §. j. de rei vxo. ac. Et sic sufficiat pnuntiari iuxta petita dũmodo qõ nõ sit tanta ineptitudo q tollat̃ dfensio reo. Poterit etiã sm Bart. opponi exceptio rei iudi. ꝛ finite ad pcessum, q2 est de iure naturali, ne bis iudicet̃ in idipsum. Tñ exceptiones que magis differunt ꝛ frustrant̃ cãm q̃ ipsam veritatem respiciat potest tunc iudex depellere. d. c. sepe. q2 nõ sunt de iure naturali, immo cõtrarie. Tñ litis conte. nõ requiritur, q2 est ciuilis solẽnitas quo casu primi actus qui fiũt legitimatis psonis quo ad certos effectus habebunt vim litis cõtesta. l. nihil. de pcura. Iteꝫ amputat̃ dilationũ materia ꝛ lites breuiant̃ nõ in tñ quin pbationes necessarie dfensiones nõ admittant̃. d. cle. Et valebũt etiã si fiant sine dilatione. ff. de cõmibus. l. vnius. §. cognitarũ. tñ dande sunt dilationes cõgruentes equitati qõ ius nõ auferat̃, nec reo defensio que ex equitate naturali pcedit. l. vt vim. de iusti. ꝛ iure. cũ si. Debent etiã cũ taliter proceditur testes iurare. l. iureiu. C. de testi. ꝛ dicta testiũ debẽt necessario ꝯcludere sicut in causis ordinarijs, sicut dr̃ in Daniele, ꝛ Susanna. vt no. in. l. testiũ. ¶ Nec requiret̃ pñtia partiũ in examinatiõe. sm Bar. in. l. si qñ. §. fi. de testi. lz Bal. ꝯ. vt. s. vbi de iure diuino debebit etiã fieri publicatio, q2 alias auferetur reo ius defensionis, q2 non posset testes impugnare ꝛ coꝝ dicta ꝛ auferetur defensio. ¶ Tñ non poterunt testes produci post didicita testificata, ne alter alteri isidietur. l. vt vim. de iusti. ꝛ iure. In quo aliqui errauerunt qui dicunt q in eorum curia proceditur sm veritateꝫ, ꝛ volũt recipere testes super eodeꝫ post didicita testificata qõ nõ potest hoc facere. ¶ Et hoc etiã seruata curia mercatoꝝ in qua non recipiuntur post didicita testificata etiam non petet actor a reo sibi edi instrumenta, quia est iure naturali ꝛ ciuili prohibitum. cle. qui accusare. de eden. non tamẽ requireretur conclusio in causa. d. l. sepe. quia solẽnitas ciuilis q semper cum iudici liquet potest sententiari, vt in sententia Salomo. regnum. iij. c. Nec etiam debet dari terminus ad allegandum debebit tamen citari ad sententiam. d. cle. sepe. sm Bar. qui dicit q requiretur citatio spãlis ad sententiã ꝛ nõ sufficiat prima citatio, vel alia ad procedendum. Nec requiritur sententiaꝫ proferri pro tribunali, ꝛ q feratur in scriptis. d. cle. q non est necesse de iure ciuili, nisi vt probare possit,

quia

quia assessori iudicis etiã si sit Papa vł Imperator nõ credit᷑.c.qm̃ ꝯtra de pba.ꝛ in cle.j.eo.titu. Et idẽ si nõ soluat᷑ solẽnitas.l.j.C.de sentẽ.q̃ est iuris ciuilis ꝛ non naturalis qđ valebit sñia.lꝫ al's secus, vt.l.furioso.de re iudi. ¶ Idẽ si ꝓcedente cognitione iudex iuberet res capi ꝛ distrahi pro debito.nam valeret sicut olim ante ius ciuile oia manu regia expediebantur.l.ij.de orig.iur.ꝛ Bart.dicit debere ꝓcedi,vbi sine figura iudicij ꝓcedit᷑,etiaꝫ dixit in ꝟbo videbit᷑.in fi. qđ si statuto dicat᷑ qđ in tali negotio procedat᷑ de facto vel ꝑ alia silia ꝟba,qꝛ tũc ꝓcedet᷑ manu regia si sicut olim ꝛc.sic oi solẽnitate ciuili remissa,nõ aũt qđ iura alterius aliquo mõ ledantur ꝯ equitateꝫ naturalẽ,nã non ꝑõt quis esse magis solutus legibus q̃ ĩperator,ꝛ tñ sua ptãs ad hoc extendit᷑.,iõ fuit cassata sñia in.c.pastoralis.de re iudi.
13 ꝓnunciãdo in quibusdã ꝯ naturalẽ rõneꝫ. † Et iõ lꝫ ꝟba sine figura iudicij videant᷑ ĩportare liberã facultatẽ debebit iudex seruare regulas iurisgentiũ ꝛ naturalẽ equitatẽ omissis solennitatibꝰ iuris ciuilis ẽm Bar.in dicta ꝗstitu.ad repri.qui vł glossare.d.c.detestantes.ꝙ soluꝫ attendit ꝙ debito nõ liqueat puta substãtia veritatis q̃ ꝟba excludunt ꝓcessuꝫ rigorosum a iure ciuili inductũ ꝛ dant formã procedendi equitate canonica,ꝛ ẽm rõnem iurisgentiũ.ẽm cano.in.c.dilecti.de iudi.ꝛ do.Anto.in.c.lr̃as.de iura.calum.vbi dicit ꝙ ista ꝟba excludũt etiã iuramentũ calũnie ꝛ solẽnitates iuris ciuilis veritatem negotij nõ tãgentes q̃ dñr apices iuris vt est peremptoriũ lit.ꝯtestatio solẽnitas stipulationis.vel si esset intentata actio directa ꝛ cõpetebat vtilis vel exceptio ordinis.ẽm glos.in.l.si mancipiũ.de euic.ẽm Bar.in.l.fideiuss.§.quedã.ff.man.ꝛ Bal.in.l.si pro ea.C.eo.titu.ꝛ glo.in.d.c.cũ dilecti.ꝛ vide decisionẽ rote.xxxij.qñ cã cõmittit᷑ substantia veritatis inspecta ꝙ nõ seruantur termini iuris nisi substãtiales.ad qđ facit qđ dixit Bald.in.l.nemo.C.de senten.ꝙ si princeps cõmittit cãm de ꝟitate ꝛ iustitia ꝙ intellige de veritate cui ius patrocinat᷑,ꝛ dixit in.l.iustitia.de iusti.ꝛ iur.ꝛ per ista ꝟba iustuꝫ ꝛ verum decidat non sit a iure discessum.argu.l.si qñ.de inoffi.testa.vbi vide pereꝫ,an teneat᷑ seruare ius municipale.Et tñ aduertẽdũ ꝙ And. de iser.in proemio ꝗstitu.vł facere drĩam inter solẽnitates iudicioꝝ ꝛ substãtialia.Ideo tpe regine Ioãne scđe fuit facta quedã declaratio qđ.d.c.detestantes,locũ hꝫ etiã in substãtialibꝰ iudicioꝝ cũ additione tali,dũmõ qđ sñia rite ꝛ recte proferatur que additio vł destruxisse.d.c.in hoc qđ dr̃ de sentẽtia rite ꝛ recte ferẽda,qꝛ lꝫ de sentẽtia nihil in eo.c.diceret᷑.tñ fit mentio de ꝓcessu supplendo oẽs solennitates omissas in ꝓcessu,ꝛ sic intelligit᷑ etiam suppleuisse solẽnitates
14 sñie. † qꝛ sñia est de ꝓcessu.l.ij.vt lite pẽ.ẽm Bal.allegantẽ Iaco.ꝯ but.in.l.in fraudẽ.de iure fis.in.d.l.ij.ꝛ in.l.actoꝝ ꝟba.ꝛ in.l.acta. de re iudi.ꝛ.d.c.qm̃ ꝯtra.ẽm Bal.in.d.l.ij.vbi dicit ꝙ appellatiõe actoꝝ ꝯtinet᷑.sñia.ꝛ sic per illã additionẽ requirit᷑ ꝙ hodie sñia proferat᷑ ẽm formã.l.j.ꝛ sequentiũ.de sen.ex peri.ꝛ hoc ꝑpter verbũ rite ꝛ verbũ recte,qꝛ vł includere ꝙ sñia nõ sit iniqua,nec ꝯ iustitiã,ꝛ interrogaui reformatores qui fecerũt hanc dictã additionẽ qui dixerũt fecisse,ne tota.l.obseruatio in iudicijs edita fuisset per.d.c.sublata. In quibꝰ bene aduerte,qꝛ sunt quotidiana,qꝛ aduocati procuratores faciũt clipeũ de.d.c.detestantes.in defendendo ꝓcessus ineptos qñ ꝯstat de veritate.de cuius intellectu vide.j.in sequentibꝰ capitulis.

SVMMARIVM

1 Barones an possint causas summarie cõmitere.Et qd in epo.nu.2.

c St tamen aduertẽduꝫ ꝙ per.d.c.detestantes. ꝙ prouidet in causis ꝓcedit reiectis solennitatibus iuris qñ cõstat de substãtia veritatis ꝑpter qđ caplm vt puto in regno hodie oẽs cause sunt summa-
1 rie per ꝓdicta oia.s.ꝓxime dicta.ꝛ cũ sunt summarie dico † qđ lꝫ barones non pñt de iure cõmuni cõmittere causas summarie,ꝛ de plano,vt not.Andr.de iser.in proemio cõstitutionũ.ꝛ in fi.qđ hodie ex quo per.d.c.sunt facte oẽs cause summarie qđ barones pñt causas summarie ꝛ de plano cõmittere,qꝛ causas sic cõmittendo vñr iurisditionẽ ꝯcessam in.d.c.in ꝓcedendo summarie excitare ꝛ nõ de nouo cõmittere,nec solẽnitates iuris ciuilis iam ꝑ.d.c.remotas tollere.ꝑ no.in.l.fi.§.dato.ff.a qui.app.nõ lꝫ.vbi si ꝑnceps mãdat ordinario ꝙ faciat actũ quẽ facere poterat aut ordinariã vł iurisditionẽ excitare ꝛ illũ actũ faciat autoritate ordinaria ꝛ non aliter.ad qđ facit.c.lꝫ.de offi.ordi.ꝛ no.in.l.j.§.pe.ff.de appel.ꝛ qđ no.in.l.sepe.de offi.ꝑsi.ꝛ in.l.j.C.qui ꝑ sua iurisdi.argu.l.ius ciuile de legibus.Et qa expressio eoꝝ que tacite insunt nihil operat᷑.l.iij.de leg.j.vbi dixit Bal.ꝛ in.l.si arrogator.de adop.de arbi.qui dedit legalẽ dilationẽ ꝙ nõ addit iuri cõi.ꝛ per ea q̃ habent᷑ in.c.lꝫ.de offi.ordi.ver.vbi si princeps cõmittit cãꝫ a qua si appellat᷑ appellatiõe remota nõ appellat᷑,qꝛ illa clausula reducit᷑ ad ius ꝑ id qđ dixit glo.in.c.j.de cõsti.in.vj.vbi sta

tutũ ꝯtinẽs idẽ ꝙ ius cõe est ius cõe,ꝛ sic talis cõmissio tanq̃ sapiẽs ius municipale introductum per.d.c.detestãtes,valebit.ar.ꝑdictoꝝ ꝛ idẽ vbi cã esset sui natura summaria,qꝛ si baro tũc illã summarie cõmitteret ꝙ valebit cõmissio,qꝛ vł iurisditionẽ excitare ꝑ supradicta ꝛ per no.per Moder.in.l.nemo põt.de lega.j.ꝛ ita cõsului in causa collectarũ sumarie cõmissa per baroneꝫ ꝙ valeat cõmissio.Citaꝫ
2 Cap.in alł.c.ij. † vbi dicit ꝙ eps põt cõmittere cãꝫ summarie qñ cã sui nã est summaria.qđ mihi vł veꝝ ꝛ nouiter inductũ p.d.c.detestãtes.ꝛ a nemine tactũ ꝙ.c.lꝫ solũ dirigat᷑ magne curie tñ regina Ioanna tempore reformationis rituum iussit in omni curia obseruari.

SVMMARIVM

1 Capitulꝫ detestantes an habeat locũ vbi est datus libellus ineptus ꝛ acta ꝛ processus sunt inepti.ꝛ numero.2.
3 In causis summarijs dꝫ plene liquere de veritate,nisi sit leuis causa.
4 Ineptitudo est quadruplex.
5 Ineptitudo actionis an vitiet sententiam,ꝛ numero.8.ꝛ.13.
6 Libellus in dubio vł productus super iure competenti libellanti.
7 Libello dato super dñio nõ põt pronuntiari in quasi dominio.
9 Actio inepta que dicatur.
10 Ineptitudo libelli vnde cognoscatur.
11 Libellus an possit suppleri per probationes concludentes,ꝛ per aptam probationem.
12 Mora per lapsum diei si sit narrata in libello.ꝛ in ꝓcessu sit probata mora per interpellationem tunc debet sequi condemnatio.
14 Princeps debet iudicare ẽm veritatem ꝛ non ire per ambages.
15 Citari debet pars ad sententiam principis.
16 Princeps potest suam sententiam corrigere.

1 a N dictum † caplm detestãtes ꝙ vult ꝓcedi in causis nõ seruatis solẽnitatibꝰ iuris ꝟitate inspecta hẽat locũ vbi,est datus libellus ineptus,ꝛ acta ꝛ ꝓcessus sunt inepta,ita qđ nõ obstãte ineptitudine ꝓcessus si ꝯstat de veritate possit ad sñiaꝫ ꝓcedi.dic ꝙ Bar.in ꝗsti. ad reprimẽdũ.in verbo sine figura iudicij.dicit ꝙ põt ad sñiam ꝓcedi vbi est cã cõmissa sine figura iudicij.dummõ nõ sit talis ineptitudo ꝙ tollatur defensio reo ꝙ esset qñ petitio vel libellus actoris fuisset ita obscurus ꝙ nõ potuisset reus deliberare vel rñdere.ꝛ cum nõ ꝯtinet rẽ ꝛ cãm.ꝛ reus ꝯtradiceret.vt in.l.j.de lite ꝯtest.ꝛ actor non declarasset.nec in ꝓcessu ꝓbasset cãm.l.j.C.de sen.q̃ pro eo.ꝛ.l.j.§. si quis argentũ.ff.depositi.ꝛ.l.j.de eden. ¶ Nã quãuis in hmõi causis vbi ꝓcedit᷑ sine figura iudicij,ꝛ sine ordie in solẽnitatibꝰ iudicioꝝ sufficiat dari qualẽ qualẽ simpliceꝫ petitionẽ vel ꝟbo in actis petere vel incipere a positionibꝰ,vel inferre citationẽ pro simplici petitione ꝛ põt.vt not.glo.in.l.qđ.ꝺ priui.scho.lib.xij.vbi citatio potest loco petitionis offerri.vt.s.dictum est.ꝛ in.d.cle.sepe.ꝛ Bal.in.d.§.de plano.tñ ista simplex petitio nõ dꝫ deficere in substãtialibꝰ,vt dictis iuribus.ꝛ in.l.in reꝫ.de rei vend. ¶ Vñ distinguo qđ aut est ineptitudo solennitatis forme libelli ꝛ ordinis iudiciarij,aut est ineptitudo in substãtia libelli,seu petitionis seu iudicij.ꝑmo casu.d.c.detestãtes
2 suppleret.vt.s.dictũ est in ꝓcedẽtibꝰ qõnibus. ¶ † Vñ qñ libellus seu petitio est ineptus rõne forẽ etiã ꝓcedat iudiciũ.p.c.detestãtes. qđ vult solũ inspici substãtiã veritatis.ꝛ ꝑ ea q̃ no.Bal.in.l.cõnenticulã.de epis.ꝛ cle.ꝛ in.j.ꝗstitu.C.§.qbꝰ.vbi dicit qñ ꝑpostero libellum,vt qꝛ peto talẽ cogi ꝛ ꝯdemnari ꝛc.ꝯ formaꝫ.l.j.de execu.rei iudi.ibi Bar.idẽ tenuit.ꝛ cano.Anto.de bu.in.c.examinata.de iudi. vel si in realibus detur libellus qui ꝯcludat parti ꝛ non iudici.l.barrum.si serui.ven.ꝛ in.l.sicuti.§.si querat᷑.Naꝫ poterit cõdẽnatio sequi,vt in.c.nouit.de offic.iud. ¶ Vel si sit oblatus libellus in ciuili sine ꝯclone ꝯ.l.fi.de fideicõ.lib.iuuabit per.d.c.detestantes rei ꝟitate ꝓbata. ¶ Et idẽ si petat᷑ id qđ est in solone cum debuerit peti id qđ est in obligatione.vt dicit Bart.in.l.si stipulatus sim.x.mille.de solu.naꝫ etiã puto qđ iuuabit ꝓcessus.per.c.detestãtes ꝟitate probata. ¶ Vel ẽt si in libello essent ꝟba trãsposita qꝛ non preiudicant veritati.vt no.Bart.in.l.qdã.de pecu.lega.vel qꝛ alr̃ sit formatus libellus q̃ formari debuerit,ꝛ ꝗnalr̃ in oi actione in qua dat᷑ certa forma si inepte actuꝫ fuerit illud.c.detestantes ꝓuidet vt ꝓbata veritate ꝛc.naꝫ illud caplm reducit totã obseruãtiaꝫ iuris cõis circa formã libelloꝝ ad ius canonicũ.ẽm qđ nõ requirit᷑ nomen actionis in libello,sꝫ ꝓcedit᷑ ex eqtate.vt in.c.dilecti.de iudi.vbi sufficit iustitia naturalis resultans ex causis sine actione.ẽm Bal.in.l.fi.de edic.diui.ꝛ reducit ad tps quo actiões nõdũ erant inuẽte ꝛ manu regia.i.ꝑtãte regia oia exercebant᷑.vt dic᷑ Bar.in.d.ꝗsti.ad repri.i ꝟbo sine figura iudicij.vt.s.est tactũ.Et idẽ ẽt dic᷑.d.Ant.de but.in.d.c.dilecti.de iudi.qđ de iure cano.nõ est necessario actio edẽda in libello,sꝫ sufficit

equitas iurisgentium, ꝛ sic vr̄ per ius Cano. reduci ad illaz equitatez iurisgentium, que suberat anteq̄ foret ius ciuile, q2 ex sola naturali agebat̄, ꝛ factuz simpl'r pponebat̄ ꝛ manu regia iustitia ministrabat̄. d. l. ij. de orig. iur. ad qd̄ no. Innoc. in. c. q̄ in ecclesiarū. de ɔstitu. vbi etiā Ioā. de imo. ꝛ de imu. ecclesia. q2 pleriq3. vbi etiā dicit d. Ant. de but. qd̄ ꝟba in cōmissionib' posita qd̄ procedat̄ pure, ꝛ simpl'r factuz inuestigando excludunt processum rigorosum a iure ciuili inductum, ꝛ pcedēdū est ex sola equitate. Et idē Bal. in. l. nec quicq3. §. de plano. de offi. proconsu. † vbi dicit not. qd̄ in causis summarijs d3

3 plene de veritate liquere. l. hec autem. §. j. quib. ex cau. in pos. ea. ℭ Nisi sit leuis culpa ad trebel. l. ille. §. j. dicēs qd̄ iudex qui cognoscit sine figura iudicij nō pōt ius partis ledere sicut qn̄ oīa manu regia gubernabant̄. ℭ Et vt apertius loquamur in hoc puncto, an dictum. c. tollat ineptitudines, vt constito de veritate possit iudex pronuntiare. l3 libellus sit ineptus. ℭ † Et aduertenduz qd̄ ineptitudo

4 est quadruplex. pma est rōne solēnitatis omisse in libello criminali. de qua in. l. libelloꝝ. de accu. ꝛ de hac. ī. tāget̄ ꝛ in ciuili. c. j. de libel. obla. Alia est ineptitudo foꝛe respectu narrationis ꝛ cōclusionis qn̄ narratio nō pportionat̄ ɔclusioni, vt q2 dicit se dn̄m, ꝛ ɔcludit ad dāduum, vel dicit se possessoꝛē ꝛ ɔcludit ad restitutionē dominij que viciant libelluz. l. j. §. vt in pos. ꝛ. c. examinata. de iud. quo casu puto qd̄ prouisum sit. per. c. detestantes, vel vbi agit̄ vtili actione natiua ꝛ nō fit mētio oblationis vn̄ nascit̄. Bal. in. l. ex legato. vbi etiā Ange. C. de leg. Et idē puto vbi libellus eēt ineptus respectu cause ꝛ actionis vt q2 ago ꝯ messoꝛes ꝛ narro me locasse, petendo illuz cōdemnari ex locato q̄ non cōpetit ꝯ illum, sed pdictis verbis ex illo edicto si mes. fal. mo. dixe. Et idē qn̄ est ineptitudo circa actionē ꝛ peto condemnari per officium iudicis illud iploꝛando q2 nō psupponit obligationem. l. si per collusionez. de act. empt. q2 tunc saluat̄ ꝛ vr̄ intentatum officiū deseruiēs, l3 Iaco. bu. in. d. l. barū. si serui. ven. ꝛ. l. iiij. de vsu. Uel libellus esset ineptus respectu mere solēnitatis deficiētis ꝛ apparentis ex eius serie. Et idē vbi libellus est aptus ex cā agendi sed in actione est ineptus, vt q2 dico me dn̄m, ꝛ peto cōdemnari ad restitutionez actione ex locato quo casu si cā probet̄. † ineptitudo actio-

5 nis nō vitiat sn̄iam ɓm Inno. in. c. examinata. ꝛ Spec. in titu. de act. persequit̄ ꝟsi. hec quoq3. vbi etiā t3 Ioā. and. qd̄ valet sn̄ia, q2 inutilis adiectio nō vitiat, tn̄ si ab initio opponit̄. §. de ineptitudine, ꝛ illaz agens nō remouet repellit̄. ꝛ idez t3 Cy. in. l. j. vt que desunt. tn̄ Hostien. in. d. c. examinata. ꝛ Anto. de but. t3 ɔtrariuz per not. per Cy. in. l. ij. loca. vbi qn̄ locatoꝛ narrat ex locato, ꝛ petit ex ɔducto, non d3 audiri, q2 agit ex actione, ꝛ non ex sola cā circūscripta actione. l. ij. §. deinde. de orig. iur. alias supfluo fuisset introducta actio si sola causa sufficeret. Bar. vero in. l. j. de eden. t3 qd̄ iudiciū valet, q2 si actionez nō expressisset teneret iudiciū. ergo tenebit si ineptā expressit. per. l. j. §. j. de rei vxo. act. Et non ob. in. l. j. si mes. fal. mo. dixe. qd̄ ibi erat actio ꝛ cā inepta ɓm Bal. In quo casu puto per. d. c. detestantes sic prouisuz q2 valeat sn̄ia, q2 ista nō ɔcernūt veritatē negotij, sed apices iuris ciuilis. Et idē in oī casu in quo libellus esset ineptus ex actiōe, ꝛ possit quoquo mō pportionari cāe intentate, l3 ipropꝛie non valet sn̄ia, q2 libellus est latissimi iuris. l. si quis intētione. de indi. ℭ Et si dico deposui penes te libꝛuz quare peto te cōdemnari ad restitutionem. Nam deponens eo q2 deposuit non intentari vendicationē, sed q2 dn̄s depositus pōt pportionari dominio, iō pōt sup deposito pronuntiari. ɓm Specu. in titu. de act. ꝛ peti. §. hoc quoq3. facit qd̄ dixit Specu. in titu. d offi. iud. §. idē seruit. vbi qd si petit̄ vsusfructus rei q̄ vsu ɔsumit̄, ꝛ debeat peti vsus q2 poterit pronūtiari sup vsu, q2 quoquo mō libellus pportionat̄ saltē in larga significatiōe. l. si poss. §. fi.

6 de iureiurā. † nā in dubio vr̄ libellus ɔductus sup iure cōpetenti libellanti. ɓm Inno. in. c. ceteruz. de iudi. Ideo si detur libellus super aliqua actione simplici vr̄ intentata vtilis vel directa, que libellant cōpetebat. adde not. per glo. in. l. si mater. §. an eadē. de excep. rei iudi. ꝛ Cy. in. l. vbi pactū. de transac. tamē Bar. in. l. j. ff. de act. ꝛ obli-

7 ga. † dicit qd̄ dato libello super dominio nō potest pnūtiari in quasi dominio l3 Inno. dicat qd̄ in dubio videt̄ deductū directum in. d. c. examinata. dicit Bar. in. l. stipulationes nō diuidunt̄. versi. sed circa libellum debere intelligi ɓm illum modum qui magis facit pacto re. ꝛ tenet Inno. in. c. cōquerente. de offi. oꝛdi. vt dicat se dominū intelligatur etiā de quasi domino. Licet Ant. de but. dicat in. c. examinata, qd̄ hoc sibi nō placet ratione cōtrarietatis. ꝛ si dicat se possessorem, intelligatur quasi possessoꝛ. ɓm Guil. in. l. sed si possessori supra allegata. ad q2 Inno. de reb. eccle. ꝛ Bart. in. d. §. an eadem. ꝛ Cy. in. l. j. de iure emphi. ꝛ Bar. in. l. si olei. C. loca. ꝛ in. l. scire. in fine principij. de verbo. obligatio. licet aliter dixerit Specu. in titu. de act. ꝛ peti. §. sequit̄. ver. hoc autē. Et vide dominos de Rota cōclusione. clxxij. ɓm dominum Antonium in. c. examinata. ℭ Ubi aūt libellus nō est ineptus in substantia actionis, sed in qualitate sola, q2 narratio ꝛ conclusio cōcludit ad actionē directam, ꝛ cōpetit sibi sola vtilis vel ecōtra. ꝛ super libello pbata est sola vtilis. glos. in. d. §. an eadem. ꝛ Cy. in. l. j. de actio. ꝛ obli. ꝛ Spe. in. d. §. sequit̄. ver. in summa. ad fi. tenet q2 nō potest sequi sententia pro actore quasi petitio sit inepta ꝛ sequat̄ absolutio. per. l. j. §. j. si mes. fal. mo. di. ℭ Ideo actoꝛ debet exprimere quā ipsarum intētat, nisi ex causarum expressione, ꝛ modo proponendi appāreat q̄ intentat, nisi aliud videat̄ iudici ex circūstantijs. ad q2 no. Bar. in. l. emptoꝛ. de here. vendi. qui dicit q2 nunquā quis videtur agere velle actione cessa nisi de cessione faciat mentionez. Bar. in. d. l. j. dixit q2 si libellus h3 ita lata ꝟba q2 intentata directa possit cōpꝛehendere vtilez interpretatur illam deduxisse secus si verba libelli nō sint pportionabilia vtili, quia libellus a principio est ineptus ꝛ nō profert sentētia sup illo, tn̄ Bar. ibi facit differentiaz in reali vel personali. ꝛ in. d. §. an eadē. Spec. vero in titu. de senten. prono. §. qualiter. versi. quid si lis. in fi. tenet q2 sn̄ia pōt ferri super vtili qa ex quo liquet de debito nō est locus alijs ɔiecturis, qa est notoꝛium. alleg. l. pꝛimam. de priuile. credi. ꝛ gloss. in. l. j. in fi. ff. si mes. fal. moduz dixe. ꝛ plus dixit ibi Specu. in. d. versi. qd̄ si lis. qd̄ si ago actione depositi ꝛ probaui cōmodatuz quod potest sequi sn̄ia, quia constat de debito cōmodati per dicta iura supra allegata. Tn̄ Anto. de but. in. d. c. examinata. tenet contra quia super nō deducto etiaz si constaret per confessionē nō posset ferri sentētia. ꝛ hoc tenet Joan. and. in titu. de actio. ꝛ petitio. §. sequitur. versi. hoc quoq3. Et hoc vr̄ tenere Specu. in titu. de testi. §. sequitur. versi. sed pone egi. vbi qn̄ agitur ex mutuo ꝛ probat̄ confessio mutui si potest sententia ferri pro actore. ꝛ vide in. d. decisione. clxxiij. ꝛ in. l. ij. si certū peta. ℭ Et similiter dico q2 ex quo ista sunt d apicibus iuris ciuilis, qd̄. c. detestātes, puidet dari sn̄iam p veritate pbata, vbi potest propoꝛtio

8 fieri. vt supra † vbi aūt libellus est ineptus rōne inepte intētionis, vt q2 narratio ꝛ ɔclusio libelli sunt apte sed respectu facti deficit intentio, vt q2 narro titium possidere, ꝛ dico me dn̄m, ꝛ peto ipsum condēnari ad restitutionez possessionis. hic libellus ab initio procedit sed cōstito, ꝛ factis pbationibus q2 intentio sit inepta, q2 ille non possidet, sed ego vel alius reijcit agens, ꝛ pnunciat intentionē nō teneri.

9 vt in. c. examinata. de iudi. ℭ † Dicit̄ enim intentio inepta qn̄ actio apte pponit̄, ꝛ nō cōpetit cōtra illum ɔtra quez dirigit̄, quo casu est actio inepta, ɓm Cano. in. d. c. examinata. Uel qn̄ ɔstat de iniustitia agentis qd̄ est qn̄ apte narratur. Et inde detegit̄ ineptitudo in pbationibus, tunc est ineptus libellus in intentione, ꝛ pronuntiabit non tenere intentionem, ꝛ erit interlocutoria. ɓm Joanem in. c. examinata. ꝛ Specu. in titulo de officio iudic. §. deseruit. versiculo in prolatione, ꝛ poterit aptam deinde pponere. Licet dominus Antonius dicat qd̄ erit diffinitiua. ℭ Et idem vbi haberet defectum iuris agēdi, ꝛ impossibilitatis instantie, vt quia agit filius contra patrez. l. lis nulla. de iudic. tunc non teneret sententia lata super inepto libello. ℭ Idem si esset ineptus ex causa notoꝛie actionis deficientis. c. inter cetera. de iudic. de appellatio. capi. sollicitudine. §. si vero. Secus si non esset notoꝛia. de inofficioso testamento. l. si quis posthumus. ꝛ. l. cum putarem. familie ercisciunde. ꝛ glosa institu. de obliga. in principio. Et idem vbi esset libellus ineptus in substantia actionis que non competeret per supradicta iura. ꝛ vbi vnū intētatur ꝛ aliud probatur, vt q2 peto medietatem fundi ad me spectantem pro diuiso. ɓm Feder. de Senis, consilio. cliiij. q2 non potest in alio q̄ in petitione condemnari. l. vt fundus. cōmuni diui. qui dicit q2 super petitione pro diuiso non potest cōdemnari super indiuiso. ꝛ facit inst. de actio. §. si quis. vbi si quis petit aliud p alio reus absoluitur, ꝛ variata re dicit̄ variari causa agendi. l. si mater. §. fin. ꝛ. l. si quis custotum. de except. rei iudi. ℭ Tamen in hoc vltimo de diuiso ꝛ indiuiso puto q2 per. c. detestātes, possit sequi cōdemnatoꝛia, q2 potest proportionari per supra alleg. ꝛ dicit Bal. in. l. edita. de edem. q2 libel-

10 li ineptitudo † ex forma actionis deficiētis cognoscitur, ꝛ est visibilis, vt si ago pro re quā dico esse meā. ꝛ pbatur q2 est sacra, vel si ago ex pmissione que postea apparet nuda, tūc sequit̄ absolutio. ℭ Nā probatio sequens detegit ineptitudinē libelli vt egi expresse furti nō manifesti. ꝛ probet̄ furtuz manifestū ꝛ pronuncietur in quadruplo, q2 sententia nō valebit, q2 lata sententia nō valebit in diuersa actione, ꝛ lite non cōte. secus contra q2 actū esset furti manifesti ꝛ sentētiatum in duplo, q2 maioꝛ sententia includit minoꝛē. de edil. edi. l. bouem. §. aliquādo. ɓm Bal. ibi qui etiā dicit q2 materia libelli cōstat ex causa ꝛ ex re, ꝛ ex causa facti ꝛ iure. puta cōtractu obligatiōe vel iure diuino que si habēt inter se cōsonantiā libellus est aptus. si habēt dissonantiaz libellus est ineptus. l. ij. §. circa. de doli exceptio. Et dixit Bar. in. l. j. ff. de eden. q2 si probatio sit apta ꝛ libellus ineptus non pōt sequi condemnatio pro quo. l. habebat. de insti. q2 requiritur quod probatio concludat cum libello limita ꝛ declara. vt. s. est dictu in. ꝛ. j.

11 dicetur. ℭ † Et aduertendum q2 licet de iure cōmuni libellus non possit

possit suppleri per probationes cōcludentes ⁊ per aptam probatio-
nem. vt no. Inno. ⁊ Joan. and. in. c. examinata. de indi. ⁊ per not. per
Specu. in titu. de offi. indi. §. deseruit. ver. quid si libellus. dicentem
qđ vbi libellus est ineptus ⁊ ꝓbationes apte iudex nō pōt ꝓ actore
supplere, nisi pars esset ꝯcessa. per. c. pisanis. de restitu. spo. ⁊ Bal.
in. l. j. de iuris. om. ind. ⁊ l. quoties. in fi. C. de iu. ⁊ idē Bar. in. l. j. ff.
si mes. fal. mo. Tū istud puto ꝙ sit per. d. c. detestātes, emendatū in
regno, ꝙ si cōstat de veritate iudex non obstante ineptitudine libelli
possit sniam ꝓferre, nisi esset ineptus rōne inepte intentionis, vel qa
vnū petitū ⁊ aliud probatū. vt. s. proxi. c. ¶ Tū aduertendū, qꝛ ho
die plerūqꝫ in libellis ponitur in fine illius clausule petens sibi insti-
tiam ministrari. que clausula saluat ⁊ ampliat libellum sine actione ⁊
supplet defectū ineptitudinis petitionis ⁊ processus ſm Inno. ⁊ Jo
an. and. in. c. ij. de or. cog. ⁊ Bal. tenet in. l. j. ð excep. rei iu. ⁊ Inno.
in. l. si cū nulla. ff. de re iudi. Uel etiā vbi esset libellus generalis qui
possit cōprehendere ⁊ adaptari probatis, ⁊ reus non petijsset decla-
rari, ſm Bal. in. l. edita. de eden. qui etiā dixit in. l. ij. C. de or. cog.
ꝙ illa clausula intelligit᷑ de iustitia ſm qualitatem probandoꝝ. ⁊ vbi
diceretur in libello qđ petit iustitiam administrari omni via iure et
modo ⁊c. tunc vr̄ omne ius suū in iudicio deduxisse. per. l. fi. de an-
na. ex. Et dixit Bar. in. l. vinū. ff. si cer. peta. ꝙ per ista verba vr̄ in-
ductū etiā ius consuetudinariū. ⁊ hoc tꝫ Inno. in. c. dilecti. de offi.
Archi. ⁊ Bal. in. l. gn̄aliter. de epis. ⁊ cle. ⁊ Inno. in. c. certificari. ð
sepul. ¶ Et operabit᷑ etiā ꝙ si fuit actū vna actione, puta rei ven. et
in processu iudicij probat᷑ de cōmodato fertur sententia ꝓ actore. ſm
Specu. in titu. de prolationibus snie. §. qualiter. vel qđ si lex. vbi di-
cit Joan. and. in addi. ꝙ summa equitas ex quo debito constat ꝙ ex
eadē instantia fertur snia, lꝫ alia actio fuerit deducta. Qđ est verum
ſm cano. in. c. examinata. de iudi. qn̄ verba libelli sunt lata. ⁊ facit qđ
dixit idē Specu. in titu. de obli. ⁊ solu. ⁊ sequitur versi. quid si libel
lus ꝙ quis vr̄ petere id qđ de iure petere potest ⁊ eodē ordine ⁊ iu-
re quo a iure permittitur. quē Bal. sequit᷑ in. l. sancimus. de sacro-
san. Et facit qđ singulr̄ dixit Bald. in. l. vinum supra alleg. ⁊ in. l. ij.
12 eo. titu. † ꝙ si in libello sit narrata mora ꝑ lapsum diei, ⁊ in processu
sit probata mora per interpellationē quod debet sequi condemnatio.
¶ Licet in ꝯtrariū faciat qđ dixit idem Bal. Cy. ⁊ Jaco. but. in. l.
⁊ si seuerior. de infa. ⁊ in. l. ij. C. de proba. vꝫ ꝙ si quis egit. l. iul. ð vi
priua. ⁊ probauit de publica cum armis qđ reus dꝫ absolui, nisi esset
probatum per confessionem per. c. pisanis. de resti. spo. qꝛ iste proba
tiones sunt lite non ꝯtestata recepte. l. denunciasse. §. quid tamen. de
adul. Licet Bal. ibi pro ⁊ ꝯtra multa dixerit. Licet Guil. in. §. pena
grauior, dicat qđ si agatur de percussione cum sanguine ⁊ probetur
sine sanguine vel de vi publica ⁊ probatur de priuata qđ dꝫ condem-
nari in eo qđ est probatum que cum dubia sint consueuit in crimina-
libus apponi clausula in fi. inquisitionis, sup quibus omnibus, ⁊ coꝝ
singulis cum oibus dependētibus emergentibus ⁊ cōnexis ex eis et
prorsus extraneis petit iustitiā ministrari ⁊ puniri ⁊ condemnari ⁊c.
cuius clausule virtute, lꝫ nō sit probatū delictū ita qualificatū. vt fuit
deductū sequeret᷑ condēnatio. per no. per Bal. in. d. l. ij. vbi dixit ꝙ
ista clausula operat᷑ ꝙ nō vr̄ agi connexe sed diuisim. Et dixit Bar.
in ꝯsilijs suis ꝯsilio nono. ꝙ ista talis clausula operat᷑ ꝙ procedet᷑ ad
cōdemnationē illoꝝ de quibus actū non fuit, qꝛ iudicis officiū latis-
simū est. l. j. de iuris. om. ind. q̄ colligunt᷑ ex no. in. c. per iquisitionē.
de accu. tangit etiā Bal. in. l. etsi seuerior. de infa. ⁊ Ange. in. l. si va
cantia. de bo. vac. ⁊ dixit Andre. de Iser. in ꝯstitu. regni, si quis dā-
na clandestina, ꝙ si inquisitio est facta ð vno crimine, ⁊ probat᷑ aliud
crimen connexū qđ sequit᷑ punitio, secus si nō sit cōnexum. Et dixit
Bal. in. d. l. ij. ꝙ qn̄ dr̄ in inquisitione qđ petitur reus puniri ſm for
mam. l. ⁊ statutoꝝ vr̄ intentari omnis lex ad vindictā ⁊ vna intentata
alie sunt frustra. que omnia not. qꝛ quotidiana ⁊ seruiunt quotidie in
13 sindicatu officialiū ad excusationē iudicum. ¶ † Et inquantū supra
tangit᷑ qđ ineptitudo libelli de iure ciuili ꝓcessum vitiat ⁊ nō potest
suppleri per apertas ꝓbationes. Adde ꝙ istud hꝫ locum corā iudi-
cibus iferioribꝰ nō aūt corā principe vel eius cōsistorio in quo inepti
tudo q̄ vitiat corā alio iudice nō vitiat corā principe. Et singulr̄ dixit
14 Bal. in. l. emilius. ff. de mino. † qꝛ princeps dꝫ iudicare ſm veritatē
⁊ nō ire per ambages. per text. in. c. ad petitionē Gualte. de accusa.
vt dicit idē Bal. in. c. j. de forma fide. qꝛ non tenet᷑ princeps seruare
ordinē iudicioꝝ in procedēdo ſm Inno. in. c. in causis. extra de re iu
15 di. q̄ Bald. refert in. c. j. si de inuesti. lis ori. † Debet tn̄ pars citari
ad eius sniam. l. fi. de legi. qꝛ est iuris naturalis. c. pastoralis. de re iu
di. Et dixit Bal. in. d. l. fi. ꝙ corā principe requiritur examinatio ⁊
ventilatio veritatis, qꝛ veritatis inquisitio est de iure gentiū, qui licet
non teneatur obseruare solennitates legales tn̄ obseruantia iurisgen-
tium nō debet deesse, qꝛ pertinet ad naturalē equitatē. per text. ibi, in
verbo cognitionaliter. qꝛ ad ipsū spectat ſm ꝯscientiā iudicare, ſm

Bart. in. l. j. C. vt que desunt. Et ita iperator fecit in. d. l. emilius. Et
ita etiā iudicat vt deus ſm Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. Et iudicat
plerūqꝫ ſm bonam equitatē q̄ sibi vr̄ vt dixit in. l. pn̄i de his qui ad
eccle. cōfug. inde dixit Hostien. in. d. c. ad petitionem. ꝙ nulla iuris
subtilitas obstat processui pape vel principis ex quo veritas coram
ipso probatur. ſm Joā. an. in. c. cum olim. de priui. ⁊ l. fi. ⁊ de fidei-
com. liber. ⁊ l. vt fundus cōmu. diui. non habēt locū in Papa ⁊ Im
peratore qui sunt supra legē. ⁊ cognoscendo in causis possunt vltra
petita pronuntiare ſm Joan. and. in. c. cum inter. de ꝯsue. ⁊ in. c. cū
super. de exces. prela. ⁊ etiā sine lite conte. c. j. de litis cōtesta. in fi. ꝑ
Joan. and. ⁊ Inno. in. c. constitutus. de reli. do. ¶ Ideo quantū ad
principē ⁊ eius ꝯsistoriū nō fuit necessaria prouisio. c. detestan. qꝛ ibi
iudicat᷑ ſm substantiā veritatis ⁊ nō curat᷑ de solēnitatibus iudicioꝝ
inductis a iure ciui. qꝛ iura ciuilia in ꝯsistorio principis allegant᷑ non
ꝓ autoritate sed pro rōne ſm Bal. in titu. de pace iura. fir. §. iniuria.
qꝛ vbi princeps scit veritatē nō dꝫ ire per ambages ſm Bal. in. c. ij.
de noua forma fide. vbi dixit ꝙ quicquid facit ꝑnceps vt deus facit.
in auc. de here. ⁊ fal. in princi. ⁊ deus veritas est. c. cū testes. de testi.
⁊ ideo nō fallit neqꝫ fallitur. l. fi. de ponde. auri. ſm Bal. ibi. ¶ Nā
alia multa sunt specialia in cōsistorio principis in iudicialibus, qꝛ ibi
causa appellationis introducta non currunt fatalia. auc. sed lis. C. de
appel. ⁊ Bar. tangit in. l. j. de lib. dimi. Nam etiā coram ipso agitur
ex nudo pacto ſm cano. in. c. que in ecclesiarū. de consti. Et vbi ipse
incipit de causa cognoscere omnibus silentiū imponitur ſm Inno.
in. c. cum M. de ꝯstitu. Et si causam delegat ordinarius non potest
de illa se intromittere. Bal. de pa. iur. fir. §. ad hec. ⁊ l. vt cum. §. ex
facto. ff. de mino. vbi dr̄ qđ qn̄ in negotio princeps manū apponit ni
hil pōt inferior in illo negotio, vt dixit Inno. in. c. vt nostrum. ⁊ in. c.
intimasti. extra de appel. Et dixit. d. And. in. c. cū olim. de priui. ꝙ
papa citando aliquē ad decisionē negotij totā causam aduocare vr̄,
lꝫ ad eū nō sit legitime ðuoluta ꝑ. c. pastoralis. §. pen. de offi. delega.
16 ¶ † Itē potest princeps suam sententiā corrigere. c. cū olim. de re
iudi. ⁊ Bal. in. l. ij. de serui. ⁊ aqua. iudicioꝝ ordinē peruertit. d. c. in
causis. Et solus restituit aduersus sententiā sui vicarij vel delegati.
Bal. in. l. ij. si aduersus rem iudi. Et iudicat in facto proprio. l. pri.
de his que in testa. dele. qđ facit ex suprema ptāte in quo fungit᷑ vic.
dei. ſm Bal. in. l. cū antiquioribus. de iure delib. Tū melius faciet
si causam delegat alicui, ⁊ se illi summittat. ſm Cy. in. l. ij. C. de edē.
⁊ habet᷑ in cle. pastoralis. de re iudi. Nam etiā equitatem nō scriptā
preferre potest in iudicādo rigori scripto. l. j. de legi. ſm Bal. in. l. j.
de iure au. annul. ¶ Itē si minister dei est in terris, ⁊ debet sibi obe
diri. l. inter claras. de sum. tri. ⁊ in auc. habita. C. ne filius pro patre.
¶ Non tn̄ qn̄ aliquid ꝯ conscientiā mandat, qꝛ tunc non est sibi obe
diendū in pace, nec in guerra. ſm Bal. in dicta auc. Etiam ab eius
sentētia nō appellat᷑, sed supplicat᷑ sibi auc. q̄ supplicatio. de precib.
impe. ⁊ l. j. de offi. ꝑfe. ꝑto. Et libellus datus principi habet vim in-
gressus iudicij. l. ij. C. qn̄ libe. princi. datur. qui non hꝫ locum in alio
representante principem. d. l. j. ſm Lu. in. l. quāuis. de in ius vocan.
¶ Item sua constitutio extendit᷑ ad preterita ⁊ pendentia. tex. singu
la. in auc. in medio litis. §. j. ⁊ in auc. vt cū de appel. cog. §. j. ideo con
siliarij consilij regni huius solent iudicare ſm veritatē ⁊ equitatem
naturalem qui habent supremam iurisditionem, quia consiliū prin-
cipem representat. Bal. in. l. humanū. de legi. ⁊ pronunciant in per-
sona regis ⁊ sunt illustres. l. quisquis. ad. l. iul. maiest. Et omnia que
supradicta sun de preeminentia principis in iudicando habent lo-
cum in rege regni huius qui in hoc regno est monarca ⁊ liber ⁊ ha-
bet iura imperialia ⁊ est ab Imperatore exemptus, ſm gloss. in pro-
hemio constitutionum. ⁊ licet in regno seruentur iura Imperatorū
est ex consuetudine ⁊ ex tacito consensu regum gloss. ibi, vbi dicit
Andr. de iser. ꝙ regnum fuit translatum in ecclesiam. cum. ll. impe-
ratorū, et dixit glo. quod papa contulit ei plenitudinem regie pote-
statis sicut erat penes ecclesiam, vb vide Andr. de dignitate regis
huius regni. Quia licet regnum teneat ab ecclesia tamen habet om-
nia regalia, ⁊ etiam. l. condere potest. quia papa nihil sibi seruauit,
vt ibi in concessionibus regni factis Carolo primo. ideo omnia que
dicuntur supra de consistorio habent locum in consilio regis huius.
Nam etiā ex antiquissima consuetudine semper in regno viguit cō-
silium regiū, ⁊ vsqꝫ ad diem hodiernū in quo semper deputati fue-
runt viri eminētissimi, nā ⁊ hi cōsiliarij, iudicantes, ꝑtermisso iuris
ordine, ⁊ ſm veritatem autoritate regia non tenebantur in sindicatu
tanquā peruertentes ordinem iuris in procedendo per predicta.

SVMMARIVM

1 Solennitates. l. libellorum. ff. de accusa. an suppleantur per. c. dete-
stantes. ⁊ nume. 5.

2 Locus ⁊ tempus an apponi debet in libello criminali. ⁊ nume. 4.
3 Reus an possit renunciare iuri pro se introducto.

1 a An per dictum † capitulū detestātes suppleant solennitates. l. libellorū. ff. de accusa. adeo q̄ possit ꝓcedi ad sententiā si constat de pura substantia veritatis. dic q̄ non, q: illud capi͂m loquit̄ in ciuilibus, vt in annali k. habet̄. Et dubiū facit, q: in criminalibus ꝓcedit̄ ad instar ciuiliū. l. absentē. de penis. ⁊ tñ in criminalibus nō supplet, quia in criminalibus vbi actiones famose intentant̄ ad vindictā sunt iste solēnitates legis libellorū de substantia libelli ⁊ cōcernunt ꝓbationes criminū ex pte actoris. vt. l. ptor edixit. de iniur. ⁊ in. d. l. libellorū. † qa locus, ⁊ tēpus in libello criminali apponi
2 dꝫ fauore rei vt melius possit cām suā defendere. ſm Bal. in. l. cum fratrē. de his qui. vt indig. ⁊ eo. ti. l. j. Et dixit idē Bal. in. l. j. C. vbi de pos. agi oportet. q̄ si accuso te, qa de tali mēse me turbasti in possessione rei mee sic confinate q̄ libellus nō ꝓcedit ratione incertitudinis loci maleficij. qa ista violentia pōt cōmitti etiā extra possessionem, ⁊ idē Bal. in. l. in causis. de accu. ⁊ in. l. mora. solu. matr. alleg. Joan. and. in titu. de accu. ⁊ Bal. in. d. l. libellorū. Et dixit idē Bal. in. l. ius ciuile. de insti. ⁊ iure. q̄ si in libello criminali non apponitur mēsis est ineptus, ⁊ nō pōt iuuari, sed de nouo agi adeo q̄ ꝓpter sui ineptitudinē nō interrūpit prescriptionē, nec etiā ꝯtestatur lis super eo. l. accusatus. de accu. Et q: locus tēpus ⁊ mensis debēt fauore rei apponi, vt possit se defendere ⁊ accusatio continet qd̄ te percussi nō poterit ꝑ me tunc negatiua probari per testes qd̄ alibi fui, tunc si nō adijciatur locus ⁊ mēsis, q: potero ꝓbare qd̄ tunc distabā a loco per tantā distantiā q̄ nō potuissem venire intra mensē criminis cōmissi a tpe quo testes me deserunt videre. ſm Joan. and. in nouel. in. c. ex tenore. de testi. vel poterit per reū ꝓbari qd̄ per totū illū mēsem fui infirmitate detentus qd̄ probat̄ per medicos. l. qui semel. de re mili. lib. x. ⁊ facit glo. sing. in. l. si ex pluribus. §. fi. de solu. scdm̄ Bar. ⁊ Ang. in. l. libellorū. Et sic cū ista solēnitas sit fauore rei introducta ⁊ ꝯcernat eius defensionē circa ꝓbationes nō videt̄ sublata. per. d. c. detestantes. vbi dicit cum tamen aliis debito modo liqueat veritas. Tamen si locus ⁊ tēpus nō apponit̄ in libello ⁊ reus hoc non opponat an ꝓcedat iudicium. ⁊ Bart. ibi dixit q̄ etiam reo non opponēte iudex concedit abolitionē ⁊ ꝓpter libelli ineptitudinem pronuntiare potest non esse procedendum, ⁊ idem Bart. in. l. edita. de eden. vbi Bald. dixit q̄ si reus non edit locum ⁊ tempus, ⁊ est processum super libello non continente locum, nec tēpus, libellus est nullus. d. l. libellorum. versi. q̄ si libelli. Nisi forte q̄ deficit in libello appareat suppletum per probationes vel confessionē, quia tunc iudex ex officio supplendo pōt maleficiū punire. per. l. cōgruit. de offi. presi. Qd̄ Bald. non concedit in testibus, sed in confessione. per. c. j. de accus. lib. vj. q: liqdato crimine nō dꝫ iudex reo vel actori abolitionē ꝯcedere. l. ꝗ̄uis. de adul. Subdēs q̄ parti facinorose liqdato crimine non
3 lꝫ de iuris apicibus disputare. alle. Inno. in. c. fi. de pur. ca. † Et sic dicit q̄ reus iuri ꝓ se introducto pōt renuntiare. Ubi et dixit Bal. q̄ oēs iste circūstantie loci ⁊ tēporis sunt deponēde quādo pars petit vel ꝓceditur per accusationē. per Inno. ⁊ Hostiē. in. d. c. fi. ⁊ no. in. l. prius. ad sil. Licet Bar. in. l. edita. teneat ꝯtra. Inn. in. d. c. fi. Quos Bal. reducit ad concor. q: Bar. loquitur de iure ci. ⁊ Inno.
4 de iure cañ. † ſm qd̄ non requirunt̄ iste solēnitates. iij. q. vij. libellorum. vbi Archi. lꝫ in cōtra. videat̄ tex. in. c. tue. de pcur. Que Bal. dixit ꝓcedere in accusatione criminali, ⁊ non quando procedit̄ per inquisitionē. per. gl. no. insti. de publi. iu. in prin. ⁊ vide And. de iser. in consti. regni. si dāna clādestina. vbi dixit q̄ crimina vndecūq; claruerint sunt punienda. ⁊ hoc etiā tꝫ Ange. in repe. l. si vacātia. C. de bo. vacā. per illam glo. que dicit q̄ solēnitas. l. libellorum, non dꝫ seruari in inquisitione. dicens ita tenere Inno. in. d. c. fi. ſm Ange. dicit qd̄ Jaco. but. dixit q̄ excepta inscriptione omnis alia solennitas est ibi seruanda dicens ita limitari debere. d. glo. ⁊ dictum Inno. l. non probari. qd̄ etiam dixit. Bald. in. l. edita. Et in. l. j. C. qui accus. dixit q̄ illa glo. habet locū in inquisitione generali non in speciali, aleg. Jaco. but. insti. de act. in prin. nisi in causa inquisitionis in crimine vsurarum suspecti mortis heresis in quibus inquiritur de crimine in genere non in specie, q: genus non circūscribitur loco, ⁊ idē Bal. in. l. fi. C. qui accu. in. l. per ea quidem. ⁊ Bar. ad repr. in ver. inquisitione. dixit q̄ in denuntione capitali etiam debet poni locus ⁊ tempus sicut in accusatione. Et vide omnino Bar. in. l. ij. §. si duplico. ff. de adul. vbi dixit q̄ Inno. in. d. c. fi. loquit̄ in inquisitiōe speciali quo ad personas, ⁊ generali quo ad delicta, ⁊ vbi non agitur ad puniendum aliquem sed ad remouendum ab officio. vbi Bar. hoc declarat. Tamen dicta. l. libellorum, non habet locum in delictis secretis. vbi non potest sciri tempus vt si producatur instrumentum rasum coram iudice in quo crimen est liquidum per falsam rasuram, ⁊ in similibus scdm̄ Bal. in. d. l. edita, ⁊ in. l. cum clericis. per Bal. de epis. ⁊ cler. ⁊ in. d. l. j. C. qui accu. Et sic in causa ignorantie procedet inquisitio generalis ⁊ specialis sine istis circūstantijs. Etiam dixit Bar. in. d. l. libellorū. ⁊ in. l. leuia. e. ti. quod habet locum in delictis leuibus. Et hoc etiam tenet Bal. in. l. edita. nisi quando intentantur cause criminales, vel criminales ciuiliter mote que sunt famose ⁊ competunt ad vindictam, ⁊ dolum arguunt vel interdictis quando agitur criminaliter. de quo per Bartol. in. l. pretor edixit. de iniur. ⁊ in. l. item exigit. de dolo. vbi Bal. ⁊ in. l. an eadem §. actiones. de exc. rei iud. ⁊ Barto. in. l. j. ff. de eden. ⁊ in. l. fi. de priua. deli. ⁊. l. j. ff. de excep. in. l. j. §. interdum. ff. vti pos. ⁊ in. l. j. C. de pos. per Bal. ⁊ in. c. j. qui. mo. feu. amit. ⁊ in. l. fi. C. de neg. gest. cañ. in. c. j. de libel. obla. ⁊ in. d. c. tue Et idem in notorijs in quibus proceditur velato velo, de quo per Bal. in. l. cum fratrem. de his qui. vt indig. vbi dicit quod in notorijs non requiritur locus, quia est notorius vt delictum, ⁊ tenet Sali. in. l. ea quidē. in Spec. in titu. de notorio crimine. Unde cū iste circūstantie sunt ponende fauore rei, vt in supradictis iuribus si non ponantur ⁊ reus protestetur ineptitu-
5 dine vel non consentiat absoluetur per predicta. † Ideo concluditur qd̄ per dictum. c. detestantes, non supplentur solennitates. l. libellorum. quia concernunt probationes, quia tex. d. c. dicit omnimodo super negotio liqueat alias debito modo. Et hoc seruat magna curia, quia non recipiuntur in ea libellus accusatorius nec denuntiatio sine predictis circunstantijs, nec etiā sine his dantur capitula. Tamen mihi facit magnū dubium si datur libellus sine istis circunstantijs vel capitula ⁊ reus opponat de ineptitudine ⁊ postea ꝓbetur ꝯtra ipsum de delicto ⁊ substantia veritatis delicti cōmissi per reum ⁊ reus nil in ꝯtrariū probet qd̄ possit puniri. q: constat de substantia verita. is ⁊ q̄ delictum cōmisit. per. d. c. detestantes. ⁊ que crimina vndecūq; claruerint sint punienda. xxiij. q. iiij. ecce. dicit And. de iser. in consti. reg. prima de defensis. in quo cogita bene, q: Bal. in. d. l. edita hoc bene sentit, vt. s. Et de istis circunstantijs in criminalibus. vide late And. de iser. in titu. de pa. tenen. §. si antē oibus. Et de generalitate libelli ⁊ de probationibus in eo factis latissime.

SVMMARIVM

1 Instantie lapsus an suppleatur per. c. detestantes.
2 Arbitrium habentes super bono ⁊ pacifico statu ciuitatis possunt statuere vt cause compromittantur.
3 Tempus triennalis instantie est odiosum.
4 Acta iudicij pereunt finita instantia.
5 Instantie prorogatio impetratur a principe.
6 Tēpora si sunt decursa ꝑ ꝓcrastinationē aduersarij ꝯcedit̄ restitutio.
7 Princeps potest vno verbo cassare sententias iudicum recte latas.
8 Ueritas est iustitie mater.
9 Cursus temporis non immutat substantiam veritatis.
10 Statutum tollens facultatem iudicandi ſm veritatem non valet.
11 Melius est sub iusto rege viuere q̄ꝫ sub iusta lege.

1 r Estat † vnū aliud ad dictū capitulū detestātes an suppleat lapsum instātie, ita qd̄ si iudex ꝓnūtiaret perempta instātia valeret sñia, ⁊ dico qd̄ dictū. c. nō supplet vbi instantia esset perempta. q: d. c. detestātes fuit factū ad amputandas lites, ⁊ vt executio iustitie cito fieret, ⁊ sic fauore publice vtilitatis, q: amputare licitā prolixitatē ptinet ad publicā
2 vtilitatem, vt in prima cōstitu. C. vbi hoc no. Bar. † Et dicit qd̄ habentes arbitrium sup bono ⁊ pacifico statu ciuitatis pñt statuere vt cause cōpromittant̄, q: pertinet ad publicā vtilitatē ⁊ pacificum statum ciuitatis vt lites amputent̄, ⁊ idem in. l. properandū. in princi. ⁊ in. §. j. de in. vbi text. qd̄ hoc est itroductū fauore publico, q: crimina oriebant̄ ex litigijs. Et iō dixit glo. qd̄ non pōt cōsensu partiū prorogari. vbi Bar. dicit q̄ non possit etiā cum iuramēto partium ꝯsensu prorogari instantia, ⁊ idē in. l. si quis pro eo. de fide. ⁊ Bal. de pace constan. in ꝟbo in ciuitate, q: iuramentū non firmat actum cōtra publicaꝫ vtilitatē, ⁊ idē Bar. in. l. scire. ad. l. fal. Et dicit Bal. in. d. l.
3 properandū. † q̄ tēpus instantie triēnalis est odiosum ⁊ eius abbreuiatio est fauorabilis. Et dicit idem Bal. in. c. si de feudo lis oriatur,
4 † qd̄ id qd̄ fit finita instantia ⁊ clausa iurisdictione non valet, quia fit a iudice incompetenti. argu. l. facta. ad trebel. in. §. si quis bonorū. ⁊ in. l. iij. §. impuberi. eo. titu. Finita instantia acta iudicij pereunt, vt. l. cum lite mortua. iudi. solu. vbi Bar. ⁊ Cy. in. d. l. properandum. Et inde dicit qd̄ sententia lata finita instantia nō valet nec tꝫ, q: lata fuit actis ⁊ sine instantia. glo. in. d. l. ꝓperandū. ⁊ Bal. per. l. scire opꝫ. §. ꝗ̄ñs. d excu. tu. ⁊ dic̄ Bal. d pa. ꝯstā. in ꝟbo in ciuitate. qd̄ talis sñia non

non nocet ꝛ solutū ex ea pōt repeti. Et dicit Petrus in.d.l. ꝓperādū. qd iudex puniť. Vñ cū dictū.c. detestātes, fuerit factum fauore iustitie vt eius executio diutius nō prorogareť si vellemus dicere qđ ꝓuidere in hoc eēt ꝯ mentē illius.c. qđ lites elongarenť ꝛ posset qñcunqꝫ causa agitari ꝛ ꝓnūtiari in infinitū qđ eēt absurdū p iam dicta, nec dictū capl'm in totū remoueť acta iudicij, qꝛ dicit dūmodo legitime cōstet de veritate, ꝛ sic requirit acta ꝛ terminos ꝓbatorios, qꝛ cū perēpta instātia sint termini extincti. vt supra merito snia nō valebit.

5 † Vñ practica est qđ a principe impetreť prorogatio ipsius instantie vt in ritu antiquo magne curie vicarie qđ incipit, item seruat magna curia, vt instantia qđ loquiť qñ in ciuili vel criminali fit prorogatio, vbi aūt instantia esset ex toto perēpta p lapsuꝫ triennij quo tp̄s vite instantie. ꝛ sic vita sua esset finita tūc supplicať principi qđ cuꝫ lis sit mortua qđ spm̄ vite insufflet. ꝛ det liti spm̄ vite, vt dicit glo. in.l. ab hostibus.§. sed qđ simpl'r. ff. quib. ex cau. ma. quā Bal. ibi no. in eadeꝫ.l.§. quoties. ꝛ Bar. in.l. ab hostib⁹.C. eo dicit ꝙ finita vita actionis pror insufflat spiraculuꝫ vite vt naturales dicunt. Et etiaꝫ dixit de Chřo qui suscitauit filiuꝫ viduę iam mortuū. Cōcediť ergo ista suscitatio instātie iam mortue a principe ex causē vt si lite cause principalis pendente superueniat pestis in ciuitate vel terremotus, aut alia ipedimenta publica vel priuata vt legatio, vel qꝛ ꝓcuratoreꝫ dimisit ꝛ mortuus fuit vel pp ferias repentinas a ꝑncipe inductas pp q̄ ius nō fuit redditū, ꝛ sic stetit p magřatus. de qbus in.l. ꝫ si p ꝑtorem. ꝛ.l. nec non. ff. ex quib. cau. ma. vel ex alijs causis iustis visis principi, qꝛ sigillatim cōnumerari nō pñt .d.l.§. iteꝫ inqt. cum sequēti. vbi declarať ista clausula si qua iusta cā videbiť in qbus casibus princeps solet ꝯcedere restauratione instātie. Et etiā vbi protractione vel dolo aduersarij perijt instātia, tpa prolōganť. ꝑm glo. in.l. arbitrio.§. dolo. de dolo. ꝛ vide glo. in auc. de his qui ingrediunť ad appellanduꝫ. ꝫ glo. in.d.l. ꝓperanduꝫ, dicat qđ curat ipso iure qui dolus aduersarij culpe actoris ꝓponderat, vt.d.§. dolo. ꝛ facit qđ not. in.l. intra vtile. de mino. ꝛ

6 in.l. si cū ipse. de execu. tuto. vbi dicit Cy. ꝙ † si pp procrastinationeꝫ aduersarij tpa sint decursa ꝯcediť restitutio. ꝛ dixit Inno. in.c. venerabilis. de iudi. qđ si instantia cauillationis aduersarij est perēpta vltra terminū qđ nō perijt ꝛ peti pñt expense. p.l. nō ignorat. de fruc. ꝛ li. expen. ꝑm Bal. in.l. ꝓperandum. ꝛ ꝫ etiā Bal. in.d.§. dolo. vbi etiā dř ꝙ qñ perijt facto tertij ꝙ ꝯ ipsuꝫ agiť ad expensas. In qbus casibus qñ stetit p iudiceꝫ, vel qꝛ iudex fuit mutatus, puto qđ pars impetrans restaurationeꝫ instantie nō teneať ad expensas. ar.l. properanduꝫ.§. finaliť vtraqꝫ. de iudi. ꝛ.l. euꝫ quē temere. de iudi. ꝛ.l. qui solidū.§.j. de leg. iij. qꝛ sine sui negligentia perijt vbi aūt fuisset instātia perempta nō ex causis ꝑdictis sibilibus, sed ex negligentia actoris, tunc ipsa pars ipetrans instantiam suscitari dꝫ soluere expēsas parti ꝯrie. argu.l. ꝓperandū. ꝛ.l. eū quē temere. ꝫ alleg. ꝛ ꝫ And. de iser. in ꝯstitu. regni, spōte volentib⁹ a lite discedere, ꝛ ita ꝯsueuit regia curia qñ ipetranť restaurationes instantie ex aliqua cā colorata qđ conceditur cuꝫ hoc vt reficiat parti expensas, qꝛ pp lapsum instantie vř succubuisse ꝛ nō posset alr agere, nisi illis refectis. d.l. ꝓperandum. ꝛ.l. sancimus. eo. titu. fieri autem solet ista prorogatio instantie a principe p supradicta iura. Et etiā cā appellationis deserta prorogatio p principeꝫ fieri pōt ex eius certa sciētia ꝑm Bal. in.l. perēptorias. C. sen. rescin. nō posse. vbi dicit qđ ꝫ rescripta principum cāe appellationis deserte regulr ipetrata non valeant, vt.d.l. iñ est veruꝫ, nisi in rescripto dicať expresse nō obstante qđ appellatio sit deserta vel alia clausula equipollens, vt qꝛ vtatur p̄ceps in ꝑdictis plenitudine potestatis, qꝛ in omni snia intelligiť salua principis suprema ptāte. l. fi. de legi. ꝑm Bal. ibi, vł nisi ex certa sciētia hoc fieret ab eo qui hēret plenitudinē ptāis, vt not. in glo. in.c. ad hec. in fi. glo. magne. de rescrip. nā clausula talis tollit.l. ꝯrium. p nor. p Andr. de iser. in.c. naturales. si de feu. fue. contro. qꝛ etiaꝫ talis clā hꝫ vim dispensationis specifice. ꝑm gl. in.c. causa. de eta. ꝛ quali. ꝛ Ang. in.l.j. de sen. pas.

7 dicit, † qđ princeps snias iudicū recte latas vno ꝟbo extra ordineꝫ ꝓcedendo cassare pōt. argu.l. apud. de manu. vin. ꝛ.l.j. de crimi. sacrile. ꝛ dñi de rota in decis. ccxxxviij. q̄ incipit non sufficit petenti qđ princeps pōt restituere ad appellandū ꝯ sententiā que iaꝫ trāsiuit in reꝫ iudicatā que not. qꝛ quotidiana. ¶ Et aduertenduꝫ ꝙ dictuꝫ.c. detestantes, soluꝫ ꝯsiderat substantiā veritatis in iudicio deducte, ad quā inquirendaꝫ iudex dꝫ modis oibus quib⁹ pōt ꝓcedere. l. qñ. de test. ꝛ in.l. is apud queꝫ. de eden. ꝛ in auc. de tabel. in princi. nā veritas semper dꝫ esse in pectore iudicis. l. vbicuqꝫ. de inter rog. act. ꝛ.c. cum Joānes. de fide instru. Bal. in.l. fi. de eden. vbi dicit ꝙ iudicātem opꝫ cuncta rimari. ꝛ dixit idē Bal. in.l. fi. in fi. ꝛ in.l. neqꝫ. C. de testa. ꝙ veritati semp dꝫ esse locus in his q̄ nō pñt iduci, nisi ab ipsa naturali veritate. l. fi. in fi. ff. de ꝓba. nā sine veritate nemo experiť. l. si veritas. C. de fideicō. ꝑm Bal. ibi dicentē qđ veritas causať ex pte rei intellecte. vbi subdit qđ defectus veritatis nunquā purgať, ꝫ aliquādo velat lata snia ꝯtra veritatē quā lex collit. l. cuꝫ ita. de cōdi. ꝛ demon. in verbo si veritate amamus. quā Bald. declarat ibi, si recte consideremus. naꝫ iuris intellectus ideꝫ operať qđ ipsa veritas. ꝑm Bal. in.l. si adducta. C. de fur. nā veritas seruanda est, sine quis cōueniatur siue agat. l.j. C. de non nu. pecu. vbi Bal. quā veritateꝫ subtilitas iuris ciuilis absorbere non pōt. ꝑm Bal. per illuꝫ tex. in.l. rebus. C. de iure do. qꝛ vbi agimus ꝺ veritate mera non est curandū de iur. apicibus. l. si fideiussor.§. quedā. ff. man. ꝑm Bal. in.l. claruꝫ. de auto. prestan. Et ideo diciť ꝙ sententia debet habere fundamenta a veritate ꝛ iustitia ꝛ legibus ꝛ a probatione. ꝑm Bal. in.l. nemo. C. de sen. qui dixit qđ si princeps causaꝫ cōmittat de veritate ꝛ iustitia intelligitur de illa veritate cui ius patrocinať. ꝛ qđ no. Inno. in.c. queꝫ ecclesiaruꝫ. de cōstitu. vbi diciť ꝙ cōmittať causa simpl'r ꝛ pure sola veritate inspecta intelligitur inspecta veritate ꝛ omissa rigorositate ꝛ equitate sequendo veritateꝫ ꝛ iuris equitateꝫ, ꝑm doc. ibi. ꝛ dicitur. xxiij. q.ij.c. homines. in gl. qđ non sufficit veritas rei, nisi concurrat veritas conscientie. vbi glo. ꝛ in ca. animaduertenduꝫ. eadeꝫ causa ꝛ questione. Et dixit Bal. in.l. magis puto.§. ne passim. de rebus eorum, qđ iudex dꝫ semper veritateꝫ inquirere ab his quos credit eam scire probabil'r, nec dꝫ esse nimis crudelis quinimo quādo causa cōmittitur veritate inspecta potest iudex in facto supplere. auc. qui semel. C. quomō ꝛ quādo iudex. No. Bart. in.l. duo sunt tit. de testa. tuto. ꝙ veritas iuris ꝓponderat veritati facti, qꝛ veritas q̄ vestimentis legalibus nō innitur nō tenetur p veritate. ꝛ idē Joā. and. in.c.j. de offi. iudi. lib. vj. vñ dixit Bal. in.l. iustitia. de iusti. ꝛ iure, qđ per ista verba iustuꝫ ꝛ verum decernas nō videť a iure discessum. arg.l. si quādo. de inoffi. testa. Et quāuis alias princeps iudicare debeat ꝑm veritatē, ista veritas dꝫ esse probata taliter ꝙ ei patrocineť. l. fi. C. de leg. in verbo cognitionaliter. Et dixit Bal. in.l. cum quidam.§. seruum. de acqui. here. qđ i iudicijs veritas occulta non sufficit immo requiritur veritas apparens per probationes vel ꝑsumptiones legales. argu. not. in l. pe. de peri. tuto. Quia in iudicijs requiritur certitudo nec sufficit certitudo nature, vel legalis, sed existētia veritatis.

8 naꝫ † veritas est iustitie mater. l. libertini. de statu homi. que triplex est. ꝑm Bal. in.l.j. C. de confes. nam veritas non dꝫ affectione obumbrari. l. si filio. de lib. ꝛ posthu. Bal. in.l. ij. de accep. quia id qđ non potest disponi per veritatem nec etiaꝫ per fictioneꝫ. l. fi. C. de adop. vbi Bal. no. nam solam veritatem spectamus. l. si forte. de castren. ꝑec. Bal. in.l.j. C. qui accu. non pos. que veritas talis est ꝙ nunquā

9 moritur. l. sicut. de fal. vbi dicit Bar. † ꝙ cursus temporis non immutat substantiā veritatis, qꝛ occultari non potest, nec dꝫ. xx. q. iij. c. veritas. ꝛ est condenda. l.j. de edi. liber. ꝛ dist. ij. c. veritas. qꝛ ex celo orta est, vt ibi, ꝛ qꝛ quisqꝫ iudicum dꝫ illā sequi. l. illicitas.§. veritas. ꝺ offi. presi. nam ad illā ꝯnēdaꝫ ꝛ inuestigandā aliqua ꝯceduť. d.l. is apud quē. ꝛ.l. si euꝫ.§. si qs cau. nā in qualibet iudicio ꝑ pte iudicis officiuꝫ ingrere dꝫ veritatē. xxx. q. ij. c. iudicanteꝫ. ꝛ.l. ꝙ si ephesi. de eo qđ certo loco. vbi dř qđ ad oculuꝫ iudicis spectat veritateꝫ ispicere. ꝛ in auc. de tabel. in prin. Et dixit Joan. an. in.c.j. de cle. egro. in vj. qđ ad veritateꝫ indagandam oēs circūstātie sunt inestigāde. Oia aūt iura facta sunt, vt veritas nō opprimať q̄ nō dꝫ ꝓpter legū subtilitatē occultari. l. in rebus. de iure do. qꝛ iste subtilitates sunt a iudicib⁹ respuende. l. sicut.§. si debito. quib. mo. pi. qꝛ aduersarius ꝗ ꝟitateꝫ nō vult dicere nocere desiderat. xi. q. iij. qsqs. Et iō ad ꝟitatis idaginē, ꝛ causarū expeditionē ꝓbationes testiuꝫ scripturaruꝫ ꝛ iuramentoꝝ

10 inuente sunt. l.j. ff. de iureiur. qbus † adde ꝙ nō valꝫ statutuꝫ tollens facultateꝫ iudicandi ꝑm veritateꝫ in iudicijs. c. ꝯstitutus. extra de fideiuss. Et vbi cā cōmittiť sola veritate inspecta terminis nō seruatis pñt termini incipere ab articulis qb⁹ ꝓbatis statim ꝓcediť ad sniam. ꝑm Joan. an. in.c. fi. de here. in vj. ꝛ in decisi. rote. xxiiij. ꝛ Spec. in titu. de pōnibus. quo casu dicunt posse assignare terminuꝫ ad ꝑmam dieꝫ, ꝛ ad ꝯdicenduꝫ articulis ꝛ ad ꝓducenduꝫ oia ad primam diem, ꝛ ad scđam ad ꝯdicenduꝫ, ꝛ hunc modum ꝓcedendi inuenit Papa Vrbanus ad iponenduꝫ fineꝫ litibus. c. de dolo ꝛ ꝯtumacia. ꝛ.c. vt litigātes. de offi. ordi. in. vj. Et dicūt alij cano. qđ sufficeret hoc casu vnū terminuꝫ statuere ad ponendū, ꝓbanduꝫ, ꝛ ꝓducendū oia. Et iō infideles faciunt melioreꝫ iustitiā ꝙ̄ Christiani, qꝛ ille qui veritatem negat fustigať statim ꝙ est cōuictus, ꝛ sic nullus negat ꝟitateꝫ. Et in Bononia sunt statuta ꝙ ꝓ qualibet pōne negata soluiť certa pena. Et in regno est cōstō ꝙ negās mutuū depositū vel cōmodatū puniť in duplū q̄ nō obseruant pp iudicuꝫ negligentiā. Et ꝓpterea inclitus dux Calabrie cuius zelus in iustitia scitissimus ꝛ maximus fuit recte, ꝓuidit ꝙ illō capl'm restāres, vt iustitia fieret ꝑm ꝟitateꝫ q itē debat scitissimas leges facē. iñ repētina mors illū sustulit. xxv. anno. vt apparet in registris. hoc iō, qꝛ immensa fuit eius crudelitas in quibus

11 vidi testamētū eius. ꝛ scriptū est, † melius ē sub iusto rege viuere ꝙ̄ iusta lege qꝛ iudicat ꝑm eqtatē que sibi vř. ꝑm Theologos, qꝛ Bar.

refert in.l.presenti.de his q ad eccle.cõfu.ꝛ Bal.in.l.ex hoc iure gen.de iustitia ꝛ iure.vbi dicit ꝙ boni reges sunt de iure gẽtiũ qđ est positũ supra bonũ ꝛ equũ qđ est amicuꝫ humano generi,nõ tñ tyrãni vt ibi,iuxta illud qđ scribitur in testamẽto veteri qđ si non seruaueris precepta mea dabo tibi regẽ in furore meo puerũ ꝛ effeminatum meum qui in furore suo populum iudicabit.Hec de veritate dixisse sufficiant post alia q̃ dicta sunt supra in proximis capitulis que tibi ꝓficiẽt in proemijs allegationũ ꝛ cuꝫ orõne facies in ingressu officij.

SVMMARIVM

1 Ultimo verbo sententie standum est.

a An si iudex in sentẽtia ꝯdemnat ad penã cẽtuꝫ ꝛ in eadẽ sentẽtia imponat clausulã ꝙ si iudicasset vltra vel preter statuta ꝙ reducit ad debitam quãtitatẽ operet̃ aliqd hec cl'a in fauorẽ iudicis ne in sindicatu teneatur.Bar.in.l.iudex.de re iu.ꝫ ꝙ nõ si sit adiecta post verbum condẽno.ꝛ in.l.moris.de pe.ꝛ in.l.j.in prin.ad turpil.ꝛ fuit disputatio Jaco.de bel.ꝛ cum opi.Bar.ꝫ Jaco.bu.in.l.si pacto quo penam.C.de pa.ꝛ facit qđ dixit Spec.in ti.de expensis.§.iuxta hec vero.ꝛ Jo.an.in.c.fi.de rescrip.Sed ꝯtra Bar.ꝫ Bal.ꝛ Ang.in d.l.iudex per gl.in.l.labeo.ff.fami.ercis.quã gl.pro singulari allegãt Bar.ꝛ Bal.in.l.terminato.de fru.ꝛ litis expẽ.ꝛ cõtra ꝭm Bar.facit qđ no.Jo.an.in ti.de sen.§.species.ver.quid si iudex.arg.l.cõtrarius.de fid.instru.Sed Jo.de imo.in.d.l.iudex.cõcordando dixit.qđ opi.Bar.procedit qñ illa verba ponerent̃ ex interuallo.puta cõdẽno in centũ si iste fuerit cõdemnandus.dicẽs secus esse si v̾ba sint resolutiua qui dixit ꝙ clausula.d.l.labeo,venit ad qualificandã sententiam nõ ad corrigendam.qui etiã dixit ꝙ illa glos.nõ est vera.ꝭm Cy.in.l.terminato.vbi Bar.late.ꝛ cũ opi.Bar.trãsiuit Bal.in.l.ꝛ si seuerior.de infa.ꝛ,in.§.pena grauior.ꝛ idem Bal.in.l.si quis filij.§.fi.de inu.testa.ꝛ in.l.item labeo.vbi dixit ꝙ illa glo.loquit̃ qñ clausula illa respicit omissa,alias secus.ꝛ idẽ ꝫ Saly.in.l.ea quidẽ.de accu.per.d.glo.ꝛ Bal.in.l.terminato.alle.glo.ꝛ Bart.in.l.iudex.de re iudi.dicens,ꝙ ille cl'e saluo ꝛ reseruato resoluũt actuꝫ sententie cũ effectu.lꝫ Bal.teneat ꝯ̃riuꝫ in addi.Specu.in titu.de senten.prolatione.Dicẽs ꝙ ex quo illa clausula est ꝯ̃ria sentẽtie ꝙ nihil operatur.alle.glo.in.l.iij.cõmi.vel epis.ꝛ Bal.ꝛ Ange.in.l.ita.in fi.C.cõmi.vel epis.ꝭm Moder.in.d.l.postq̃ꝫ.¶ Et mihi vr̃ equior
1 opi.Bal.ꝛ aliorũ.† qa dꝫ stari vltimo v̾bo sentẽtie.arg.l.stichus.de manu.testa.per quã.l.dr̃ ꝙ si in sentẽtia dicat̃ condẽno immo absoluo ꝙ statur vltimo v̾bo.ꝛ dixit glo.xvj.q.j.c.p̄dicator.ꝙ vltimo v̾bo sentẽtie dꝫ stari.lꝫ primũ verbũ secuꝫ traxerit executionẽ,qꝛ nõ hꝫ locum in verbis prolatis codeꝫ contextu,secus in diuersis orationibus.l.j.senten.rescind.nõ posse.ꝛ est glo.singu.xj.q.iij.c.si sententia.q̃ dicit qđ si iudex dicat excõico vel absoluo ꝙ est absolutus.ꝭm Ludo.in rubri.de arbi.ꝛ qꝛ sentẽtia dꝫ restringi ad mentẽ iudicis ꝭm Bal.in.l.ꝛ puto.§.fi.fami.ercisc.ꝛ mẽs iudicis p̄sumitur talis qualis esse debet.per no.per Jnno.in.c.petitio.extra de procura.

SVMMARIVM

1 Judex debet omnia rimari antequã ferat sententiam.
2 Judex cito pronuncians non presumitur bene iudicasse.
3 Judex excusatur in perplexis.
4 Judex si ex forma statuti misit ad ꝯsiliuꝫ sapiẽtis,ꝛ dixerit in sentẽtia pronuntio vt in ꝯsilio ꝯtinet̃ an valeat sentẽtia tãquã ꝯdẽnatoria.
5 Judex si in sententia retulerit se ad scripturã non productam in actis an valeat sententia.
6 Probatio an sit de substantia sententie.

a An si iudex ex forma statuti astringat̃ sn̄iari intra certũ tp̄s possit sn̄iari cuꝫ aliquali reseruatiõe,vcꝫ ꝙ si postea aliqd appareat habeat̃ ꝓ nõ lata sn̄ia,dic ꝙ sic.ꝛ interim põt fieri executio.l.si pecuniaꝫ.si cer.pet.nec est nouũ ꝙ sentẽtia pendeat.l.in lege aquil.si deletuꝫ.ff.ad.l.aquil.q̃ vcꝫ sub cõditione intrinseca ꝛ necessaria.l.si quis iura.ꝛ.l.gñaliter.de rebus cre.ꝛ de sentẽ.l.cum iudex.de re iud.l.a diuo pio.§.si deniqꝫ.Et in sententijs qñqꝫ fiunt reseruationes.ff.fa.erci.l.labeo.§.j.ꝛ ponunt̃ quãdoqꝫ v̾ba sine preiudicio sentẽtie potioris.l.claudius.C.qui potio.Et etiã apponit̃ cl'a sine preiudicio iuris alieni.ff.de lib.homi.exhi.l.iij.§.pe.Et isto casu recipiunt̃ probationes lata sn̄ia nec peruertit̃ ordo qđ post sn̄iam fuit probatũ,qꝛ sentẽtia nõ erat liquida.l.cuꝫ iudex.de sentẽ.ꝛ argu.de ꝯfes.l.j.ꝛ.l.pe.ita Bal.in.l.j.C.đ ac.¶ Cõstitutio regni Sicilie affectãs ꝙ iudices ad decisionẽ negotij deũ ꝛ iustitiã intẽdãt qbus ꝑꝑ cãrũ mltitudinẽ certũ ꝓnũtiandi tp̄s nequiẽs diffinire tp̄s decẽ dierũ statuti a die cõdõnis vel renũciationis numerãdũ p̄fixit,intra ꝙ causaꝫ studeãt sentẽtiari calculo terminare,vt in cõstitu.vniuersos.in titu.vt intra duos dies post publicationẽ ꝯcludat̃.ꝛ in cõstitu.hac lege.de offi.magr̃i iusti.vbi al's est rubri.vt post renũciationẽ intra decẽniũ ꝓnũciet̃.q̃ ꝯstitutiones iudici hoc tp̄s dierũ deceꝫ iđ p̄fixerũt,qꝛ ius cõe reputat modicũ tp̄s decẽ dierũ est tp̄s legale,primo in appellãdo,vt in auc.hodie.C.de tẽpo.appella.scđo ꝯfessis in iudicio,vt in.l.si debitori.đ iudi.ꝛ in ꝯ̃cribus.l.ꝓmissor.ff.đ ꝯstituta pecunia.cũ sił'bus.Tñ puto dictã ꝯstitutionẽ nõ eẽ sic amare intelligẽdã qꝛ si iudex viderit ꝓcessuꝫ dubiũ ꝛ rigorosum inuolutũ ꝛ ꝓbationibus hincinde dubijs ꝛ cõtrarijs ꝯtextũ nõ astringit̃ tali breui termino cãꝫ decidere ꝛ ꝯstitutio
1 ipsa intelligat̃ iure claro existẽte,† qꝛ iudex añq̃ꝫ sn̄iaꝫ ꝓferat dꝫ cũcta rimari ante sn̄iaꝫ.xxx.qđ.v.iudicãtẽ.ꝛ facit.C.de fal.l.vbi.in verbo liquere.xj.q.j.c.summopere.ꝛ.C.de iudi.l.ꝓperãdũ.§.ꝛ si qdeꝫ.in v̾bo acta cõspicere.extra de fide instru.c.cũ Joãnes heremita,ꝛ iudex nõ dꝫ festinare ad sn̄iaꝫ velociter ꝓferẽdã.l.fi.in fi.C.de iudi.nã diuinus actus est iustitiã sepius recẽsere.d.c.cũ Joãnes.ꝛ dꝫ iudex in sentẽtiando in se hr̃e tẽperamẽtũ.C.de priui.l.q sn̄iam.ꝛ ꝑtes sepe iterrogare an velint aliqd allegare.C.de iudi.l.iubemus.ꝛ partiuꝫ allegationes audire sine qb⁹ nõ vr̃ ꝙ sn̄ia rite ꝓferri possit.ex̃ de electione.dudũ.ꝛ argu.de mune.ꝛ hono.l.muneruꝫ.§.iusta.ꝛ deum hr̃e pre oculis.c.cuꝫ eterni.de re iudi.in.vj.nã p̄cipitatio ẽ nouerca iustitie.cle.pasto.de re iudi.ꝛ nõ sunt p̄cipitãda negotia.c.in quorũdã.đ ele.in.vj.ꝛ.l.ꝛ qꝛ.ff.đ iterro.act.Et dixit Bal.in.l.j.C.q accu.ꝙ melius ẽ differre q̃ꝫ p̄cipitare sn̄iam.nã nõ dꝫ festinari sn̄ia.l.j.de req.rei.Et dixit gl.in.l.si expressim.ff.de appel.ꝙ qs se excusabat,qꝛ ñ putabat iudicẽ ita festinare sn̄iaꝫ,ꝛ dic̃ cano.qđ iputat̃ ei q mihi nimiũ p̄currit,nã lꝫ ꝯtrouersie sint celeri sn̄ia terminãde qđ excepit equitati ꝛ rigori.de re iud.c.iurisgẽtiũ.adeo qđ si nõ visis plene cãe meritis ꝓnũtiet indig.sn̄ia nulla ẽ.Jnno.in.c.cuꝫ bertoldus.de re iudi.Bart.in.l.ꝓlatã.C.de sen.vbi Bal.ꝛ in.l.ij.C.đ eden.Bal.in.l.ab eo.C.qũo ꝛ qñ iudex.ꝛ optime in.c.cũ ex lr̃is.ex̃ đ restitu.in itegrũ.nisi hẽat nota acta cãe.Bar.et Lud.in.l.ſꝫ si đ sn̄a.đ acq.here.et in
2 d.l.ij.et in.d.l.ab eo Bal.¶ † Jn qb⁹ iurib⁹ dr̃ ꝙ si iudex cito ꝓnũtiet p̄sumit̃ ñ bñ iudicasse et dixit idẽ Bal.i p̄ria ꝯsti.ff.veteris ꝭꝫ ꝙ sn̄ia nõ ẽ põderata q̃ nimis ẽ festinata.vbi dic̃ ꝙ ꝓcessus fact⁹ in vna die ñ valꝫ,nã sn̄ia dꝫ hr̃e tres comites sic̃ iuramẽtũ.s.iudiciũ.i.animi delibationẽ,v̾itatẽ,ꝛ iustitiã.l.j.đ iusti.ꝛ in.lꝫ aliqñ ꝓbões v̾itatẽ subuertant.l.si non sortem §.heredeꝫ.de cõditio.indebi.ꝭm Bal.in repe.magna.l.ij.ff.de iureiuran.ꝛ dixit Bart.in.l.prolatã.C.de sen.qđ sentẽtia fulminãtis lata per iudiceꝫ est nulla.ꝛ Jnno.in.c.cũ bertoldus.de re iud.lꝫ alij ꝯ̃ in.c.cum ex literis de resti.in integrum.qđ declarat Lud.in.l.ij.C.de eden.nã iudex dꝫ ꝓferre sn̄ias põderatas nõ vt fallat nec fallatur.l.ij.de sen.ex peri.ꝛ.l.fi.de põdere au.ne si
3 fallat ꝯ̃ eũ iuretur in litem de dolo.l.arbitrio.§.fi.† Sic ergo re dubia vel difficultate ꝓbationuꝫ iuris vel facti aliqua existente,qꝛ excusatur iudex in perplexis.ꝭm Bal.in.l.cuꝫ iudex.de sen.C.Ac etiaꝫ excusabit̃ rõne mltitudis cãrũ vt đprehẽdi p̄t.arg.dicte ꝯstitu.Etiã excusabit̃ si essent alie cause priuilegiate cõcluse in curia ꝛ per prius expediende,vt cause ecclesiaruꝫ,fiscales,orphanoꝝ,pupilloꝝ,ꝛ viduarũ,pauperũ,ꝛ debiliũ personarũ,q̃ sunt primitus decidẽde ꝛ determinande,vt in ꝯstitutione regni,iusti cultoris,in titu.de qui.cau.primitus cognoscat̃.Ac etiam vbi esset relatio principi facienda vel si ageret̃ de bonis q̃ curia tenet,Uel si nouus acciderit casus in quo regreret̃ principis consultatio,vt in.d.cõsti.hac lege ꝛ in ti.de relationibus que tendunt ad excusationẽ iudicũ.Uel si stat aliud statutũ vel alia ꝯstitutio requirat ꝯsiliũ sapientis ꝛ arctat iudicem certa die ꝓnuntiare ꝛ sapiens nõdũ trãsmiserit processum,vt Bal.dixit in.l.cũ iudex.C.de sen.ꝛ in his ꝛ in similibus excusabit̃ iudex si intra tp̄s nõ ꝓnunciauerit.ꝛ vide in verbo instãtia.in.c.ad excusationẽ iudicis
4 ꝛ in alio.c.qđ incipit intra quãtũ tp̄s.† An si iudex misit ad cõsiliuꝫ sapientis ex forma statuti ꝛ iudex dixerit in sn̄ia ꝓnuntio vt in cõsilio cõtinet̃ ꝛ sapiens cõdẽnauerat excuset̃ iudex ꝛ valeat sn̄ia tanquã cõdẽnatoria.dic qđ sic ꝭm Ange.Jmo.ꝛ Lu.in.l.j.ff.de re iudi.ꝛ ideꝫ Cy.in.l.fi.vbi ꝛ apud quẽ.ꝛ Bal.in.l.cũ iudex.C.de sen.ꝛ alij in.l.j.§.si quis ita.de verbo.ob.Jmo.in.l.si cõuenerit.de re iu.ꝛ in ca.si ꝓ debilitate.de offi.dele.Ant.de bu.in.c.venera.de exce.Lꝫ aliter dicat Joan.an.in tit.de exce.§.viso.ꝛ Bar.in.l.j.C.si aduer.liber.
5 † Si tñ iudex in sn̄ia referat se ad scripturã i actis nõ ꝓductã vt ad testimo.valebit sn̄ia.Jnno.in.c.cũ venerabilis.de exce.Bal.ꝛ Saly.in.l.pe.de sen.que sine certa q̃ꝫti.ꝑ tex.in.l.ait p̄tor.§.si iudex.de re
6 iudi.ꝛ Bal.in.l.fi.de sen.ex peri.reci.Ad ꝙ facit † qđ lꝫ nõ vꝫ sn̄ia sine cause cognitione.l.ex stipu.ꝛ.l.ꝓlatã.C.de sen.ꝛ.l.j.C.cõmi.vel epi.Tñ ꝓbatio nõ est de substãtia sn̄ie,qꝛ valet sine ꝓbatione.l.j.§.

item.que

item, quē sniē sine appel. ⁊ in. l. cū putarem. fami. er. ꝺm Bald. in l. cum ⁊ minores. C. si adner. rē iudi. ⁊ in. l. ij. de eden. tñ Jo. and. lʒ ꝯr. ꝙ requirat scripturā esse ꝓductam. in tit. de sen. ꝓla. ver. qualiter, ⁊ versi. qui si. ⁊ eius opi. tenuit Ang. ⁊ Jmo. in. l. si ꝯuenerit. de re iudi. ⁊ vʒ gl. in. d. l. pe. tñ. j. opi. tenēt Mod. in. d. §. cum iudex.

SVMMARIVM

1 Quando iudex astringitur pronuntiare intra certuʒ tempus potest pronuntiare cum aliqua reseruatione.
2 Officialis nō tenet in sindicatu ꝑ snia nulla que ius non tribuit.

Pone quod iudex astrigit ꝑ statutū ad ꝓnūtiandum ꝑꝑ ꝙ iudex dicat i sententia ꝯdemno si est ꝓbatum an snia valeat. Bar. in. l. ait pretor. §. si iudex. de re iud. ꝙ sic, ⁊ idē Bal. ⁊ but. in. l. cum iudex. eo. ti. vbi dicunt idē si dicat iudex ꝯdemno in. x. si actor ꝓbauit. ⁊ ꝑ Bal. in. l. non dubium. C. de leg. ⁊ in. l. ꝑemptorias. sniam rescin. non posse. ⁊ in. l. ante p. C. qui ac. ⁊ bald. in addi. Specu. in ti. de sen. ꝓla. ⁊ alij in. l. qui rome. §. duo frēs. de verb. ob. tñ nisi ꝓbatio fiat incontinenti, dʒ snia iniusta, qꝛ dʒ iudicari ex ꝓbatis. d. l. ꝓperandum, ⁊ idē si dicat si iurauerit, qꝛ dʒ iurare anꝙ̄ iudex diuertat. l. gñaliter. in prin. C. de iureiu. ⁊ dat alia cautela ꝙ iudex absoluat ab obseruatione iudicij, qꝛ sibi non liquet ꝑ no. ꝑ Jnno. in. c. j. de confir. vti. Qd̄ intelligit ꝺm ꝙ Bart. dixit in. d. l. ꝓpanduʒ. §. si quidē. ⁊ in. l. admonēdi. Aliā cautelā ponit bald. in. l. ab eo. C. qño ⁊ qñ iudex. vcʒ ꝙ dicat absoluo reū si appareat ex ꝓbationibus factis ⁊ faciendis absoluendus, q etiam dixit ꝙ in perplexis ꝑꝑ ꝯflictum ꝓbōnum poterit dicere vti ꝓbastis possidetis.
1 ¶ †Quibus adde ꝙ qñ iudex a statuto astringit ꝓnuntiare intra certum tp̄s pōt pronunciare cum aliqua reseruatione, videlicet ꝙ si postea aliqs appeat hēat snia ꝑ nō data. nā in sentētijs aliqñ fiūt reseruationes. ff. fam. hercis. l. labeo. §. j. ⁊ apponunt qñꝙ̄ vba sine iudicio sniē potioris. l. claudius. q pot. in pig. ⁊ ēt vba sine diminutione iuris alieni. ff. de libe. homi. exhi. l. iij. §. pe. ¶ Et isto casu recipiet ꝓbōnes lata snia, ꝺʒ Bal. in. l. j. C. de accu. Poterit ēt ꝯdemnare in. xx. saluo ꝙ si libꝛuʒ dederit intra mēseʒ ꝙ sit in totū liberatus. Bal. in. l. tale pactū. §. q ꝓuocauit. de pactis in repe. ⁊ eo. ti. l. si intra, ⁊ vide aliqd ꝑ Bal. in. l. fi. de fru. ⁊ litis expē. Tñ illa cautela Ja. bu. ꝯdēno ꝯdēnādū, ⁊ absoluo absoluēdū reprobat quasi ꝑ oēs doctores. ¶ An iudex in sindicatu possit defendere sniaʒ quaʒ ꝓtulit sup q̄ impetit ex nouis ꝓbōnibus dic ꝙ sic, qꝛ pōt defender sniaʒ suā, ⁊ testes ⁊ ꝓbōnes inducere ꝑ sue cāe defensione, maxime qñ ex offō ꝓcessit. ar. ꝑ no. ꝑ Jnn. de ꝓba. c. in nr̄a i gl. qualiter recipiant, vbi dt ꝙ tūc iudex vocabit cū ex offō ꝓcessit, ⁊ q̄rit sua snia renocari, secus vbi ꝓcessit ad partis instātiā, ⁊ faciunt not. ꝑ Jnno. extra de appel. cū spāli. ⁊ q̄ not. Archi. in. c. j. de ꝟ. sig. in. vj. ⁊ de sen. excō. c. venerabilis, ⁊ qꝛ vt euitet infamiā ⁊ pudorē suuʒ, pōt ad hoc interesse. ar. de ꝓcu. l. q̄ cia. in ꝟsi. nisi. ⁊ in versic. seq. ⁊ ꝙ no. de inof. test. l. si suspecta. in. ij. gl. ⁊ no. Archi. ij. q. vj. c. hoc ēt, ⁊ qꝛ iudex nunc est pars formata, secus esset qñ iudex nō impeteret, sed vellet defendere sniam suā ꝑ interesse partis. ꝑ no ꝑ Jnn in dictis locis, ⁊ idē dixit Bal. arg. illius legis. in. l. emilius largianus. ff. de
2 minor. ¶ †Officialis in sindicatu nō tenet ꝑ snia nulla q̄ ius nō tribuit, nec ꝑ decretis inualidis. Bal. in. c. iudices. de pace iur. fir. ⁊ in repe. §. ꝓficisci. q. xxj. ⁊ in. l. ij. de epi. audi. Lu. in. l. j. ff. ꝙ qsꝙ̄ iuris. ⁊ ꝙ Bar. no. i. l. pe. ad fi. C. de pac. ⁊ in. l. filiuʒ. §. si qs. de le. ꝑ stā. Nisi sit facta illius sniē exec. Bal. in. §. ꝓficisci. ⁊ no. in. l. fi. de vari. ⁊ extraor. cog. vbi gl. alt. ꝙ si iudex ꝓfert sniaʒ nullā non facit litē suā. sed gl. in ꝯtrm̄. in. l. venales. de quo vide And. de iser. in ti. de ꝓhi. feu. alie. ꝑ fe. §. iudices, q̄ puto vba respectu ꝯdēnati ⁊ nulliter, si āt ꝓferat sniaʒ ꝑ actore ⁊ nulliter, vt qꝛ sine scriptura aut die feriata vel parte nō citata, an teneat. Bar. in. l. argētarius. §. cū āt. ff. de edē: dixit ꝙ qñ facta probatione iudex male tulit sniam ꝙ tenet actione in fcm̄ ꝺʒ gl. ibi. ⁊ vide. s. in alijs capitulis, ⁊ vide in verbo ꝯsiliū in. c. dr̄ in lr̄is iustitiarioꝝ, ⁊ in verbo probatio. in. c. si qd non fuit probatum, ⁊ vide in consti. regni. prima. in titu. de pena iudicis qui male iudi.

SVMMARIVM

1 Sententie quedam sunt que ius tribuunt, licet sint iniuste.
2 Decreta inualida non faciunt ius.

satum qui pluries tortus nihil confessus est non debet ipsum absol-
uere diffinitiue,sed debet concedere abolitionē accusationis per.l.
abolitionem.eo.tit.et idez ipse tenet.in.l.si quis alieni.ad.l.iul.ma-
ie.vbi dixit quod si reus delatus,in illo crimine tortus nihil confes-
sus fuit propter ꝙ accusator fuit tortus qui nihil probauit ꝙ iudex
neutrum absoluet,sed rem indiscussam dimittet,⁊ ideo ꝙ debebit li-
berari fideiussoribus,⁊ non diffinitiue absolui a crimine.⁊ idem vi-
detur tenere.Saly.in repe.l.si quidem.C.de accusa.non tamen cla-
re.quia possent indicia superuenire.

SVMMARIVM

1 Error presumitur ex persuasionibus que sunt circūstantie erroris.
Et quomodo probatur persuasio.nu.2.
3 Confessio potest reuocari post sententiam latam quando est facta co
ram incompetenti vel extra iudicialiter.
4 Confessio dicitur sponte facta etiam si delinquens fuerit detentus a
iudice qui non dicitur metum intulisse.
5 Confessio erronea non potest reuocari qn̄ error cadit in latā culpā.
6 Perseueratio debet fieri pluries diuerso tempore.
7 Cōfessioni que nō incipit a tormētis sed fit spōte stādū est si sit vera.
8 Confessus sponte non appellat.
9 Confessio facta calore iracundie potest reuocari.
10 Confessione iurata potest pretextu erroris reuocari.
11 Confitens ex interuallo potest suam confessionem interpretari ⁊ pro
pterea facta confessione in criminalibus datur terminus cōfitenti
ad faciendas suas defensiones.nu.12.
13 Consanguinei ⁊ amici admittuntur ad probandum errorem cōfiten-
tis ⁊ confessionem reuocantis.
14 Litere amicorum admittuntur ad probandum hominem viuere qui
dicitur occisus ab inquisito.
15 Bannitus ex delicto an possit torqueri si capiatur.
16 Accusatus nolens respondere accusationi potest torqueri vt confi-
teatur etiam sine indicijs.
17 Pars non potest torqueri ante publicationem processus.

Equitur questio quotidiana. Quidā in
quisitus ꝺ crimine fuit
ꝯfessus crimen sine tortura ad ꝑsuasionez officialis ꝓpter
qꝺ ptās ipse intendit vigore sue cōfessionis ꝓcedere ꝯtra
ipsum ad cōdemnationez. hic clamat qꝺ talis ꝯfessio fuit extorta per
ptātem qui sibi persuasit qꝺ confiteretur crimen ex certis bonis re-
spectibus ⁊ de pena non curaret nec timeret de aliquo ꝓpter honorē
curie, alˀs hēret chordā, ⁊ sic dicit ꝯfessionē extortā per deceptionem
officialis, ⁊ ipsaz tāquā extortā ⁊ nō verā reuocare vult dicēs se inno
centē an hoc possit facere. Et dico ꝙ sic, q̄a ista confessio fuit extorta
per officialē eius suasionibus cōtra formam iuris, ⁊ potest reuocari.
ꝺm Hy. in tractatu de questionibus, qui admonet iudices ꝙ nō fa-
ciāt istas persuasiones in specie, sed generaliter petant quis cōmisit
crimen ⁊c. per tex. in. l. j. C. qui questionē habiturus. de q̄onibus. vbi
dicit tex. ꝙ videť magis extorquētis ⁊ suggerentis q̄ꝫ requirentis. ⁊
facit. l. j. §. ꝑsuadere. de seruo corru. facit. l. prius. cū ibi no. ad sillē. ⁊
que hn̄r in. l. si postu. in. §. si negauerit. ff. de adul. Propter qꝺ dico
ꝙ poterit reuocare talē ꝯfessionē si in ea spōte nō perseuerauerit, q̄ꝛ
cōfessio quā quis facit ad persuasionē aduersarij facilius reuocať q̄ꝫ
illa quā q̄s facit a seipso. l. j. §. fi. quādo anna. est actio de peti. ꝺ ven.
inspi. l. j. §. si oēs. ⁊ Bar. in. l. nō fateť. ff. ꝺ cōfes. ꝑ ista iura. vbi dicit
1 † ꝙ ex persuasionibus que sunt circūstātie erroris presumiť error. ⁊
in. l. error. de iur. ⁊ facti ignoran. nisi ipsa ꝯfessio fuerit deinde ꝑseue
rata. per text. sing. in. l. j. in versi. tran. de plus peti. volentem scꝺam
confessionem; spontaneam primam purgare vitium extorsionis in pri
ma cōmissam per euz, in cuius fauorem fit cōfessio. ꝺm Lud. in con-
si. cccclxxxj. vbi etiem quādo esset iurata. ⁊ dicetur. ĵ. ⁊ Bar. in. l. cuz
falsa. ff. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ etiā qn̄ eēt iurata dꝫ iudex verificari face
re ipsaz ꝯfessionez extortā per verisimilitudines, vt alias. s̄. diximus
2 vt habeat veritatem luculentā. † Probabiť autem ista persuasio ex
forma interrogationum ex actis apparentium, ⁊ ex monitionibus sibi
factis vel per notarium actorum qui debet omnia scribere etiā varia
tiones ⁊ vacillationes, vt habeť in. c. qm̄ ꝯtra falsaz. de proba. ⁊. s̄. di
ximus in alijs capitulis. Et sic an iste cōfessiones ꝑsuasionibus pos-
sint confessionem perimere, annullare, ⁊ reuocare. In quo Bar. in
tracta. de tortura dixit, ꝙ etiaz si testis fuerit tortus, ⁊ in tortura fue-
rit ꝯfessus, ⁊ ante sn̄iam dixit se errasse ꝙ potest reuocare errorez fa-
cti, q̄ꝛ non videť fateri. l. ij. in princ. de confes. ⁊. l. error. de iur. ⁊ fac.
igno. argu. l. ij. quo. appel. non reci. Quia ꝯdemnato ⁊ ꝯfesso in tor-
mentis, facta perseuerantia, etiā post sn̄iam subueniť ꝑꝑ errorez suuz
de ignorantia sua docet volenti q̄ si oñditur absoluetur. ff. eo. l. j. §. si
quis. q̄ꝛ ꝯfessus formidine tormentoꝝ auditur. d. l. ij. C. quo. appel. ⁊
si in iure errauerit, tunc non audiť ꝯ̄ ꝯfessionez. d. l. error. ꝺm Bart.
ibi. qui etiaz dixit ꝙ nisi perseuerata fuerit talis ꝯfessio ꝙ nec plenā
nec semiplenā probationem inducit, q̄ꝛ non ꝯfiteri ⁊ ꝯfiteri formidi-
ne tormentoꝝ sunt paria. ⁊ dixit Inno. extra de electio. c. per inquisi
tionez. ꝙ potest dicere ꝙ in alium casum intelligať sua ꝯfessio extra-
iudicialis. per. l. generaliter. C. de non nu. pecu. ⁊ in. c. cuz dilectus.
de succe. ab inte. ⁊ de accusa. c. si constiterit. vbi vide Inno. qui dixit
in. c. mulieri. de iureiuran. ꝙ lꝫ non possit quis venire ꝯ̄ suaz confes-
3 sionem, † tn̄ potest post sn̄iam latam ꝯfessionem reuocare qn̄ est fa-
cta coram incōpetenti vel extraiudicialiter. Bal. autem in. l. fi. C. de
proba. dixit ꝙ ꝯfessiones per tormenta extorte q̄ non per se, sed cum
perseuerātia fama ⁊ verisimilitudinibꝰ facti vel alijs adminiculis in-
dicant veritatem non reuocanť. ꝺm Nico. de mata. qui propterea di
xit ꝙ nihil prodest ꝯfitenti in tormentis reuocare ꝯfessionez si ꝯtra
se sint alia indicia coniuncta cum cōfessione q̄ꝫq̄ꝫ extorta q̄ inducant
indubitabiliter veritatem nisi reuocans probaret ꝯ̄ vel clare vel per
indicia elidentia ꝯtraria indicia. Saly. autez in. d. l. fi. dixit ꝙ dictū
Bal. sibi non placet, q̄ꝛ frustra essent leges q̄ reuocationez ꝑmittunt
sine alicuius cause ꝓbatione dicens ꝙ si dicas, reuocatio tollit preiu
diciuz qꝺ facit ꝯfessio, sed non preiudicium iudicij ꝙ nunc ꝯfessio re
uocata inducit, q̄ꝛ istud iudicium non est indubitatuz ꝓpter tormen-
ta, ⁊ quodlibet indicium opꝫ esse indubitatuz, et luce clarius alˀs ꝺm
doctrinaz Bal. freni temperies non iponereť iudicibus, quā lex im
ponere voluit. per. l. qui sn̄iam. de penis ista sunt verba Saly. tamē
nullius saporis Bal. autem in. l. si quis in hoc genus. de epis. ⁊ clc.
dixit ꝙ sola ꝯfessio, vt possit venire ad condemnationez in criminali-
bus dꝫ esse sponte facta, ⁊ verisimilis. ff. de q̄stio. l. j. §. si quis vltro. si
fiat ante sn̄iam, secus si post sn̄iam extra iudiciuz. per glo. in. l. nō tan
4 tum. ff. de appel. dicens † ꝙ dř sponte facta etiaz si fuerit detentus a
iudice qui non dř metum inferre, nisi probetur metus vel tortura vbi
plus dixit ꝙ sponte ꝯfessus maleficiuz si iudex euz de facto absoluit
ex tali ꝯfessione non resultat aliquis effectus postquā est iudicatum
ꝯtra confessionez, ꝺm Inno. extra de iureiuran. c. mulieri. qui etiam
dixit in. l. cum falsa. de iur. ⁊ fac. ꝙ ꝯfessio non vera in iudicio preiu-

dicat ipsi ꝯfitenti, q̄ꝛ ꝓbationez inducit non ꝓbato ꝯtrario, tn̄ loquiť
5 in ciuili, sed in. l. error. de iur. ⁊ fac. dixit † ꝙ ꝯfessio erronea non po-
test reuocari, qn̄ error cadit in latam culpaz, secus si non cadit in latā
culpā, ⁊ q̄ꝛ potest reuocari si est in facto vsqꝫ ad sn̄iaz. per. d. l. error.
subdens ꝙ ꝯfessio facta super homicidio nō potest reuocari, ⁊ preiu
dicat qn̄ confitens non potest ꝯtrariuz probare. l. si is cum quo. ff. de
ꝯfessis. ꝺm glo. ⁊ Cy. in. d. l. error. de quo articulo late dixi supra in
verbo ꝯfessio. in. c. j. qui plus dixit ꝙ erronea ꝯfessio nō potest reuo
cari post sentētiam, nisi esset falsa per relationez ad aliquā scripturā.
per. l. si fideicōmissariuz. de ꝯfessis. qui dicit ꝙ erronea ꝯfessio reuo
catur post sn̄iam, ⁊ subueniť erranti bn̄ficio restitutionis, vt ibi latius
per ipsum, qui etiaz dixit in. l. ij. de errore calculi qꝺ ꝯfessio erronea
etiam sepius repetita potest reuocari nisi fuerit facta ex certa sciētia,
q̄ si non fuisset iterata posset infringi etiaz ꝓbato ꝯtrario. per. d. l. cū
falsa. q̄ in iure facta nocet etiaz nō reiterata. per. l. j. de ꝯfessis. ⁊ in. l.
rura. de oi agro. lib. x. Et plus dixit idem Bal. in. l. sicut. de repud.
here. qꝺ si quis est ꝯfessus in iudicio statur sue cōfessioni etiam sine
causa ⁊ informat, tn̄ loquiť in ciuili, q̄ꝛ in criminali in confessuz requi
ritur sn̄ia indistincte, q̄ꝛ posset ꝯtrariū probare. l. si ꝯfessus. de custo.
reo. ⁊ idem Bar. in. l. ictus fustium. de infami. ⁊ idem in. l. proinde.
ad. l. aquil. ideo dꝫ dari sententia. l. j. §. diuus. de questio. lꝫ aliter di-
xerit Andr. de iser. in ꝯstitu. regni penam eoꝝ. ⁊ Bal. in. d. l. ictus
fustium. ⁊ ꝙ sententia requiratur tꝫ Inno. in. c. cum super. de cōfes-
sis. lꝫ in. c. ij. ⁊. in. c. qualiter ⁊ qn̄. de accusa. videatur aliter dicere. ⁊
qꝺ habeť in. c. romana. de appel. in. vj. ⁊ dixit Ange. in. c. j. de con-
fessis, ꝙ ex ꝯfessione iudiciali non pōt quis condemnari nisi sic per-
seuerata, tamē idem Ange. in. l. j. de re iudi. dixit ꝙ gl. d. l. j. de con
fes. hꝫ locum in confessione extorta per tormenta, alias secus nisi ꝓ-
baretur falsitas confessionis. ꝺm Specu. in titu. de confessis. §. effe-
ctus. presertim si esset extorta per tormenta sine indicijs, q̄a quāuis
perseuerata non damnatur ex ea. per glos. sing. ⁊ Bar. in. l. j. de que
6 stio. ⁊ idem Inno. in. c. causaz matrimonij. de offic. deleg. † ⁊ propte-
rea perseueratio dꝫ fieri pluries diuerso tempore. argu. glo. in. l. iiij.
de pig. actio. ⁊ tꝫ Bal. in princ. C. in hoc casu qn̄ confessio esset plu-
ries perseuerata an possit p̄textu erroris reuocari. Lud. in repeti. l. si
vero. §. de viro. ff. solu. matr. in. xxxj. fallētia late prosequitur hoc an
confessio geminata possit p̄textu erroris reuocari etiaz vbi iuramen-
tum interuenit, nam iudices solent deferre iuramentū reis qn̄ ipsos
examinant ⁊ interrogant in criminalibꝰ de veritate dicenda. ⁊ Bal.
late in. l. iusiuran. ⁊ ad pecunias. ⁊ in. l. cum precum. de libe. cau. vbi
de intellectu glo. in. c. ex literis. de diuor. volentis confessionez post
terminuz deliberatoriū non posse reuocari p̄textu erroris, ꝙ late pro
sequitur Ludo. in consi. cccxcj. ⁊ in. d. §. de viro. ⁊ sic videať dicen-
dum in casu confessionis pluries perseuerantis, tamē dic vt ibi. ⁊ in
d. §. de viro. ⁊ q̄ꝛ ipse etiam in deliberando posset errare vide de ve-
ritate in dictis iuribus. ⁊ in. d. l. error. ⁊ in. l. nō fatetur. de confessis.
⁊ late Lud. in. d. consi. examinauit. qn̄ interuenerit iuramentū in ipsa
confessione si potest p̄textu erroris reuocari, ⁊ idem Ludo. in consi.
cccxlvj. ⁊ tetigit And. de iser. in constitu. regnj, si damna clandesti-
na. qn̄ confitens iurauit. Et circa supradicta de ꝯfessione facta in tor
mentis si debeat ei stari vel possit reuocari. Bal. in. l. j C. de confes.
dixit ꝙ si precesserunt legitima indicia ⁊ argumenta ꝙ ei statur pre
sertim si perseuerat, si tn̄ non precesserunt leuia nō facientia presum-
ptionem nō stetur confessioni nisi in ipsa perseueret. per gl. d. l. j. de
confessis. ⁊. l. j. §. diuus. de questio. q̄ꝛ vř perseuerare, eo ipso qꝺ nō
reuocat, q̄ꝛ iste nō est iustus metus eo qꝺ hoc operatur autoritas iu-
dicis propter executionem iustitie. per. l. iij. qꝺ met. cau. dicens ꝙ si
appellat non intelligitur ꝑseuerare, sed tacite reuocare. per no. in. l.
creditor. §. iussus. de appel. Subdens qꝺ ad hoc vt nō possit appel-
lare iudices faciunt ipsuz de nouo duci ad tribunal, ⁊ ibi publice cō-
fiteri. per. l. ij. de custo. reo. Et si possit probari qꝺ illa noua confes-
sio repetitis tormentis, q̄ꝛ si emanasset esset sicut prima vulnerata, ⁊
maiori vulnere, q̄ꝛ semel tortus cōpetenter iterū non dꝫ torqueri nisi
noua indicia superueniant. l. repeti. de questio. vbi Bald. concludit
7 † ꝙ confessioni q̄ nō incipit a tormentis, sed fit sponte standuz est si
confitetur verū ⁊ nocet confitenti, nisi esset talis confessio que posset
interpretari in bonā partem. c. cuz dilecti. de accusa. si vero confiteť
falsum non est standum, q̄ꝛ est contra naturā veri. de questioni. l. j. §.
si quis vltro. de appel. l. non tantū. ⁊ vbi dubitatur, tunc presumitur
vera ⁊ sponte facta, q̄ꝛ iurat de veritate dicenda, ⁊ q̄ꝛ quis non presu-
mitur in se mentiri. ⁊ dixit Joan. and. in. c. romana. §. si autez. de ap-
8 pel. † ꝙ sponte confessus non appellat, ⁊ iudex non dꝫ deferre eius
appellationi, immo statim in criminali pōt exequi suam sententiā. de
appel. l. constitutionibꝰ. nisi vellet allegare errorem, vel nisi superior
iuberet, vel nisi etiaz iudex detulerit appellationi; vel nisi intra. xxx.
dies non dederit ap̄los. ꝺm Bal. in. d. l. j. Ubi etiaz dixit ꝙ qn̄ du-

bitetur

bitetur vtrum confessio fuerit facta metu tormentoꝝ si nulla fuerunt
adhibita imputet sibi confitens si fuerunt adhibita vel p̄cedebant mine
terribiles, q̄a presumitur metus, nisi esset talis malefactor cui iudex
tāquā tarribilis deberet minari, qꝛ potius debent presumi ɔtra con-
fitentem q̄ ɔtra iudicem dicens ita debere intelligi. Bal. in. l. de pu
pil. §. si quis ipsi p̄tori. de noui ope. nun. Et sic cum due presumptio-
nes p̄nt esse vna metus, alia ꝙ ex cōscientia criminis, presumitur po
9 tius ex conscientia criminis. ſm Bal. ibi. † Et non solum confessio
erronea potest reuocari, sed etiam facta calore iracundie. glos. in. c.
ex literis de diuor. nisi sit facta dato termino ad liberanduꝫ, ⁊ delibe
rauit per glos. ibi. ⁊ per glos. ij. c. j. c. si quis. ⁊ dixit Jaco. but. in. l. de
etate. §. qui iusto. de interrog. act. qͦ in reuocatione cōfessionis facte
ante lit. contest. non requirit̄ iustus error, secus post litem contesta-
10 tam. ⁊ in Specu. de confes. in fi. l. is qui se. de rei ven. † Nam etiaꝫ
confessio iurata potest p̄textu erroris reuocari, vt in. c. cuꝫ dilecti. de
accusa. ⁊ glos. singu. in. d. c. ex literis. que etiam potest incontinenti
reuocari. c. preterea. de testi. cogen. etiā anteq̄uā sit in scriptis reda-
cta. c. olim. de censibus. ⁊ glos. in. c. cum in positionibus. de iureiur.
in. vj. ſm Bal. in. l. edita. de eden. nisi fieret malitiose. ſm glos. in. c.
11 apud misericordeꝫ. xxxij. q. j. ⁊ in. l. rura. de omni agro deser. † nam
potest confitens ex internallo suam confessioneꝫ interpretari. d. c. di
lecti. ſm Bal. in titu. qui succes. tene. §. item. Si tamen apparet cō-
fessio accusati ⁊ non dr̄ scripta qͦ fuerit sponte facta presumit̄ facta
sponte. argu. glos. in. l. sed ⁊ si quis. §. quesitū. ff. si quis cau. qꝛ in indi
cijs nō p̄sumitur adhibitus. l. nō est verisimile. qͦ me. cau. ſm Bal.
lꝫ latius in. d. §. quesituꝫ. Si tamen curia dicat ꝙ fuit sponte confes-
sus ⁊ inquisitus dicat qͦ formidine tormentoꝝ adhibitoꝝ ⁊ inferen-
doꝝ. Bal. consuluit ꝙ ex quo tales cōfessiones consueuerunt extor
queri per tormenta dꝫ presumi formido, ⁊ hoc dictat ratio naturalis,
qꝛ nemo vitam suam odio hꝫ. ⁊ Petr. de anch. in consi. cxxij. incip.
visa inquisitione tenuit qͦ presumit̄ formidine tormentoꝝ dicens qͦ
confessus formidine tormentoꝝ dꝫ reuocare confessionē, vt in. d. con
12 si. late dixit per multa iura. ¶ † Propterea consulitur qͦ facta cō-
fessione in criminalibus detur terminus confitenti ad faciendas de-
fensiones suas quo casu poterit contra confessionem aliqua probare
illam reuocare ⁊ interpretari p̄ supradicta. Et iō dixit Bal. in. l. ij. C.
de cust. reo. qͦ q̄n quis cogitur ad confitendum dꝫ apud acta confi-
teri ⁊ dꝫ ipsum duci facere ad bancuꝫ apud acta ⁊ cautius qͦ inter
sint duo testes qui videant spontaneam confessioneꝫ dicens qͦ Azo
in summa de confessis, dixit qͦ cautius est qͦ tempore quo mittitur
ad supplicium qͦ illam confessionem ratificet, dicens qͦ tunc requi
ritur perseuerantia q̄n confessio emanauit per torturaꝫ, secus si spon
te, qͦ tꝫ Bandi. ⁊ Bar. Et sic dicit Bal. in. d. l. ij. qͦ q̄n in confessio
ne perseueratur tacite. s. qꝛ non reuocatur ɔfessio, tunc si sponte ema
nauit sufficit ad condemnationeꝫ, aut metu tormentoꝝ ⁊ non sufficit,
immo repetenda est confessio, si autē reuocatur cōfessio, qꝛ non per-
seueratur in ea tacite vel expresse admittitur reuocatio si sint aliqua
indicia facientia pro reuocatione etsi potest cogi confiteri, ergo for-
tius potest cogi perseuerare in confessione, alias illa reuocatio non
p̄cederet, nisi allegaretur error ⁊ probaretur, alias nō staret per alle
gantem, sed staret per iudicem quo ad minus probaret. ⁊ qͦ not. de
infami. l. ictus. t̄n posset interpretari confessioneꝫ. per. d. c. dilecti. de
accu. Nam si fuit confessus occidisse hominē poterit probare qͦ ad
suam legitimam defensionem occidit vel qͦ erat bannitus, vel quod
erat rebellis vel hostis aut qͦ occisus minatus fuerat morteꝫ confi-
tenti qui poterat incontinenti occidi, vel fuerat repertus depopulari
agrum qui p̄nt occidi. l. j. C. q̄n lꝫ sine iudi. vin. vel qꝛ fuit repertus in
adulterio vxoris. l. gracchus. d adul. vel quia fuit repertus in raptu
mulieris honeste que potuit occidi. l. j. C. de raptu virg. vbi text. vel
quia percusserit leuiter ⁊ percussus fuit mortuus ex sua negligentia
⁊ similes probationes facere vel probare errorem, quia homo qui dr̄
occisus viuebat, vel qͦ alter occidit cū, vt. l. inde neratius. §. fi. ad. l.
aquil. vel si fuisset confessus furtum poterit probare furtum fuisse do
mesticum qͦ est impunituꝫ. ff. de penis. l. capitalium. §. furta. vel qͦ
res que dr̄ furate erant sue quod est contra naturaꝫ furti. ſm Lud.
in consi. ccccc. vbi dicit quod si quis recipiat res habitas pro dereli-
cto a dn̄o licet confiteatur esse furtuꝫ non statur sue confessioni, quia
lex repugnat furto qͦ non dicatur dn̄o inuito fieri quia confessiones
reoꝝ non debent haberi pro exploratis facinoribus. de questio. l. j. §.
diuus. ⁊ in. §. si quis vltro. eo. titu. ⁊ in. l. diui. de penis. ⁊ in. l. nō tan
tum. de appel. Sic ergo iudex in istis confessionib⁹ dꝫ esse valde ad-
uertens ⁊ videre an si sint verisimiles per ea que habent̄ in. l. capite
quinto. de adulte. ⁊ in. l. si qui adultery. C. eod. Et si h̄it causa delicti
confessati, vt si dicat percussisse vel occidisse hominem ⁊ nulla subsi-
stebat causa quare hoc facere debuisset. l. milites. ⁊ l. decuriones. C.
de questio. nam videmus multos imbecilles animo confessos crimi-
na, ⁊ deinde in supplicio indicio anime sue iurasse hoc non esse veꝝ,
⁊ repertum fuisse dixisse mendaciū crimina confitendo. Et adde no.
quod non solum ipse principalis posset suam confessionem reuocare
in qua esset error vel impressio torture, sed etiam pater posset reuo-
care confessionem filij pro suo interesse. glo. in. l. j. §. si absens. ff. si ex
noxa. cau. ⁊ Barto. in. l. cum filius. in princ. de verb. obliga. Et si sit
causa personalis non solum admittitur pater, sed quelibet coniun-
cta persona ad reuocandam confessionem ⁊ probandum contrarium
pro suo interesse. argu. l. j. ij. ⁊. iij. de li. cau. ⁊ de appel. l. non tantuꝫ.
ſm Bal. in. d. §. si absens. qͦ habet locum etiaꝫ in spurio. ſm Bal.
in. l. j. C. de confess. in repe. ⁊ Bal. in titu. de confesso. in addi. Spe-
13 cu. in fi. vbi alia iura alleg. † Et addas vnum singulare quod ad pro-
bandum errorem confitentis ⁊ confessioneꝫ reuocantis admittuntur
ɔsanguinei ⁊ amici illius confitentis. ſm Ange. in. l. si is cuꝫ quo. ff.
de confessis. arg. l. additos. C. de appel. ⁊. l. additos. C. de epis. aud.
⁊. l. non tantum. ff. de appel. quod tenet Specu. in titu. de confessis.
14 qui dixit, † quod ad probandum homineꝫ viuere qui dicitur occisus
ab inquisito admittuntur litere amicoruꝫ, ⁊ tenet etiam Specu. in ti-
tu. de inquisitione. §. j. versi. sed nūquid vbi dixit quod ad probandaꝫ
innocentiam admittuntur testes domestici ⁊ minus idonei. ¶ Mo
do videndum erit de purgatione indiciorum qualiter ⁊ quando di-
cantur purgata fuisse, ⁊ dico qͦ si iudex bis vel ter torsit reum ⁊ non
fuit ɔfessus aliquid quod debebit habere indicia pro purgatis, alias
videretur illum pro conuicto habere ex solis indicijs si ipsum non li
beraret quousqꝫ confiteretur. ⁊ ideo dixit Bar. ꝙ iudices hoc agen
tes male faciunt. in. l. fi. de questio. cum debeant moderate procede-
re in tortura, vt in eod. titu. §. tormenta propterea immoderate proce
derent si vltra tres vices diuersis tēporibus questionem repeterent
cum sit preiudicialis. ⁊ argum. l. fideicōmis. §. si quis. ⁊ de leg. iij. ſm
Pau. de cast. in consi. cxcv. Purgantur enim indicia quando pro-
bat inquisitus aliquid quod extinguit crimen, vt quia in homicidio
probauit quod occidit ad sui necessariam defensionem. ſm Ange.
in. l. si vacantia. de bo. vac. circa fi. Item quando reus habet aliqua
indicia pro se, que essent magis grauia q̄ illa que sunt contra ipsum.
l. j. §. ad questioneꝫ. eo. titu. vbi Barto. ⁊ quando esset contra reum
vnus testis ⁊ pro reo esset vnus alter dignior illo. scd̄m Barto. in. l.
vnius. §. iudex. eod. titu. Licet Bald. in. l. j. C. de furtis, dicat aliter.
¶ Purgatur etiam indicium si probetur quod sit bone fame, quia
facit illud esse purgatuꝫ. ſm Ang. in. l. j. §. sed si ex improuiso. de re
milita. Uel si offensus exculpat reum qui dicitur offendisse dicen-
do ⁊ confitendo, qͦ ipse non fuit culpabilis. ſm Bal. in. l. fin. C. cō-
munia dele. vbi dixit quod si testator exculpauit reum ꝙ ex indicijs
non torquebitur quia habet indicium innocentie pro se. per. l. Pau
lus. §. j. de bo. liber. dicens quod si liquide constaret de crimine qͦ
puniretur per. l. ij. ff. ad sille. tamen Bald. in. l. transigere. C. de tran-
sact. tenet quod non valeat confessio offensi quando constaret con-
trarium vel facti qualitas manifeste oppositum declaret. Licet Ja-
cob. but. ibi teneat simpliciter quod confessio offensi excuset offen-
sorem. ⁊ opi. Bald. sequitur Ludo. in consi. cxiij. ⁊ vide Bald. in. l.
accusationem. C. qui accusa. non possunt. de quo vide Bald. in. l. si
instituta. §. j. de inoffic. testa. ⁊ in. l. j. §. si quis moriens. ad sille. vbi
per alios. Item spontanea confessio purgat antecedentem factam in
tormentis, vt habes late supra in. c. an ex sola confessione. Item per
torturaꝫ testis vilis ⁊ ignoti purgatur precedens eius infamia seu vi-
litas. vt in. l. j. §. item cornelio. de questioni. ⁊ in aucten. de testi. §. si
vero ignoti. ⁊ in. l. ex libero. eod. titu. ⁊ vide supra in fi. cōtra indicia.
15 ¶ † An si capiatur bannitus ex delicto possit torqueri. Dic quod
sic quia bannitio propter delictum facit presumi contra delinquenteꝫ
super delicto. l. j. ⁊. ij. de requi. re. ex quo ex qualitate persone pote-
rit subijci tormentis. argu. de questio. l. milites. Non tamē punietur
nisi de veritate delicti fuerit cōfessus ⁊ conuictus. ſm Bal. in. l. j. C.
16 de heredi. institu. ¶ † Accusatus nolens respōdere accusationi po
test torqueri vt confiteatur etiam sine indicijs quia non torquetur ad
punitionem, sed vt respondeat. Bald. in. l. accusatione. C. qui accu.
17 non pos. per. l. neganda. ⁊. l. is qui. C. eod. titu. ¶ † Ante publica-
tionem processus pars nō potest torqueri. Jaco. bu. in. l. solam. C. de
testi. qͦ videtur verum sine dubio ad petitioneꝫ partis, sed si fiat ex
officio iudicis nō est vis si fiat publicatio vel non. ſm Inno. in. c. cuꝫ
clamor. de testi. Tamen primuꝫ est tutius, qꝛ cum tortura nō debeat
fieri nisi in defectuꝫ probationis ⁊ nisi precedentibus indicijs, ⁊ cum
adhuc non constet de eis qꝛ processus non est publicatus nihil p̄bat
vt no. in. d. l. solam. ergo non est locus torture. ita Bald. in. d. l. mi-
lites. nam testes possent repulsari ⁊ indicia vacuari vt supra dixi-
mus. Et dixit Bald. in. d. l. milites. ꝙ si tortura est adhibita in casu
a iure non permisso non vitiat reliquum processum, sed ille actus in
se non tenet. per. l. j. de questio.

SVMMARIVM

1 Confessio rei a seipso facta sponte apud acta an sit sufficiens ad condemnationem. & nume. 2.

1 Nunc videndum est † de confessione rei a seipso facta sponte apud acta an sit sufficiens ad condemnationem, vel non. glo. in. l. ij. C. de custo. tenet q᷑ non. dum allegat. §. diuus seuerus. qui loquitur indistincte. & idē sentit ibi glo. in versi. perseuerante. & idē vr̄ tenere glo. in. l. auxiliū. §. delictis. de mino. in verbo fateatur. & hoc asserit Cy. ibi tenuisse Franc. accur. & sentit glo. in. l. j. ff. eod. vt tres confessiones requirant̄, q̄ glo. cōmuniter nō tenet̄ ne forte innocens perire festinans ad suppliciū perducatur. l. nō tm̄. ff. de appel. Sed Cy. tenuit contra Franc. accur. dicens q᷑ sponte apud acta ꝯfessus statim carcerat̄ absq; noua interrogatione. sed perseuerans in confessione dānandus est. l. fi. eo. titu. de custo. reo. & per. l. cum reis. de penis qui pro casu inducit. l. qui sententia. eo. titu. & ibi glo. q̄ vnam tm̄ confessionē exigit. per glo. in. l. si quis in hoc genus. de epis. & cle. q̄ sic intelligit. de custo. reo. l. si confessus. & ff. de interdi. & rele. l. inter penas. §. fi. & hoc idem tz Azo in summa. de confes. & hoc etiam tz Cy. in. d. l. ij. C. de custo. reo. per. l. seruos. ad legē iul. de vi. & tenent Marsi. & Bart. in. l. j. §. diuus. de q̄stio. Et Jaco. bu. rn̄det ad. l. ij. q᷑ vbi confessio fuerit facta metu tormentoꝝ q̄ nō preiudicat propter metum sicut nulla confessio facta non in figura iudicij q̄ non plene preiudicat. per. l. capite quīto. de adul. lz textus in. l. j. §. si quis vltro. de q᷑. dicat nō semper fidē adhibendā confessioni sponte facte, tm̄ non negat tex. ille aliqn̄ esse fidē adhibendam, & sic si non appareat causa propter quā non sit fides adhibenda stabitur regule, vt fides adhibeatur cōfessioni spontanee. l. j. de confes. que loquitur indistincte. nam tex. in. d. §. si quis vltro, hoc declarat. s. iudex non statim condemnet, sed de eius innocentia, & de causa cōfessionis inuestiget vt melius potest. & ideo. d. l. ij. de custo. reoꝝ. prouidit vt confessum carceret, & deinde apud acta eū educat si confessionem suam ex iusta causa velit reuocare, & de causa docere, per istum modum iudicibus seuientibus freni temperies adhibetur non solum torquendo, sed etiam sponte confessum statim condemnando, nulla dilatione data ad defensiones faciendas vel facere voluntatē non audiendo ꝯtra. l. vnius. §. cognitorū. de questio. naz sponte confessum dz ad carceres mittere, & deinde dare sibi apud acta terminū ad defensionis copiā intra quē si nullā faciat dr̄ in confessione perseuerare. argu. l. iij. de dona. inter virum. & l. si maritus. & l. j. de do. cau. & l. q᷑ calore. de regu. iur. Et si confessionē reuocat opz q᷑ causam dicat illam probet qua nō probata intra terminū datum perseuerat sua confessio. d. §. si quis vltro. vbi tex. non dicit eo perseuerante sed falsa demōstratione perseuerante, & sic etiam cōfessio perseuerat quādiu ꝯtrarium nō probatur. l. error. de iur. & fact. igno. & l. ij. & iij. de erro. aduo. & tunc locum hn̄t leges que dicunt q᷑ iudex condēnationem non dz differre. l. cū reus. de penis. Si aūt confessus in tormentis vel eoꝝ formidine reductus ad acta neget quid faciat iudex. Odo. q᷑ si noua indicia superuenerint reducatur ad torturam, alias secus. per. l. vnius. §. j. ff. de q̄stio. q᷑ tz Cy. in. l. fi. de questio. arg. l. qui bona. §. si quis. de dam. infec. Bar. vero. in. d. §. j. distinguit fm̄ indicioꝝ qualitatem, vbi etiam noua nō superueniant, q᷑ erant multū vrgentia vel non multum manifesta & non repetatur. aut erant manifesta & multū vrgentia, & tunc repetatur. & ita seruatur in practica. ista sunt verba Saly. in. l. ij. C. de custo. reo. l. latius. & de hoc vltimo supra latius dixi. Bal. autem in. l. si quis in hoc genus. de epis. & cle.

2 dixit † q᷑ ꝯfessio sola spōte facta sufficit ad capitalē penā ipōnēdā si sit verisimilis. de q᷑. l. j. §. si quis vltro. & si fiat ante sn̄iam, secus si post. glo. in. l. nō tm̄. de appel. Et Bal. in. l. j. C. de ꝯfessis. dixit q᷑ ꝯfessioni q̄ spōte fit stetur si ꝯfitet̄ verū & nocet ꝯfiteri, secus si ꝯfitet̄ falsū, q᷑ est contra nām veri. de q᷑. l. j. §. si quis vltro de appel. l. nō tm̄. & vbi dubitat̄ p̄sumit̄ vera & sponte facta q᷑ iurat de veritate dicenda, & non presumitur quis in se mentiri. & late diximus supra in proximis capl'is. vbi de ꝯfessiōe, & criminali. & vide etiā supra in verbo ꝯfessio.

SVMMARIVM

1 Ratificatio dictoꝝ in tormentis perseuerata & iurata excludit omnē dubitationem & exceptionem.

2 Perseuerare quando quis dicatur.

1 Ratificatio † dictoꝝ in tormentis perseuerata & iurata excludit omnē dubitationem & exceptionem. Bar. in. l. inter oēs. §. rectis. de fur. Et erit arbitrio iudicis quomō & qn̄ verisimiliter eēt metus tormentoꝝ. Bart. in. l. j. §. diuus. de questio. & in. l. si confessus. de custo. reo. & Saly. in. l. fi. C. de q̄stio. Bal. & Ange. & Jnno. in. l. qui. in alie. §. fi. de acqui. here. Bal. in. c. j. q᷑ pace iur. fir. & in. l. j. C. de confessis. Que ratificatio tāquā spontanea ꝯfessio tollit facultatē in termino defensorio opponēdi de ineptitudine processus. fm̄ Jnno. & alios in. c. qualiter. de accu. fm̄ Bar. in. l. si ꝯfessus. de custo. reo. & Saly. in. l. ij. C. eo. titu. & Bal. in. l. quoties. de iudi. & in. l. j. de cōfessis. & Ange. in. l. denunciasse. de adul. ff. et plene in. c. fi. de restit. spo. & in. c. j. de accu. in. vj. Satis est enim q᷑ post tormenta reducat̄ ad locū publici iudicij & ibi confiteat̄. l. ij. de custo. reo. Dū tm̄ non incontinenti. per no. in. c. officij. de electio. & in. l. lecta. ff. si cer. peta. & not. in. l. metum. in princi. C. q᷑ me. causa. cum sola suspitio non sit attendēda cum alias nūquā valeret ratificatio. per. l. itē apud. §. questionē. de iniur. & ꝯcludunt cano. in. c. cū in cōtemplatione. de regu.

2 iur. † q᷑ perseuerare tunc dr̄ quis qn̄ non terretur tormētis & extra tormentoꝝ locū illa non videns perseuerat. argu. l. j. §. ex incendio. de incen. rui. nau. q᷑ aliqui tormenta contēnunt & alij impatientes potius mentiunt̄. l. j. §. quoties. de questioni. Quod bene dz inspici fm̄ Ange. in. l. si vacātia. de bonis vacan. in disputatione sua astensis miles. qui allegat Jnno. in. c. super his. de accu. & faciunt no. in cle. cōstitu. de elec. & in. l. j. de re. vxo. acti. & in. c. pisanis. de restitu. spolia. & iste tex. in. c. j. de accu. in. vj. Et si quis cum iuramento fuerit ꝯfessus delictū si deinde negat dz repeti tortura. per not. in. l. non tm̄. de appel. q᷑ confessio operatur q᷑ sentētia executioni mandet̄. & Bar. in. l. marcellus. rerū amota. & q᷑ Bar. in. l. si cui. de lega. j. vbi Ray. & Jmol. & facit decisio rote noua. clxxij. que incipit. Item quod licet confessio. & Bal. in. l. j. de confessis. licet Petr. de ancha. consuluerit contra in consilio. xxij. & in quodam alio consilio.

SVMMARIVM

1 Nemo damnatur ex presumptionibus.

2 Confessio latronis non sibi preiudicat nisi crimina in specie ꝯfiteat̄.

3 Fama sola an sufficiat ad probandū quē esse famosum latronē. & nu. 7.

4 Famosi latrones qui dicantur.

5 Fama est res fragilis & perniciosa transmissa ab his qui desiderant talem famam esse.

6 Qualitas hominis probatur per famam.

Quidam latro famosus fuit captus, & in potestatē curie ductus qui propter eius famositatē fuit tortus q᷑ famositas operatur q᷑ torqueatur. ff. de q̄ōnibus. l. de minore. §. fi. qui nihil de crimine ꝯfessus est in tortura & fuit tāquā insolens durissime tortus. ff. de q̄stioni. l. j. §. q᷑. an possit condemnari vel sit liberandus ex quo nihil confessus est. Barto. in. l. fin. eod. titu. dixit quod erit liberandus reus qui in tortura nihil confessus est, alias iudex tenebitur in sindicatu. Tamen Andre. de iser. in titu. de pace tenen. in. §. publici latrones, attingit

1 hanc questionem, arguit etiam quod etiam sit liberandus, † quia ex presumptionibus nemo damnatur. de penis. l. absentem. de mino. l. iij. §. j. & sic sit absoluendus licet quidam dixerint nec absoluendum nec condemnandum, tamen ipse Andre. dixit quod requiritur probatio & videtur inclinare quod si iudex haberet animum informatum quod sit malus non liberaret eum ne deteriora faciat q̄ ea de quibus est fama quod fecerit sicut cōmittitur iudici quanta fides sit testibus adhibenda. ff. de testi. l. iij. §. j. & quia raro contingit tortum dure non confiteri post torturam, tamen concludit quod erit princeps in hoc casu consulendus. Ange. autem in consi. ccciiij. quod incip. ex for-

2 ma sta. consuluit † quod si aliquis tāquā latro & disrobator stratarū inquiratur & confiteatur se esse latronem & stratarum disrobatorem quod ista cōfessio sibi non preiudicat nisi crimina in specie confiteat̄, quia ista est confessio iuris & non facti, vt habes supra in verbo latro. in. c. an si fiat inquisitio. & Andre. de iser. in. d. §. publici latrones. dicit quod requiritur quod sit confessus crimina vel conuictus per testes, naz quando esset bene tortus & nihil in tortura confessus sit, sed sit conuictus per testes, condemnabitur. l. qui sententiam. C. de pe-

3 nis. vbi Bal. Attamen in casu nostro † an sufficiat sola vehemens hominum opinio & fama quod sit latro famosus. Barto. in. l. capitalium. §. famosos. de penis dixit quod is qui dicitur famosus latro qui sepius hoc fecit. per glo. in auc. sed nouo iure. C. de seruis fugi. Q᷑ putat verū si contra eos de hoc fama publica laboret. per. d. §. famosos, dicens hoc esse verum de his qui perfecerunt delictum, alias secus. per. §. grassatores. eadem. l. & sic videtur requirere alias

4 probationes. Et dixit Ange. in. d. §. famosos. † q᷑ non intelligūtur famosi latrones qui assidue furantur, sed qui aggrediuntur cum armis, aut vi auferunt. per. l. pretor. §. aduersus. de sepul. viola. & facit glo.

glo.in.l.respiciendum.§.delinquũt.de penis. Tñ in casu nr̃o dubiũ
facio si sit fama in toto pplo ⁊ in tota prouincia qđ talis est latro fa-
mosus qui in siluis fecit multas aggressuras ⁊ latrocinia, non tñ ali-
quid in specie ↄtra eum probat̃ an ista famositas sit sufficiens ad ipm
condemnandum si tortus nihil cõfiteatur, supradicta iura faciunt qđ
non, ⁊ q̃ Bart. dixit in.l.ij.ff.de fur. vbi vr̃ tenere qđ requirant̃ plu-
res actus ⁊ sic probatio actuũ in specie ↄtra ipsum. Et de iure consti
tutionum regni in criminibus leuibus ⁊ extraordinarijs requirit̃ qđ
sint conuicti in genere per decem testes bone opinionis. vt in ↄstitu.
regni, hi qui de inquisitione facienda. nã ex tanto numero sermo pu
blicus ⁊ popularis habet̃ q2 tot faciunt pplm ẜm Bar.in.l.pretor.
in princ. vi bono.rap. ⁊ in.c.regni. subiungendo requiri vr̃ probatio
criminuz grauior per quatuor testes omni exceptione maiores quos
reus non potuit reprobare, qñ gñaliter vel spãliter inquiritur. Licet
in alio.c.regni qđ incipit fortitudo hominũ in titu. qđ latrones insi-
gnes. ⁊ in.c.qđ incipit de iuris censura videatur probari qđ sufficiat
qđ latrones insignes ⁊ manifestos fama pub. ⁊ grassatio indicent, tñ
dz intelligi quo ad procedendum ↄtra ipsos ex mero officio ⁊ per ge
neralem ⁊ spãlem inquisitionem vt veritate cõperta puniant̃, non tñ
qđ ex fama totius populi qđ sint latrones insignes ⁊ famosi capitalr̃
puniant̃ qa ex presumptionibus nemo est condemnandus.l.fi.C.de
pba. ⁊.l.absentez.de penis. Et in criminibus sola fama cũ vno teste
non probat. glo. quaz By. sequitur in.l.ij.§.j.de excusa.tu. Cy.in.l.
fi.C.de questio. Imo in.l.fi.de here.institu. Bar.in.l.de minore.§.
5 tormenta.de q̃stio. vbi late. † nam est res fragilis ⁊ perniciosa trans
missa ab his qui desiderant de hoc famam esse. ẜm Bar.in tractatu
de tortura. Bal.in.l.cunctos pplos.C.de sum.tri. qđ fama non pro-
bat aliquem criminosum esse. alleg. Inno.in.c.sicut de symo. lz idem
6 Bal.in.l.prouidenduz.C.de posthu. † qđ qualitas hois probatur p
famã. vt puta virtuositas. per.l.non omnis.§.a barbaris.de re mili.
⁊ dixit Bar.in.l.ẟ pupillo.§.si quis ipsi pretori.de no.ope. qđ sola
fama probat iudicem esse ↄsuetum torquere hoies coram se conque
rentes. Hi ergo latrones quãuis insignes necesse est qđ sint cõuicti
vt possint puniri.l.ↄstõnes.ff.de appel. ⁊.l.j.C.quo.appel. cum simi.
Et dixit Bar.in.d.l.cõstitutiones, qđ si quis est condemnatus tãq̃
insignis latro per iudicez qđ sufficit vt nõ possit appellare, ⁊ sic ergo
vr̃ requiri alia probatio q̃ qđ sit vulgi opinione vel fama hominum
famosus latro. ⁊ hoc declarat text.in.d.§.publici latrones. vbi dicit
publici latrones ⁊ conuicti antiqua damnent̃ snia ⁊ sic vr̃ intelligere
Andr.de iser.ibi.per.d.§.famosos qđ sit latro publicus ⁊ ↄuictus.
Tñ ego intelligerẽ qđ cõuictus si sit latro publicus, ⁊ ex fama publi
ca omniũ. per text.in.d.l.ij.C.quo.appel. vbi tex. dicit conuicti argu
mentis vel testibus superati qđ tanta fama vehemẽs ex dictis totius
populi ⁊ cõmunis opinio hominũ sit argumentũ maximũ contra ip-
sos ⁊ inducat̃ quasi notoriuz qđ est indicium indubitatũ.l.si ↄfessus.
de custo.reo. ⁊ cuz ista fama cõcurrant verisimilitudines, vt q2 in sil-
uis in quibus vidi dictum latronẽ disrobare homines fuerunt disro-
bati, percussi ⁊ vulnerati, nã coadunata cum istis indicijs ⁊ verisimi-
litudinibus operabitur magis q̃ sola fama, vt dicit Cy.in.l.ij.C.de
7 qđ. Bar.in tracta.de qđ. † Et sic puto qđ sit sufficiens non ad penã
sanguinis extraordinariã imponendã, vel ad relegationem tãquã ho
minez male fame vel ad deputanduz ipsum ad opus publicuz ad pur
gandã prouinciam malis hoibus, sed ad penã. per text.in.l.cõgruit.
de offi.presi. vbi dr̃ qđ ad presidez spectat gñaliter ↄtra latrones in-
quirere. ⁊ hoies male ↄditionis ⁊ vite punire. ⁊ vt dixit text.in.d.cõ
stitutione hi qui. q2 pene moriatur ex debilitate probationũ. per not.
in.l. ⁊ si seuerior.de infami. ⁊ in.§.pena grauior. ⁊ Bald. late in.l.fi.
C.de probatio. ⁊ in.l.si fugitiui.de seruis fugi. ⁊ idem Bal.in.l.p̃-
sbyteri.de epis. ⁊ cle. ⁊ facit.l.generaliter.in princ.de decur. ⁊ in ver
si.pena. in quo relinquo cogitandum iudicibus curiosis tenere rem-
publicam pacatam ⁊ purgatam malis hominibus.

SVMMARIVM

1 Iudex faciens incuti timorem supplicij vt maleficiũ reueletur, nun-
quid tenebitur in sindicatu si ille cui timor supplicij incutitur mo
riatur ⁊ nume. 3.
2 Tortura habet iniuriam.

1 f **Sequitur** modo notabilis questio. † Quidã fuit
de grauissimo crimine delatus contra
quem erant indicia sufficientia ad torturaz, ⁊ etiam alique
p̃sumptiones. hic examinatus inculpauit de dicto delicto
nonnullos graues viros ↄtra quos scandalũ maximũ fuit causatum,
iudex volens certificari de hoc, ficte iussit ipsum tradi supplicio mor
tis, ⁊ mandauit familiaribus, vt ficte ducerent eum ad supplicium, ⁊
cum essent in loco ⁊ in actu supplicij mandauit ipsum interrogari in
iudicio anime sue si verum erat qđ illi tales cõmisissent delictũ. ⁊ cuz
esset in actu vltimi supplicij ficti, ⁊ viderunt se velle vltimo affici, fa-
ctis interrogationibus in iudicio anime ex timore supplicij mortuus
est. sicq; fuit dubitatum si iudex teneatur in sindicatu de morte istius
quasi prebuerit causam mortis. Et omissis que hincinde possent in-
duci dico qđ iudex nõ tenebitur. ⁊ primo per tex.in.c.afferte.de pre
sump. quẽ tex. ad hoc ꝓpositum. alle. glo.in.l.j.§.j.ff.de dolo. vbi di-
xit de Salomone per quẽ text. Bart.in.l.de minore.§.tormenta.de
qđ. circa princi. dicit qđ iudex p̃t fingere se velle facere reo criminis
qđ non vult vt videat quez actuz faciat reus vel testis qui examinat̃,
⁊ qualiter se gerat. quã dixit esse subtilem diligentiã cognitionis, qa
constantia ⁊ trepidatio indicant̃ ad indicia. scđo q2 cum cõtra ipsum
essent indicia sufficientia ad torturaz poterat ipsum torquere qui si in
ipsa tortura mortuus fuisset iudex torquens ipsum moderate nõ te-
netur de ipsa morte, per ea q̃ plene scripsimus in isto verbo.in.c.an
officialis qui aliquẽ tormentauit ⁊ cum ista fictio fuerit minor q̃ tor
tura que est maior pena q̃ vtriusq; manus abscisio. in auc. vt nulli iu
di.§.fi. merito arguit̃ qđ non tenebit̃ iudex sicut nec de morte in tor
tura succedente, ad q̃ adduco q̃ no. scribit And.de iser.in titu.de pa
ce tenen.in.§.publici latrones. qui dixit qđ cuz pr̃ ⁊ filius fuissent in
quisiti de homicidio cuiusdã ⁊ probatũ fuerat quod alter eoꝝ ꝑcusse
rat adeo qđ mortuus fuit nec ꝓbatur quis percusserat ꝓpter qđ Ca
rolus magnus mãdauit ficte ambos suspendi, qui cum essent in pede
furcarũ credentes ambo mori, pr̃ dixit amodo non est remediũ eua-
sionis, ⁊ ↄfessus est qđ ipse percusserat, ⁊ sic solus suspensus est filio
liberato. hic fuit bonus dolus boni regis.ff.de dolo.l.j.§.j. ⁊ fuit si-
cut regis Salomonis de mulieribꝰ certantibus.iij.Regũ.c.iij.de p̃-
sum.c.afferte. ẜm Anto.in.d.§.publici latrones. ⁊ glos.in.l.j.§.j.ff.
de dolo. vbi dicit de Salomone ⁊ habet̃.iij.q.j.c.officiuz. Et de istis
dissimulationibus habet̃.in.c.j.extra qđ met.cau. ⁊ facit quod dixit
Bal.in.l.ij.C.quorũ appella. dixit qđ lz quis non possit torqueri tñ
põt terreri. vr̃ text.in auc.de man.princ.in.§. ⁊ talez. ⁊ facit tex.in.l.
j.§.impuberes.ff.ad sille. ⁊ qđ iudex possit terrere illos qui non p̃nt
2 torqueri. facit tex.in.l.iij.§.idẽ.ff.de testi. † q2 tortura hz iniuriã.l.j.
in prin.C.loca. vbi Bal. ⁊ dixit idez Bal.in.d.l.ij.C.quo.appel. qđ
leuis tortura nõ est tortura. per text.in.l.ob q̃ vitia.ff.de edi.edi. vbi
3 tex. de febricula q̃ nõ dr̃ febris. † ⁊ sic iudex incuti faciendo timorez
supplicij ad finem maleficij inueniendi non tenebit̃ in sindicatu si ille
moriat̃ q2 dr̃ territio ⁊ non suppliciuz vel tortura imoderata, nam ali
quãdo suspitio facit casum, ⁊ examinaui hunc articuluz in tracta.de
re mili. siue de duello in qõne si is qui est ꝓuocatus ad duellum mo-
riat̃ in illa die qua debebat intrare bellum vel ligam si presumat̃ mor
tuus pre timore adeo qđ superuiuens hẽbit honorez ⁊ victoriã belli.
Et volo quod tu lector habeas vnuz memoratu dignum in simili. rex
Ladislaus inquiri fecit quendã comitẽ regni ⁊ filium ꝓditione ⁊ fa-
cto processu per iudices magne curie inter quos erat vnus iudicum
tunc frater Ioan.de capistrano qui retulit regi qđ comes erat in pe-
na decapitationis, tñ filius erat innocens ⁊ liberãdus, iussit ꝓpterea
rex comitez decapitari ⁊ filium nõ decapitari sed snialr̃ ficte cõdem
nari ad mortẽ ⁊ deinde ad suppliciuz duci cum pr̃e, ⁊ decapitato pr̃e
filiũ liberare, ⁊ hoc facto decapitato pr̃e filius pre timore pene ilico
mortuus est, ꝓpter qđ frater Ioan.de capistrano tunc secularis ⁊ iu
dex magne curie existẽs ↄscientia motus qđ innocentẽ cõdemnaue-
rat, qui ex causa cõdemnationis mortuus fuerat adiuit regẽ ⁊ renun
tiauit officio nolens amplius seruire dñis tpalibus sed deo, ⁊ itrauit
religionẽ mendicantiũ beati Francisci, ⁊ fuit vir magne religionis ⁊
mire sanctitatis vt in diebus nostris intelleximus, ⁊ vidimus.

SVMMARIVM

1 Testis deponens de actu coniuncto vel proximo crimini facit indi-
cium ad torturam purgatiuam. ⁊ nu. 2.
3 Ex solo mandato qui punit̃ extra ordinem in atrocioribus ⁊ nu. 4.

1 d **Dicitur** † cõmuniter qđ vnus testis de ꝟitate qui
deponit de actu ↄiuncto vel ꝓximo crimi-
ni facit indiciũ ad torturã purgatiuã. p tex.ff.de qđ.l.mari
tus. ⁊.l.quisquis.ad.l.iul.maie. dummõ qđ sit omni exce-
ptione maior vel alia indicia immineant. arg.de eodez.l.si quis ex ar
gen.§.j. q2 ex pluribus causis presumit̃ maleficium.ff.ad sille.l.accu.
Nam ad probandũ indicia ad inuestigandum non ad puniendũ non
requirunt̃ testes omni exceptione maiores dummõ deponant veri-
similia.C.de questio.l.milites.§.oportet. ⁊.l.fina. presertim in com-
missis de nocte in domo alicuius. Ut in adulterio.l.ↄsensu.C.de di-
uor. ⁊ est regula qđ vnus testis de veritate maleficij indicuz facit ad

torturam. l. quisquis. ad. l. iul. ma. Cy. ⁊ alij in. l. fi. de questio. Joan.
and. in. c. cuz in contemplatione. de regu. iu. Bar. in. l. j. §. cornelio,
⁊ in. §. fi. de questio. Andr. de iser. in constitu. regni, si quis damna.
Et si iudex haberet plenum ⁊ liberum arbitrium sufficeret si non eēt
omni exceptione maior. s̄m Gandi. in maleficijs in rub. item quero
nunquid potestas qui habet arbitriuz, ⁊ faciunt no. per Bar. in. d. l.
fi. de questio. ⁊ que ipse not. in. l. si filius de dona. ⁊ Petr. de anch.
in cle. sepe. de verbo. signifi. Nisi talis testis sit receptus parte non
citata. per not. per Bart. in. d. l. fi. de questio. ⁊ Saly. eo. titu. l. fin.
argu. l. si quando de testi. ⁊ vbiqꝫ dicitur in criminalibus probatio p
vnum testem est semiplena. Licet By. teneat contrarium in. l. ij. de
excusatio. tuto. nisi eius dictū adiuuetur alijs adminiculis vel fama.
vt in. l. iij. §. eiusdem. de testi. Et licet in criminali requirantur proba
tiones luce clariores. l. fi. de proba. tamen iste vnus testis sufficiet ad
tormenta. per. d. glos. in. l. quisquis. que dicit quod is contra quem
deponit vnus testis de veritate facti dicit̄ conuictus quo ad tormen
ta, secus si deponat in vno indicio, quia requiruntur duo. l. fi. fa. erc.
⁊ per no. in. l. capite quinto. de adul. ⁊ Inno. in. c. sicut de symo. dū⸗
modo talis testis deponens de veritate facti sit omni exceptione ma
ior, alias secus. l. j. §. idem corne. de questio. vbi Bart. ⁊ l. maritus.
eo. titu. ⁊ in. l. in bone fidei. de iureiuran. Et vide Barto. de indicio
aliquid tangentem in. l. non hoc. vnde cogna. Tamen erit cogitan⸗
dum in vno si inquiratur contra aliquez quod mandauit occidi Se⸗
xtum per quendā qui eum occidit eius mandato, ⁊ probatur per vnū
testem idoneum de mandato. s. quod audiuit quando mandauit ho⸗
micidium an sit locus torture. aliqui dixerunt quod mandatum debe
ret probari per duos testes, quia est indicium remotū ab homicidio.
per glos. in. l. fi. fami. erci. quasi sit indicium contra mandantem tale
mandatuz homicidio secuto. ⁊ quia potuit esse quod occideret man⸗
datarius non ex mandato sibi facto, sed a seipso, tamen puto quod sit
locus torture, quia cum inquiratur de mandato ad homicidiuz con⸗
cernit factum. s. mandatum homicidij, ⁊ videtur esse de veritate deli
cti de quo inquiritur. s. de mandato ad homicidium cōmittendū per
2 not. per Barto. in. l. fi. de quest. ad fi. vbi dixi † quod vnus testis est
sufficiens ad torturaz quando testificatur super facto directo de ma
leficio, seu de actu propinquo maleficij, non quādo de indicio ⁊ man
dato de occidendo, de quo nunc inquiritur est delictum. per not. per
3 Bar. in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. vbi dicitur † quod ex
solo mandato quis punitur in atrocibus extra ordinem. per. l. j. ff. de
extraor. crimi. ⁊ per plene not. per Bal. in. l. j. C. de ser. fug. ⁊ sic se⸗
miplene probanti factum. l. mandatum, ⁊ non homicidium, multoma
gis tenetur secuto delicto qđ mandauit si cum dicto istius testis con
currant alique verisimilitudines, vt quia occisus erat inimicus capi⸗
talis mādantis vel suberat aliqua causa odij ex quo verisimiliter fue
rit motus ad mandatum ipsum occidi, quia coadiuuant dictuz illius
testis. Uel si deinde mandatarium receptauit. Uel si erat eius fa⸗
miliaris mandatarius. Uel si deinde statim post mandatum secutuz
est homicidium per ea que habes supra in. c. indicia indubitata. ⁊ su
pra. in. c. quod incipit quia plerūqꝫ. si tamen vnus testis deponat qđ
audiuit quando minatus fuerit mortem illi dictum istius testis non
faceret indicium ad torturam. per no. in. l. j. C. quod me. causa. ⁊ in. l.
prima. si quis impera. ⁊ supra dictum est pluries, quia mine non
probant factum semiplene quando de ipsis deponit vnus testis, sed
vt faciant indicium requiritur quod probentur per duos testes. per
glo. d. l. fin. fami. ercis. Si tamen inquiratur quod minatus fuit mor
tem, ⁊ vnus testis deponat quod audiuit quando minatus est iste
mine non probant factum semiplene nisi cum dicto vnius testis con⸗
currant alia indicia, quia erit sufficiens ad torturam per supra dicta
iura. Ideo in inquisitione vel in libello debet inseri quod mandauit
vel quod minatus fuerit, ⁊ deinde fuit occisus, quia cum de istis in⸗
quiratur erit dictum illius testis sufficiens ad torturam si verisimili⸗
tudines alique concurrant vel coniecture ⁊ presumptiones contra
4 ipsum per iam dicta. † Si tamen vnus testis deponat quod aliquis
mandauit sibi homicidium quod fiat an sibi credatur eum tortura po
terit colligi ex his que ponit Andr. de iser. in constitu. regni si quis
damna clandesti. ⁊ ex his que etiam habes supra in cap. an si quis
dixerit, ⁊ melius in cap. an stetur dicto torti. ⁊ in cap. confessio so⸗
ciorum. ⁊ in. c. an confessio delinquentis noceat tertio. ⁊ in. c. an di⸗
ctum socij. ⁊ in. c. aduertendum, quare etsi stetur dicto mandatarij di
centis, quod non fecit exequendo mandatum illius mandantis. vi⸗
de supra in cap. si quis mandauit sexo. que not. quia quotidiana. ⁊
vt plurimum non tacta.

SUMMARIUM

1 Liber homo an possit se dare alteri vt eum torqueat ad inuenien⸗
dum crimen.
2 Ea que sunt meri imperij non possunt pacto priuatorum concedi.
3 Homo an possit se obligare ad mortem vel membri abscisionem.
4 Appellari an possit ab interlocutoria quod quis torqueatur.

Uero de vna notabili que⸗
stione que alias fuit in facto. Quidam nobilis fuit incul⸗
patus de graui delicto per quendam infime conditionis
virum, potestas ambos coram se venire iussit causa faciendi affron⸗
tationem pro inuestigatione veritatis, ⁊ interrogatus deferens nobi
lem dixit verum esse que dixerat contra nobilez, nobilis negat, ⁊ au⸗
dacter delatorem de mendacio, ⁊ falsa delatione increpat, ille insistit,
dicendo hoc est verissimum, tandem nobilis dixit torqueatur ipse, ⁊
deinde sim tortus ego vt veritas eruatur qua conuentione facta po⸗
testas iubet delatorem torqueri. Et tortus est acriter qui in tortura
perseuerando dixit, ⁊ testificatus est vera esse que contra nobilem di
xerat, deinde potestas ex conuentione habita vult torquere nobilem
qui denegat velle subire torturam allegando quod dicta conuentio
non valuit. Modo queritur quid iuris ⁊ obmissis que dici possunt
pro ⁊ contra. dico quod gl. in. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. di⸗
1 xit † quod liber homo potest se dare alteri vt eum torqueat ad inue⸗
niendum crimen. tamen Bar. ibi tenet contrarium, quia homo li⸗
ber non est dominus membrorum suoruz. l. liber homo. ff. ad. l. aquil.
quia potestas torquendi est meri imperij. l. defensionis. C. de defen.
ci. ⁊ in auct. de testi. §. minus. dicens ꝙ hoc tenet Guil. de cuneo. l.
2 imperium. de iurisdi. om. iudi. ¶ † Et ea que sunt meri imperij non
possunt pacto priuatorum concedi. l. priuatorum. de iurisdi om. iud.
dicens etiam quod quis non potest se committere priuato vt sibi fa⸗
ciat iniuriam. l. j. §. vsque adeo. de iniur. ⁊ sic putat. d. glo. non habe⸗
re locum in libero homine. ⁊ idem tenet Barto. in. l. cum seruus. ff.
de condi. ob causam. ad que faciunt no. per eundem Bar. in. l. j. §.
vsque supra alleg. videlicet quod tale pactum non valeat. per. l. non
est singulis. ff. de re. iur. ⁊ l. generaliter. de verbo. obliga. dicens ꝙ
est turpe, scilicet quod maleficium committatur quia non potest quis
se committere in manibus inimici quod faciat sibi vulnus. ad que fa⸗
ciunt no. in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. ma. vbi Bald. ⁊ Ang. repre⸗
hendunt dictam gl. in. d. §. qui furem. ⁊ Flo. in. d. l. liber homo. dixit
per rationem illius quod liber homo non poterit tradere se ad tor⸗
quendum pro eruenda veritate criminis, licet glo. dixerit contra in
d. §. qui furem. tamen remittit se ad Barto. ⁊ ad. d. l. cum seruus di⸗
3 cens, † quod hac eadem ratione non potest se obligare ad mortem
nec ad membri abscisionem, sicut nec valet pactum factum a debito⸗
re creditori quod possit eum de persona capere. l. ij. de libe. homi.
exhiben. tamen Bald. dixit quod debitor potest se obligare ad car⸗
cerem publicum ⁊ non priuatum. sic etiam dixit Flo. ibi quod nō po
test se obligare ad obsidatum. de quo per glos. in. l. prima de pa. qui
filios distra. Uel quod non licet cedere bonis, quia inducitur tacita
carceratio. per not. de exa. tributo. in. l. nemo carcerem. ⁊ late in di⸗
cto. §. eleganter. per Moder. Et quod quis non possit se obligare
ad penam corporalem sponte. facit text. in. l. prima. §. sinautem. ff. ad
turpillia. vbi dicit text. quod pene impositio non est in potestate par
tis, sed legis. in aucten. in medio litis non fieri sacras iussi. in princi.
⁊ argumen. in. l. iij. §. sinautem. de his qui mor. sibi consciue. ¶ Ta⸗
men lex reum ad penam obligat etiam si nihil dicatur. l. libellorum.
de accusa. ⁊ facit. l. tertia. §. item diuus. de testib. ⁊ facit text. in. l. si
quis reum. ff. de custo. reo. vbi dicitur quod fideiussor rei criminis
non potest se obligare pro ipso reo ad penam mortis cum non sit do
minus membrorum suorum. per. d. l. liber homo. ⁊ est glos. xxiij. que
stione quinta. c. cum homo. qui alleg. d. l. si quis reum quod fideiuss.
non potest se obligare ad penam mortis si non representat reum cri⸗
minis nisi reciperet eum in custodiam tāquā commentariensis. quia
tunc obligatur pena corporali. l. ad commentariensem. C. de custo⸗
reo. ⁊ l. milites. ff. eod. quia illa iura loquuntur in officiali custode
carcerum cuius culpa de dolo reus captus euasit, quia lex eum ob⸗
ligat ad penam corporalem, ⁊ non ipse se obligat s̄m Ange. ibi.
¶ Tamen ego dubito quod supradicta iura non habent locum in
casu nostro, quia hic nobilis non obligauit se ad torturam sui accu⸗
satoris quod ipse posset eum torquere sed ad torturam potestatis
habentis merum ⁊ mixtum imperium quo casu putarem ꝙ pote⸗
stas non posset ipsum torquere nullis precedentibus indicijs vigo⸗
re dicte conuentionis, quia illa conuentio non tribuit sibi iurisdi⸗
tionem torquendi sine indicijs. per dictam legem priuatorum cum
ibi not. ⁊ lex imponit freni temperiem iudicibus, vt non torqueant
sine indicijs, ⁊ verisimilibus argumentis. ff. de question. l. diuus. ⁊ l.
edictum.

edictum.&.l.de minore.§.tormenta.cum si.de questio.&.l.questionis modus.cum si. Unde sine indicijs vel verisimilibus argumentis iudex non habet imperium, nec iurisdi.torquendi, vt dictis iuribus ergo non torquebit ex illa conuentione facta contra iura.

¶ Tamen relinquo cogitationem, vt tu qui studes in alphabetis cõsideres, & inuenias legem, vel rationes legum, si hic nobilis poterit torqueri ex quo primus est tortus ex conuẽtione habita corã indice.

4 ¶ † An ab interlocutoria q̃ quis torqueatur possit appellari. glos. q̃ non in.l.ante sententiam.C.quo.appella.q̃ est verum quando pcedunt indicia a contrario sensu illius.l.nec propterea differtur tortura ex quo non potest appellari.l.fi.ff.de appel.recip.sed Bal.in.d.l.ante sententiam.tenet q̃ siue affirmatiue, siue negatiue a pronunciatione torture potest appellari.& idem tenet in.l.si quis prouocatione.C.de appella.& vide in.l.eos.C.eo.& idem Bar.in.l.ij.de appel.recip.vbi dicit q̃ ab interlocutoria torture cum expressione causarum appellatur, & idem tenet And.de iser.tit.que sint rega.in verbo maiestatis.quod in crimine maiestatis quis torqueatur potest appellari, & vide eundem Andr.in constitut.regni intentionis, & dixit Bald.in.l.fin.C.de probatio.q̃ tortus cum indicijs vehementibus non potest appellare.& de iure.c.regni appellatur, vt in tit.legitima appellatio a tormentis.quod incipit, si iuste.

Quidam vir leuis opinionis, & vite venit ad campsorem ditissimum, & petit ab eo mille, ac iocalia, que asserit sibi deposuisse in sacculo, campsor negat depositum, ac viso libro, & deposito non reperto de scripto inficiatur propter q̃ accusatur ab isto de furto, & de negatione depositi, qui campsor replicat accusationem esse calumniosam, & falsam, & quia nihil de tali deposito probatur petit ipsum torqueri si & prout tortus fuisset ipse mercator si indicia contra ipsum apparuissent de negatis, deponens replicat quod fecit contra consuetudinem mercatorum nõ annotando depositum in libro, & sic falsum commisisse, & petit deponens sibi iuramentum in litem deferri depositi contra negantem. Uel quidam dicit sibi disrobatam maximam quantitatem in hospitio diuitis hospitatoris quem accusat, & nihil probat, an hic accusator, vt veritas eruatur sit torquendus, dic q̃ iudex ante omnia debet inuestigare si ille habuit illam pecuniam, vel apud eum visa fuit, & qualitatem, conditionem, & famam vtriusq̃, per not.per Bar.in.l.j.in fi.ff.fur.aduers.nau.vbi tenet q̃ in istis casibus requiritur aliqua presumptio vel probatio delicti.& Andr.de iser.in consti.re.super incisionibus arborum vbi ponit quando homines tincti insultant aliquem in siluis qui dicat se disrobatum, & si accusator inuentus fuerit calumniosam instituisse erit torquendus vt veritas eruatur, per not.per Joã.and.in.c.cum in contemplatione.de reg.iur.qui alleg.quod not.Jac.in sum.xv.q.j.vbi de tormentis accusatoris rei, & testium, &.ij.que.j.in primis.& c.illi.vbi qui accusatores, & testes episcoporũ torquentur. Quod dicit verum in casibus exceptuatis vel quando reus accusatorem sponte ad accusandum admittit.argumen.c.j.de resti.spolia.& de heret.c.cum ex iniuncto.dicens q̃ locum habeat in accusatoribus laicis, & in criminibus exceptis, s̃m Inno.in.d.c.cum in contẽplatione. Et mihi videtur etiam q̃ sit torquẽdus si appareat de euidenti calumnia ipsius accusatoris qui nullas probationes verisimilitudines, nec scripturas de tali deposito producit, sed solum vt opinionem campsoris aggrauet, & questum faciat, argumen.l.fin.C.de accusa.vbi text.s̃m Bart.q̃ accusatus potest statim suum accusatorem de calumniosa & falsa accusatione deferre, & bene facit.l.non prius.&.l.fi.C.de calum.&.ff.de priua.l.ab impare.&.l.fin.C.de abo.&.l.ij.in fi.C.de custo.reo.vbi dicitur q̃ calumniator punitur similitudine supplicij, & text.in.l.si quis alicui.C.ad.l.iul.maiest.vbi dicitur q̃ accusator in probatione deficiens torquetur, vbi dixit Bal.q̃ indicia manifesta soluz excusantur a calumnia sic etiam vilis persona sponte veniens ad testificandum torquet̃.in auc.de testi.§.si vero ignoti.in verbo festinantes.& Bartol.in.l.ex libero.de questio.

¶ Sic ergo si talis accusator esset vilis & ignobilis, & nulla indicia, vel probationes ostenderet accusationis accusator torquebitur.& bene facit constitutio regni, de pena mulierum iniuste querelantium, vbi est text.contra mulieres iniuste querelantes, & falso per mendacium imponentes raptum, vel violentiam contra aliquem, vt illum in virum accipiant q̃ capitali pena puniãtur nisi statuta terrarũ aliter prouideant contra accus.vt dixit Barto.in.l.accusatorem.in.§.ad crimen.in ver.sed pone.de publ.iudic. Et alias decreui in quodam extero qui importune petebat a quodam nummulario bone fame ducatos trecentos quos dicebat in suo bancho deposuisse, & accusauerat ipsum de furto, & de negatione depositi, & valde instabat contra ipsum in curia regia, & mercator erat vir simplex, & timidus, & nihil probabat de deposito, nec partita in libris erat descripta & hic exterus nunquam conuersationem habuerat cum mercatore, sed erat suspitio q̃ querebat illum ad condemnationem perducere. nam ipsum torqueri feci, & confessus fuit in tortura q̃ nunquam tale depositum fecerat, sed hoc agebat vt mercator sui honoris causa cõseruandi aliquid sibi daret.

¶ Similiter quidam nummularius de sero in quodam porticu clamauit q̃ fuerat sibi ablatus saccus cum pecunia, & in capite vulneratus per raptorem, & vulnera apparebant, fuit repertum biretum qd̃ gerebat in capite sine aliqua incisiõe, & sine sanguine fuit ligatus ad chordam, & confessus fuit quod se vulnerauerat cum pillo leuiter, & vt cum suis creditoribus componeret ratione raptus pecuniarum.

¶ Ac etiam tempore regine Joanne nũmularius, quia falso simulauit se disrobatum de sero, & in capite similiter pcussum qui tortus fuit, & reperta falsa accusatione fuit suspensus.

¶ Alter etiam querelam proposuit q̃ ex domo vicini quidam intrauerat per caminum ignis, & furtum pecuniarum sibi fecerat, & viso per officialem camino qui erat valde arctus, & apparebãt omnes fuligines, & nulla introitus vestigia, fuit tortus, & confessus est falsaz querelã propter creditores. Ideo iudex debet esse subtilis inuestigator, q̃ sepe accusatores & d̃latores criminũ, vt aliqd lucrent̃ tales delationes falso faciunt, & in alios mentiuntur, vt questum faciant non erunt torquendi si iudici sederit, & sint alique verisimilitudines false accusationis ita inserui more Jurisconsulti, in.l.secunda, & tertia.ff.de questio.vbi ponuntur casus torture digni ac occurrẽtes ad consultationem factam per presides prefectos, ac consules prouinciarum, ac responsa & decreta perinde facta, vt in dicto titulo videbis que sunt quotidiana & cogitatu digna, quia nullus ita aperit, et fui alias ex Apullia de his consultus.

LAVS DEO

Habes candide Lector, tam excellẽtis operis finem optatissimum. Quod tu perlege, assiduisq̃ lucubrationibus precurre, atq̃ iterum perlege. Inuenies enim non vt quibusdã crebris iteratisq̃ cibis stomacum fastidiri, sed vt quotidiana Cerere magis recreari. Ita sunt operis fructus, & vtilitates perpetue. Ita omnium Magistratuum sordes precaueri docentur, vt quod ad iustitiam pertineat sustinendam, nihil deesse videatur. Est libellus, vt vides, modicus, vtilitas vero maxima. Conducit enim neduum maioribus presidibus, inferioribusq̃ iudicibus, sed et cũctis Causidicis, & Aduocatis, vniuersisq̃ ipsis litigãtibus, aduersus iudicantiũ calumnias securitatẽ prebet. Suscipe itaq̃ alacriter, & cuz operis auctori gr̃as egeris, Joanni Augustino Porcio legũ Doctori Papiensi bene dicere, ne contẽpseris, qui castissima emendatione sua, antiquorum Codicum vitia omnia ad vnũ vsq̃ sustulit. Addiditq̃ ad faciliorem decisionem, atq̃ inuentionem, inter voluminis columnas, signa, que greco vocabulo Paragraphos appellamus.

Tractatus Syndicatus cum expositione inquisitionis generalis, & querelarum porrectarum contra officiales, & eorum defensiones, compositus per me Amodeum Justinum de Castello, militem, & Doctorem in pretura Asculana presidentem, Anno. M.cccc.lxij. Ad Laurentium filium equitem, et Doctorem.

SVMMARIVM

1 Principium cuiusq; rei, eiusdemq; pars potissima censetur.
Finis ab omni agente principaliter intenditur.
Finis, his que ad finem sunt nobilior creditur.
2 Magistratuum, pretorum, & aliorum officialium cura, in quibus versari debeat.
Judicium que peruertant humanum.
3 Magistratus, & ceteri officiales, nedum coram Deo cordis penetralium rimatore, sed & in hoc seculo coram sindicatoribus rationem sue administrationis debent reddere.
4 Inquisitio generalis qua forma fieri debeat.
5 Electus qui dedit aliquid electoribus, vt ipsum ad aliquod officium vel dignitatem eligerent, incidit in legem iuliam ambitus.
6 Electus ad aliquod officium quid in princi. officij iurare debeat.
7 Ptās q tpe officij negligēs fuit in puniendis delictis, est puniēdus.
8 Notarius inquiritur in fine officij si negligēs fuit in faciendo inquisitionem generalem aduersus quoscunq; delinquentes.
9 Domicilij & berruarij de quibus inquirantur in fine officij.
Ptās, iudices, & officiales alij, de quibus sint ingredi in fine officij.
10 Judex & potestas inquiruntur si capi, detineri, aut torqueri fecerint indebite, & iuris forma non seruata.
11 Potestas & index, ac ceteri officiales, inquiri debent, & puniri, si extorsiones contractus illicitos, & alia delicta commiserint.
12 Officialium inqsitorum rūsio negatiua qualiter scribi debeat & pponi.
13 Fideiussio pro olim potestate, & alijs officialibus inquisitis qualis.
14 Potestas & olim officiales qualiter licentiam sindicis prebeant pcedendi in inquisitione.
15 Captus iniuste, & carceratus, aut tortus qualiter querelam proponere debeat coram sindicis.
16 Tortus iniuste, & mēbro debilitatus aliquo qualiter gqueri possit.
17 Fuga carcerati qualiter cum querela debeat proponi.
18 Judex qui innocentem condemnauit, aut nocentem absoluit qualiter puniri petatur.
19 Querela qualiter formanda sit super barrataria a iudice, vel potestate facta super absolutione eius qui condemnari debuerat.
20 Negatio querelarum aduersus officiales inquisitos propositarum qualiter proponenda.
21 Inquisitio de maleficijs cognoscitur tribus modis.
Inquisitio specialis quid sit.
22 Inquisitio generalis quadruplex est, & earum quelibet qualis.
23 Effectus inquisitionis generalis qualis sit.
24 Inqsitio gnālis quo ad psonas, & spālis quo ad delicta, qualis.
25 Inquisitio facta per sindicos contra officiales est ius procedendi p officium ad puniendum facinorosos.
26 Officialis censetur reus lese maiestatis qui aufugit ante tempus officij finitum.
27 Actio criminalis pro barrataria intentari potest.
28 Inquisitio generalis qualem habere possit effectum.
29 Inqsitio generalis qn ad cōmoda priuata extendatur, & qn non.
30 Inquisitio ad sui substantiam quinq; requirit, & que.
31 Locus & tempus quando in inquisitione poni debeant.
32 Conclusio nec in inquisitione, nec in accusatione dr necessaria esse.
33 Syndicorum verba dicentium hoc modo, que fit & fieri intenditur, quid importent.
34 Judicum gradus quot sint & qui.
35 Syndicus, & defensor & ratiocinator dicitur.
36 Confessio officialis facta coram vno sindicorum, an sibi preiudicet.
37 Miles a malo dicitur, quod malum milites arcere soleant.
Militibus quot & que sint concessa priuilegia.
38 Militia an sit nomine dignitatis censenda.
Milites nostri temporis in quibus preferendi sint alijs.
39 Nomina propria, agnomina, & cognomina ad quid sint in inquisitionibus exprimenda.
40 Stipulatio inepta non vitiatur si stipulatio non requiratur.
41 Olim dictio, in inquisitione sindicorum posita, tempus preteritum significat, & officium finitum.
42 Officiales an possint durante officio sindicari, aut conueniri.
43 Officiales in qnq; casibus durāte officio possunt remoueri ab eo.
44 Officialis ob culpam vel delictum proprium remotus ab officio priuari debet suo salario.
45 Officialis officio durante conueniri potest, si ipse, & is cui iniuria infertur eidem domino subijciantur.
46 Electiones nostri temporis hoc pacto vallantur qp finito officio de omissis, vel commissis ad sindicatum electi teneantur.
47 Verba ex mero eorum officio posita in inquisitione, qd operentur.
48 Inquisitio specialis famam publicam precedentem requirit.
Inquisitio generalis non requirit famam publicam precedere.
49 Fama publica precedens non requiritur si contra presentem, & non opponentem procedatur.
50 Fama dr opinio cōis que voce manifesta ex suspitione puenit.
Fama est communis opinio, eorum scz ad quos scire pertinet.
51 Fama in maleficijs initium habere dz a personis fidedignis.
52 Fama probatur per duos testes, statuto non requirente plures.
53 Fama sufficienter probata an plenam, an vero semiplenam inducat probationem.
54 Fama non probat, sed probationes iam factas confirmat.
55 Fama quando probet in causis breuioribus.
56 Fama qua qs p aliquē vult vti dz ad tribunal iudicis pduci.
57 Fama quotuplex sit, & quelibet qualis.
58 Rumor quid proprie dicatur.
59 Manifestum quid sit.
60 Occultum est illud quod nulla ratione probatur.
61 Notorium quotuplex sit, & quid sit notorium facti.
62 Notoriū iuris dr dum aliquis in iudicio, vel gfitet, vel gdemnatur.
Notorium presumptionis quid sit.
63 Verba, per modum notorij in inquisitione posita, quid operent.
64 Maleficium per testes probatum debet reus confiteri ad tollendū omne dubium.
65 Rectores & officiales electi ad suffragia populi, incidunt in penam legis iulie ambitus.
66 Potestas & ceteri officiales in principio sui officij, scdm formam a iure & statutis traditam iurare debent.
67 Jurans illicita, impossibilia, & inhonesta, largo modo est periurus ipso facto.
68 Potestas & eius iudices diebus iuridicis in bancho iuris sedere debent pro iure reddendo vnicuiq;.
69 Negligentia in quibus consistat, & quando de negligentia teneantur potestas, & eius officiales.
70 Officiales de neglectis in administratione reipublice tenentur sicut tutor & curator in administratione tutele.
Dolus & culpa leuis, & lata venit in contractibus gratia vtriusq; celebratis.
71 Judex & potestas probationes & defensiones non admittens quando teneantur.
Potestas & iudex negligentes accusationes, vel querelas sibi porrectas recipere, faciunt litem suam.
72 Judex non faciēs furtū restitui, & damnū resarciri, insolidū tenetur.
73 Judex nollens audire partes, & non admittens legitimas exceptiones tenetur in sindicatu.
Judex tenetur, victum in expensis condemnare omittens.
74 Judex negligens causas ciuiles infra terminum a statuto prefixum expedire in sindicatu tenetur.
75 Judex interpellatus non expediens causam instructam, censetur esse in negligentia.
76 Tempus instantie non currit impedito per factum iudicis.
77 Judex de negligentia tenetur processum cause criminalis tempore debito non expediens.
78 Judex negligens inquirere de maleficio notorio, vel sibi denunciato de negligentia tenetur.
79 Potest dictio, quando necessitatem importet.
80 Potestas vel alius officialis in dolo presumitur, qui nō facit id ad quod ex officio tenetur.
81 Judex infra quantum tempus negligens dicatur.
82 Negligentia iudicis vel alterius officialis qualiter probetur.
83 Officiales qua pena sint afficiēdi ob negligētiā in officio gmissam.
84 Officialis salarium perdere debet pro tpe quo negligens fuit.
85 Judex punire debet denunciantes maleficia, & non probātes ea.
86 Potestas non tenens officiales, & equos in numero cōpetenti suo officio perdet salarium pro illo tempore quo non tenuit.
Potestas qualiter probet tenuisse familiam decentem suo officio.
87 Milites socij potestatis, portantes arma vetita inquirere debent, & ludentes

Iudex de delicto coram se commisso cognoscere tenetur.
160 Iudex corporaliter punitur, qui condemnationem de se factam solvere non potest.
Iudex exactiones illicitas facere nō dz, sed faciētibus resistere.
161 Iudex ſm allegata & probata iudicare tenetur.
Iudex potentioribus populares opprimentibus resistere debet.
Iudex subditis audientiam non debet denegare.
162 Iudex debitori communis carcerato non debet alimenta denegare ut citius soluat.
Iudex condemnans in minori summa eum quem debuerat condemnari in maiori, tenetur, non obstante clausula saluo semper &c.
163 Officiales barratariam committere dicuntur quum a priuato aliqd recipiunt ut faciant non facienda, vel omittant facienda.
Iudicium siue iustum, siue iniustum vendi non debet.
164 Iudex barratarius dicitur qui pecunia vel aliter corrumpitur.
165 Barrataria quid sit, & unde dicatur.
Iudex barratarius qua sit pena afficiendus.
166 Iudex incidit in legem iuliam repetundarum, qui annuit promittenti sibi aliquid ut pro se sententiam ferat.
Iudex barratariam committit pecuniam recipiens a feneratore, et in eius fauorem sententiam ferens.
167 Officialis barratariam attentās an puniatur etiam si non perficiat.
Iudex barratariam committens in eodem processu ciuiliter & criminaliter conueniri potest, & condemnari.
168 Barrataria qualiter probetur.
Testis esse non potest qui libellum dedit aduersus officiales.
169 Officialis quando barratariam committere dicatur.
Condemnatus de barrataria non censetur pena falsi condemnatus.
170 Pena condemnati de barrataria quando sit fisco applicanda.
Syndici an cognoscant de delictis familie potestatis non commissis in spectatantibus ad officium.
171 Consules artis de pertinentibus tantum ad artem cognoscere possunt contra artifices.
172 Pena furti qualiter debeat imponi potestati, & aliis officialibus.
173 Fur pro furto non manifesto ad penam dupli tenetur, & quadrupli pro furto manifesto.
174 Potestas vel alius de familia aliquod delictum committens puniatur ſm statuta loci in quo functus est officio.
175 Officiales ad tps iurisditionem hñtes, non pñt cum subditis cōtrahere, aut mutuum dare, secus si perpetuum habeant officium.
Officiales forenses quare cum subditis contrahere prohibeanť.
176 Officialis contrahens cum subditis in rebus vetitis qua sit mulcta cohercendus.
177 Locus & tempus mensis, & annus sunt de substantia actus.
178 Potestas & alii officiales an possint post sindicatum in propria cōueniri patria.
179 Laicus clericum offendens cuius cognitio ad utrunqz forum spectat, an si preuentus fuit per episcopum, poterit etiam puniri per iudicem secularem.
180 Inquisitio facta per sindicos quali claudatur conclusione.
181 Clausula, emergentibus, & connexis, & prorsus extraneis, in inquisitione speciali posita, quid operetur.
182 Clausula in inquisitione posita generali ad quid utilis sit, hoc modo, incohoata, & formata fuit &c.
183 Termini omnes ob instantie breuitatem, possunt cumulari.
184 Potestas & alii officiales de veritate dicenda iurare debent, formata generali inquisitione sindicatorum mandato.
186 Iudex euitat periurium qui sine dolo, & per ignorantiam omisit seruare statutum.
Potestas & officiales responsione facta non debent carcerari, sed fideiussoribus datis possunt relaxari.
186 Probationes que requirantur in sindicatu contra potestatē, & eius officiales, & familiam.
187 Iuramentum in supplementum probationis non defertur officialibus in sindicatu.
Officialis añ sindicatum aufugiēs p̃sumiť barratariā cōmisisse.
188 Testes duo de actu corporali & visibili deponentes, sunt decem testibus preferendi deponentibus de actu mentali, seu inuisibili.
Confessus sponte dici non potest qui tortus probatur.
189 Tortura & violentia per vociferationem, & famam probatur.
Testis probatur per metum deposuisse hoc ipso quod ꝓbatur eius detentio.
190 Testis esse non potest contra officialem is qui per eum aliquando carceratus fuit.
Inimicus capitalis repellitur a testimonio ferendo contra eum cui inimicatur.
191 Inimicitia capitalis probatur ex verbis minatoriis.
Consanguineus querelantis non est pro eo idoneus testis.
192 Minor annis viginti non erit testis in causa criminali.
Officiales & famuli potestatis quando pro ipsius inocentia, & defensione possint in sindicatu testificari.
193 Berruarii quando possint pro protestate testificari.
194 Potestas ad quid totam familiam suam sindicis exhibere teneať.
Testis domesticus multa honestate preditus quādoqz admittitur.
195 Dictum cuiuslibet testis extense scribi debet.
Relationi unius statur, statuto stante quod relationi familie credatur.
196 Potestas nedum pro delictis propriis tenetur, sed etiam de delictis officialium, & familiarium suorum.
197 Statutum disponens potestatem teneri pro delictis officialiũ suorum, & familie qualiter sit intelligendum.
198 Potestas obligans se ad omnem penam soluendam pro suis officialibus, intelligi debet de pena pecuniaria, & non corporali.
Potestas qui uxorem ducere non debuit tenetur pro ea ad interesse partis, si ducens in officio deliquit.
199 Potestas nedum pro suis tenetur officialibus, sed etiam pro uxore, & aliis secum morantibus nulli officio prepositis.
Statutum dictans potestatem de delicto officialium, & familie teneri, intelligitur si ciuiliter agatur.
200 Potestas quando filium proprium delinquentem in sindicatu presentare teneatur, statuto stante q &c.
201 Potestas pro delictis officialium, & familie obligatus, quando liberetur delinquentem exhibendo.
202 Potestas in principio sui officii faciens proclamate annunciari ne aliquis alicui de sua familia credentiam faciat, an eo casu officio finito teneatur pro debitis suorum familiarium.
203 Bannum per potestatem factũ quod creditores officialium infra decem dies compareant, alias non audiendi, non preiudicat ipsis creditoribus infra dictum terminum non venientibus.
Potestas seu iudex qui soluit in sindicatu, quia in plus, aut minus condemnauit iuxta sui assessoris consilium, an contra ipsum consultorem possit habere regressum.
204 Iudex quando possit querelam porrigere contra collateralem male consulentem.
Potestas soluens in sindicatu pro aliquo suorum officialium an cōtra eum possit habere regressum.
205 Officialis cum suo rectore tempore sindicatus nolens stare, nihilominus debet expensas habere.
Iudex vel collateralis conductus a potestate, debet ab eo expensas & precium consuetum habere.
Potestas in cibo & potu debet bene officiales tractare.
206 Potestas non tenetur in sindicatu pro officialibus officia sua negligentibus.
Potestas & officiales fideiubere debent, & non carcerari.
207 Potestas Florentinus administrans officium in alieno territorio, si aufugerit non debet remitti ad locum administrati officii.
Potestas & officiales condemnati, an prius q̃z eorum fideiussores debeant discuti.
208 Fideiussor in obligatione fideiussoria renuncians priuilegio excussionis poterit excuti prius q̃z principalis.
209 Syndici late debent capere fideiussionem potestatis, & officialium.
210 Iudex in causa mere pecuniaria tenetur relaxare offerentez idoneũ fideiussorem.
Fideiubere potest unus pro alio in causa pecuniaria, dum plures tenentur pro eodem facto.
Iudex & notarius recipientes minus idoneos fideiussores, parti lese tenentur ad interesse.
211 Citatio partis, & si communiter in quolibet iudiciario actu requiritur, tamen partes facere pñt iudiciũ valere sine partis citatiōe.
212 Monitio sindicorum facta potestati, & officialibus habet vim citationis peremptorie.
213 Potestas in causa sindicatus pōt se defendere per procuratorem.
Citatio generalis fieri debet in inquisitione generali.
214 Preconi & nuncio referenti in quibus credatur.
Nuncio dicenti se personaliter citasse aliquē an credať si ille negeť.
215 Iudex citationem potest nuncio publico cōmittere, & ēt parti.
Querelam porrigere potest quilibet contra potestatē, si de iure publico, & de pena fisco applicanda agatur.
216 Actio ciuilis & criminalis q̃liter possint in eodez libello cumulari.
217 Oblatio libelli, & litis contestatio, an requirantur in causa sindicatus.
218 Libellus in quibus actionibus sit porrigendus.

219 Acta in sindicatu a notarijs sindicorum gratis, et sine expensa scribi debent.
Publicatio attestationum an sit de substantia iudicij.
220 Copia attestationum dari debet parti vt se defendere possit.
221 Indicium proprie non diffinitur, sed iudicis equi arbitrio relinquitur.
Indicium duplex est, plenum scilicet, et semiplenum, et vnde dicatur indicium.
222 Indicia precedere requiruntur antequam contra aliquem procedatur.
223 Inquisitio sine indicijs, aut fama publica est ipso iure nulla.
Reus non potest condemnari ex confessione facta in tortura nullis precedentibus indicijs adhibita.
Indiciorum copia regulariter rei dari debet.
224 Indiciorum aut fame in tribus casibus non est danda copia.
225 Indicia que dicantur ad torturam sufficientia.
226 Iudex diligenter attendat, quo vultu, et qua constantia, aut trepidatione reus inquisitus respondeat.
Indicium qualiter probetur.
227 Pena debilitationis membri occasione torture secundum formam statuti debet imponi.
228 Copia libelli in ordinarijs datur expensis actoris.
Contestatio litis cōiter per petitionem, et responsionem fieri solet.
229 Terminus ad probandum datus in dubio est peremptorius.
Actor vel reus post terminum admitti potest ad aliquid faciendum si parti aduerse nihil deperijt.
230 Interrogatio et responsio testis super inquisitione potestatis, et officialium qualis esse debeat. et nu. seq.
232 Monitio iudicis vim citationis peremptorie obtinet.
Sententia ferri potest vltima hora instantie non citata parte.
233 Citatio non requiritur si monitio precessit.
234 Absolutio potestatis, iudicis, et aliorum officialium qualiter fieri debeat, si in inquisitione non reperiantur culpabiles.
235 Clausula, saluo semper et reseruato etc. posita in sententia ante verbum condemnamus, et ante tenorem inquisitionis, quid importet.
236 Potestas et eius officiales an possint appellare a sententia contra se per sindicos lata.
237 Supplicare potest qui ad appellandum non admittitur.
Potestas et eius familia appellare non potest a sententia per sindicatores lata.
238 Appellari non potest ad principem medijs omissis.
239 Potestas et eius officiales iniuste condemnati in sindicatu, ad remedium supplicationis recurrere possunt.
Officiales de quibus non teneatur quamuis teneri videantur.
240 Officialis in sindicatu non tenetur de eo quod fecit, cui cōmissum est arbitrium faciendi prout sibi videbitur.
Potestas vel iudex cui datum est arbitrium aduersus eos qui statum turbant, ex causa penam minuere poterit.
241 Potestas cui datum est arbitrium procedendi summarie non attento iuris rigore, si taliter processerit litem suam non facit, nec in sindicatu tenetur.
Potestas de eo quod liberam faciendi potestatem habet in sindicatu non tenetur.
Iudex vel potestas secundum formam alicuius statuti faciens contra ecclesie libertatem, nec peccat, nec in sindicatu tenebitur.
242 Iudex sententiam ferens iniquam appellatione pendente non tenetur nisi ad sumptus litis.
Iudex non tenetur ex sola pronunciatione sententie que ipso iure est nulla, si executioni eam non mandauerit.
Iudex executionem faciens personalem mittendo furem ad furcas intra tempus appellandi non tenetur.
243 Iudex non tenetur qui inquisitionem contra aliquem fama, et indicijs legitimis precedentibus formauit, quem tamen innocentem repertum absoluit.
Potestas vel iudex ex causa penam legis, vel statuti transgressus non tenetur.
244 Iudex de facto procedens in leuibus sine processu, et forma statuti omissa non tenetur in sindicatu.
Iudex de facto, et sine processu faciens solui aliquam penam communi applicandam, in sindicatu non tenetur.
245 Iudex ex euidēti cā publice vtilitatis nō seruās statuta excusatur.
Potestas de mandato illicito tenetur, sed officiales, et familiares illud mandatum exequentes non tenentur.
246 Iudex nō tenet si sniā quā tulit probationibus nouis reuocetur.
Iudex aliquē in carceribus detinere pōt, vt socios crīs manifestet.
Iudex pro accusato vel inquisito recipiens fideiussores minus idoneos non tenetur, principali inquisito existente idoneo.
247 Iudex non tenetur a cuius sententia fuit appellatum, et expresse appellationi renunciatum.
Iudex pro culpa leuissima ciuiliter tm̄ tenet, et non criminaliter.
Iudex de fuga carcerati non tenetur si post fugam fecerit eum poni in banno.
Iudex quando non teneat si alicui aliquid facere denegauerit.
Officiales nō sindicant de negligētia nisi dissoluta, et dolo prima.
248 Potestas vel iudex faciens decapitari eū q homicidiū cōmisit in terra confederata illi in qua officiū administrat non tenetur.
Iudex priuatum compellens ad vendendum terram pro furcis erigendis ad suspendendos latrones, non tenetur.
Iudex non condemnans victum victori in expensis non tenet, si hoc petitum non fuerit.
Iudex peritus non tenetur si allegationes audire recusauerit.
249 Iudex vilem personam cogens ad sententiam exequendam, non tenetur in sindicatu.
Iudex non tenetur faciens carceratum relaxari, si nesciatur ex qua cā fuerit carceratus.
Iudex ex rationabili causa errans non tenetur.
Iudex constitutionem vtentium more non cōprobatum non seruans non tenetur.
Iudex non faciens illud quod lex vel statutum posuit in sua potestate non tenetur.
250 Potestas non tenetur pro delictis familie sue extra territorium officij sui commissis.
Iudex vel potestas nō tenetur si statuta illicita, impossibilia, et ecclesiastice libertati contraria non seruauerit.
251 Iudex qn̄ sine culpa sniam ferre possit die in honorē Dei feriata.
Iudex non tenetur si captum pro crimine, et confessum in compedibus poni fecit.
252 Potestas seu iudex non tenetur ea pena qua fugiens tenebatur, si fugerit custodis negligentia.
Iudex non tenetur si vestes ad mortem damnati non confiscauit.
253 Iudex beneficium confessionis non admittens illi qui primo negauit non tenetur.
Officiales condemnatum ad mortem donātes cardinali non tenent.
Iudex non tenetur si carceratus in carcere se occiderit.
254 Potestas in sindicatu soluere non tenetur salarium famulis ante tempus recedentibus.
255 Iudex sniam ferens die feriata excusat si iurisdictio sua expiret.
256 Iudex non tenet si mitius cōdēnauerit militē in corpus quam plebeium.
Iudex officio finito non tenetur de eo quod promisit officio durante pro republica.
257 Offendens officiales in sindicatu an puniatur, ac si offendisset officio durante.
258 Potestas et eius familia officio sindicatus durante an sint ciues ciuitatis in qua officium gesserunt.
259 Iudex faciens aliquem torqueri debet in actis facere, vt appareat ipsum citatum, et contumacem.
260 Potestas qui ex forma statuti tenetur penam soluere, aut officiales delinquentem exhibere, facere debet procedi per capitaneum, et ponere fugientem in banno.
261 Iudex qualiter euitabit penā si in minori pena cōdēnat quam debuisset.
Cautela tutior et honorabilior est iudici ad euadendum in sindicatu, vt quotidie cum collateralibus, et officialibus reuideat, et examinet processus pendentes.

Exordium.

Et si in rebus agendis cuiusque † rei potissima pars dicatur esse principium. l. j. ff. de orig. iur. Tamen omne agens secundum rōem, vt ait phs, agit pp finem. Et omnis humanorum actuum laus, nō ex principio, sed ex fine comprobatur, quia vt attestatur idē phs. Finis est nobilior his que sunt ad finem. finem autem bonum dicimus, aut credimus, licet plurimi in eius boni cognitione, aut electione fallantur. Nam si quis interroget aleatores, aut latrones, et huiusmodi, ad quem finē ludunt, furantur, aut delinquunt, alienius lucri gratia, vt voluptuose viuant, quod bonum putant id agere affirmabunt, in quo tamen magnopere decipiuntur. † An si nos pretorum et officialium finem diligēter cōsideremus, oīs magistratuum cura in boni cognitione, et amplissime virtutis iustitie executione versatur, nisi imperitia, odio, amore, precio, aut timore decipiantur.

Que quatuor, iudicia peruertunt humana. xj. q. iij. c. quatuor. vnde nō sine rōne, verbū illud Biantis dictum, ꝛ ab Aristotele, ꝛ Cicer. relatum puto, magr̄atus virum oñdit, vt oñderet si rite ꝛ recte gesserit. i. seruato iuris ordie, ꝛ iuste iudicauerit pmia digna ferat. Si vero non rite, aut non recte administrauit, debitis penis subijciat. † ve
3 rum q̄ magr̄atus, ꝛ officiales, non solum apud tribunal eterni iudicis, qui cuncta cordis penetralia rimat̄ ꝛ videt, extra ꝺ sen. ꝛ re iudi. c. cū eterni. li. vj. Sed ēt in hoc seculo, de gestis ꝛ administratis per eos, redditurī sunt rōnē corā sindicatoribus, ꝛ iudicibus, in fi. officij deputādis. C. vt oēs tā ci. q̄ cri. l. j. ꝛ in auc. vt iu. sine quoq. suf. ꝛ in auc. de admi. in pn. q̄ iuxta pūerbiū i vulgare, oīs laus i fine canit̄. Exitus acta probat, Careat successibus opto.

¶ Quisq̄ ab euētu facta notanda putat. Idcirco ego Amodeus Iustinus, q̄ fere oēm meā etatem i gerēdis magr̄atibus ꝯsumaui, ad vtilitatē tuā, mi Laureti, cū intelligā te nouellū tyronē. Et ad defensionē alioꝝ officialiū, post Fran. accur. Bal. Ang. ꝛ nouellos alios modernos, seriosius ꝛ copiosius tractare decreui, cum maxime alij minus copiose. Alij vero moderni nimis diffuse, idem sepius replicantes, scripserunt.

¶ Aggredior igitur ipsum tracta. ꝛ materiam, in quo hunc ordinē seruabo.

¶ Primo ponam formam generalis inquisitionis.

¶ Scd̄o, subdā formas aliquaꝝ spāliū petitionum, ꝛ querelarum.

¶ Tertio subijciam declarationem generalis inquisitionis, declarādo quo tempore, quo loco, coram quibus, quo ordine, ꝛ de quibus officiales teneantur ꝛ sindicentur. Et que probationes pro eis, ꝛ contra eos sufficiant, ꝛ requirantur.

¶ Quarto, pro quibus psonis, ꝛ qualiter potestas teneatur ꝑ suis officialibus, ꝛ familia, ꝛ vxore, ꝛ alijs quos secum ducit.

¶ Quinto, addo declarationem specialium querelarum, ꝛ quo ordine super his procedatur.

¶ Sexto, ponitur forma sententie absolutorie.

¶ Septimo, vtrum a sententia lata ꝯtra officiales in sindicatu possit appellari, ꝛ ad quem appellatur.

¶ Octauo, ponuntur multi casus, de quibus officiales non sindicantur, ꝛ de quibus non teneantur.

¶ Nono, vtrum offendentes officiales in sindicatu teneantur, ac si essent in officio.

¶ Decimo ꝛ vltimo videbitur de quibusdam cautelis ad defensionem officialium.

¶ Forma inquisitionis generalis.

4 **Hec est quedam** Inquisitio que fit, † ꝛ fieri intendit, per spectabiles, ꝛ egregios viros, Antoniū Ioannis, Petrū Simonis, ꝛ Quiriacū Martini, sindicos electos, ꝛ deputatos a magnifico cōi ciuitatis Ancone, ad sindicādum magnificū ꝛ generosum militem do. Jo. de magalottis, de ciuitate castelli, olim ptātem ciuitatis Ancone, ꝑ sex mēsibus, ꝓxime decursis, inchoatis in chalendis Maij ꝓxime preteriti, ꝛ vt sequitur, finitis, ꝛ eius iudices, officiales, ꝛ familiā, ex mero eoꝝ officio, ꝯ, ꝛ aduersus do. Joan. olim ptātem predictū, dn̄m Senensem de Assisio eius collateralē, do. Dionysium de castello eius iudicē maleficioꝝ, ser Dn̄icum Nicolai, ser Gasparem, ser Angeli de castello, eius milites socios, ser Ludouicum de callio eius notariū ad extraordinaria, ser Paulū de tuderto. ꝛ ser Andreā de castello notarios ad maleficia. Et ꝯ oēs domicillos, berruarios, ꝛ totā familiā, quoꝝ noīa particulariter describant̄ sup infrascriptis maleficijs, sceleribus, barratarijs, furtis, extorsionibus, ꝛ negligentijs, per dictum olim potestatem, officiales, ꝛ familiam commissis ꝛ omissis.

5 ¶ † In eo, de eo, ꝛ super eo q̄ fama publica precedente, ꝛ clamosa insinuatione referente, non quidem a maliuolis ꝛ suspectis, sed potius ab honestis, veridicis, ꝛ fide dignis hominibus, ꝛ psonis, nō semel tm̄, sed sepe ꝛ sepius ad aures, ꝛ notiam dictoꝝ sindicoꝝ, ꝛ per modum notorij auditu peruenit, qđ dictus do. Joā. dictum officium ptārie ꝛ electionē de eo facta habere procurauit, datis, aut ꝓmissis, per se vel alios, clam ꝛ occulte, electionarijs q̄ eū elegerūt, ducatis. x. pro quolibet, ꝛ ꝯ. l. iuliam ambitus. obtinuit ꝛ impetrauit, ꝛ ꝯtra formam iuris ꝛ statuti dicte ciuitatis, ꝛ ꝯ bonos mores.

¶ Itē in eo, de eo, ꝛ sup eo, qđ dictus. d. Jo. officiales, ꝛ familia nō se ptāuerunt ad dictā ciuitatē per tres dies añ pnc. sui officij prout tenebant̄, ꝺm formā dicte electionis ꝛ statuti dicte ciuitatis.

6 ¶ † Itē in eo, de eo, ꝛ sup eo, qđ dictus do. Joan. ꝛ eius collateralis iudices ꝛ officiales in prin. eorum officij non iurauerunt in forma iuris, ꝛ presertim q̄ nulli dederunt, neq̄ dabunt, nec promiserunt occasione dicte electionis ꝛ officij, prout iurare tenebantur, ꝺm formā iuris ꝛ statutorum dicte ciuitatis.

¶ Itē in eo, de eo, ꝛ super eo, qđ dictus do. Joan. ꝛ eius collateralis, ꝛ iudices, durante tpe eorum officij, nō sederunt ad banchum iuris, ad ius reddendū, diebus ꝛ horis debitis ꝛ ꝯsuetis, put tenebant̄ ꝛ obligati erāt ꝺm formā sue electionis ꝛ statutoꝝ dicte ciuitatis.

7 ¶ † Itē in eo, de eo, ꝛ sup eo, qđ dictus olim potestas, ꝛ eius iudices, durante dicto tpe, fuerunt negligentes in capiendo, inquirēdo, ꝛ puniendo malefactores, ꝛ delinquētes in dicta ciuitate, comitatu, ꝛ districtu, ꝛ in capiendo bannitos, ꝛ cōdemnatos, prout tenebantur ꝺm formam iuris ꝛ statutorum dicte ciuitatis.

¶ Item in eo, de eo, ꝛ super eo, qđ olim ptās durante dicto tempore in dicto officio non retinuit oēs officiales, familiares, ꝛ equos, prout tenebatur ꝺm formam sue electionis, sed retinuit in eius palatio vxorem, ꝛ filios, ꝛ alios, quos retinere non poterat, ꝺm formam sue electionis ꝛ statutorum dicte ciuitatis.

¶ Item in eo, de eo, ꝛ sup eo, qđ dicti milites, ꝛ socij fuerunt negligentes ꝛ remissi durāte dicto tpe, in eundo per dictā ciuitatē die et de nocte, ad ingrendū delinquentes, ꝛ presertim portantes arma vetita, ꝛ ludentes ad ludos prohibitos, ꝛ euntes per dictam ciuitatem noctis tpe sine lumine ꝛ licentia, ꝛ alia delicta cōmittentes, ac etiam fuerunt negligentes in exigēdo, capiendo, et detinendo condemnatos, bannitos, et alios debitores cōis, et priuatoꝝ personarum, prout tenebantur ꝺm formam sue electionis et statuti dicte ciuitat.

8 ¶ † Item in eo, de eo, et super eo, qđ dictus olim notarius extraordinarioꝝ, durante dicto tpe, fuit negligens et remissus in eūdo ꝑ dictam ciuitatē, et in faciendo ꝯnalem inquisitionem contra quoscūq̄ delinquentes, et presertim ꝯ vendentes panem, vinū, carnes, et alia res non bonas, et cum ponderib⁹, et mensuris non iustis. Ac etiam fuit negligens in faciendo mundari vias et stratas dicte ciuita. et in referendo inobedientes, ꝛ delinquentes prout tenebatur, ꝺm formā sue electionis ꝛ statutorum dicte ciuitat.

¶ Item in eo, de eo, ꝛ super eo, qđ dicti notarij deputati sup processibus maleficiorum fuerunt negligent. ꝛ remissi in scribendo pcessus ꝛ acta, ꝛ in dandis copijs petentibus, ꝛ expediendo dictos processus, ꝛ alia omittendo ad que tenebātur, ꝺm formam dicte electio. ꝛ statutorum dicte ciuitat.

9 ¶ † Itē in eo, de eo, ꝛ super eo, qđ dicti domicelli, ꝛ berruarij durāte dicto tpe fuerunt negligētes, ꝛ remissi in ꝓsequendo, capiendo, ꝛ detinendo malefactores, bannitos, ꝛ ꝯdemnatos in dicta ciuita. comitatu, seu districtu. Et etiam debitores reipublice, ꝛ priuatoꝝ personarum. Et alia commiserunt ad que tenebantur, ꝺm formam dicte election. ꝛ statutorum dicte ciuitat.

¶ Itē in eo, ꝺ eo, ꝛ sup eo, q̄ durāte dicto tpe, dict⁹ olim ptās, iudices, official. ꝛ familiares, nō fecerūt ꝯtinuā residētiā in dicta ciuitate ꝛ palatio, sed recesserūt de ciuitate et comitatu, sine lnia dn̄orum, et ꝯsilij, ꝯ formam dicte election. et statuti dicte ciuitat.

¶ Item in eo, de eo, ꝛ super eo, q̄ dict⁹ olim potestas, et ei⁹ collaterales, et iudex, durāte dicto tempore, non expediuerunt processus, et causas criminales et ciuiles, intra tempora instantie, ordinata per formam statutorum dicte ciuitat.

10 ¶ † Itē in eo, de eo, et super eo, q̄ dict⁹ olim ptās, iudices, official. durāte dicto tpe, plures capi, detineri, carcerari, et torq̄ri fecerūt, q̄ de iure, ꝺm formā statutoꝝ dicte ciuitat. capi, detineri, carcerari, et torq̄ri nō poterāt, et plēs alios relaxauerūt, q̄ detineri, carcerari, torq̄ri, et ꝯdēnari debebāt, ꝺm formā iuris et statutoꝝ dicte ciuitat.

¶ Item in eo, de eo, et super eo, q̄ durāte dicto tpe dict⁹ oliꝫ ptās, collateralis, et iudex, plures ꝯdemnauerunt innocētes, quos, absoluere debuerunt. Et plures ꝯdemnauerunt nocentes, quos ꝯdemnare debebant, ꝺm formam iuris et statuti dicte ciuita.

11 ¶ † Item in eo, de eo, et super eo, q̄ dictus olim potestas, collateralis, iudex, officialis, domicelli, ꝛ familiares, durante dicto tempore, scienter, dolose, et appensate, multas, et diuersas barratarias, et extorsiones, contractus illicitos, furta, et diuersa delicta cōmiserunt. Et cum haberent salarium de publico, plura encenia et esculenta, et poculenta a subditis receperunt, contra formam iuris et statuti dicte ciuitatis.

¶ Itē in eo, de eo, et super eo, q̄ dictus. d. ptās, collateralis, iudex, officialis, domicelli, et famuli, durante dicto tpe, inter se vnus ꝯ alterū, plures rixas, et delicta cōmiserūt, et ad ludos ꝓhibitos inter se luserunt. Deum, et gloriosam Virginē, et sanctos, et sanctas eius blasphemauerunt, et subditis mala exempla dederunt, contra formā iuris et statutorum dicte communitatis.

¶ Potes etiam addere alia capitula, prout disponitur per alia statuta, seu capitula dicte electionis.

¶ Et pdicta, et quolibet pdictoꝝ ꝯmissa, et ppetrata fuerūt ꝑ dn̄m oliꝫ ptātē, collateralē, iudicē, milites, socios, officiales, domicellos, et familiares, singula singulis referēdo, durāte tpe dicti officij, et in suprascripto palatio, cui vndiq̄ bona dicti cōmunis, ꝯ formam dicte

cte electionis, et contra formam iuris et statutorum, et laudabilem consuetudinem dicte ciuitatis, et contra bonos, et laudabiles mores.

¶ Sup quibus omnibus et singulis, et dependentibus, emergentibus, et connexis, et prorsus extraneis, dicti domini sindici procedere intendunt, et repertos culpabiles punire, et condemnare, secundum formam iuris dicte ciuitatis. ¶ Inchoata et formata fuit dicta inquisitio, per dictos dominos sindicos, die prima nouembris. M.cccc.lxij.

¶ Responsio officialium cum negatione.

12 ¶ † Supradictus olim pretor, et officiales, et famuli supra nominati, sponte, et ex certa scientia, et non per errorem, lecta eis dicta inquisitione, et per me notarium infrascriptum vulgarizata, et delato eis, et cuilibet ipsorum iuro, per dictos sindicos, et per ipsos corporaliter prestito, de veritate dicenda sup dicta inquisitione, et contentis in ea, negauerunt omnia singula in ea contenta vera esse et fuisse, loco et tempore, modo et forma, in dicta inquisitione contentis.

¶ Vel melius dicas negauerunt narrata prout narrantur vera esse, loco et tempore, modo et forma, in dicta inquisitione contentis.

¶ Qui olim pretor, iudices, officiales, et famuli, promiserunt parere mandatis supradictorum dominorum sindicorum, et soluere omnem condemnationem de eis, vel aliquo eorum ferendam, et personaliter comparere coram dictis sindicis, toties, quoties fuerint requisiti personaliter, vel ad domum.

¶ Fideiussio.

13 ¶ † Pro quo olim pretore, officialibus, et familia, Antonius Petri, et Bartholomeus Francisci, de ciuitate Ancone, et quilibet ipsorum, insolidum fideiusserunt etc. iurauerunt etc. renunciauerunt etc. obligauerunt etc. Sed aduertendum, quod in aliquibus locis statuto cauetur, vt est Senis, ne ciues damnum patiantur, quod non possint in sindica. fideiubere pro officialibus, ideo non dantur fideiussores. Sed depositarius communis, vel alius consimiliter habet in depositum, omnia bona, et arnesia dicti olim pretoris, et vltimam terzariam.

¶ Licentia.

14 ¶ † Supradicti olim pretor, officiales, et famuli, dederunt licentiam dictis dominis sindicis, procedendi sup dicta inquisitione, ad omnes, et singulos actus necessarios, et oportunos, vsque ad sententiam inclusiue, protestatione premissa, quod volunt citari in singulis actis etc.

¶ Et tunc dicti sindici monuerunt dictum pretorem, et officiales, et familiam, quod intersint singulis diebus et horis, ad videndum, et audiendum singulos actus, qui fient in d. processu.

¶ Qui dominus pretor, constituit dictum olim collateralem, iudicem, milites, socios, et officiales, procuratores insolidum etc. Deinde dicti domini sindici commiserunt banitori, quod publice baniat, si quis vult aliquam querelam exponere, contra dominum olim pretorem, collateralem, iudicem, milites, socios, officiales, et famulos, compareat intra tres dies, alias non audietur elapso termino. Qui preco, iens et rediens, retulit banisse etc. prout habuit in mandatis.

¶ In termino comparuit coram dictis dominis sindicis, ser Jacobus, Nicolai, tanquam vnus de populo, sindicus communis predicti, et produxit contra dictum olim pretorem petitionem, seu querelam infrascripti tenoris.

¶ Querela capture, carcerationis, et torture iniuste.

15 Coram vobis Spectabilibus † viris dominis sindicis, electis, et deputatis per magnificum commune Ancone, ad sindicandum dominum Jo. de magalottis olim pretorem dicte ciuitatis, et eius officiales, et familiam, agit, narrat, et exponit ser Jac. Nicolai, sindicus dicti communis, et tanquam vnus de populo dicte ciuitatis, contra et aduersus dominum Joannem olim pretorem predictum, quod de anno presenti, et mense Junij dicti anni, dictus do. Joannes tunc pretor, sine aliqua causa, saltem iusta, capi fecit, et carcerari, et sine aliquibus legitimis indicijs iussit torqueri, in palatio sue habitationis, cui vndique bona dicti communis, per eius officiales, et familiam, Antonium Joannis de Ancona, ex qua tortura dictus Antonius mortuus fuit et est. Quare petit dictus ser Jacobus, per vos dominos sindicos, dictum do. Joannem olim pretorem condemnari, et puniri, secundum formam iuris, et statutorum dicte ciuitatis, petens sibi in predictis, et quolibet predictorum, ius et iustitiam ministrari, omni meliori modo etc.

¶ Si vero tortus non sit mortuus, sed aliquo membro debilitatus tunc nomine suo concipiatur libellus, hoc modo.

¶ Querela super membro debilitato, occasione torture.

193 officium vile.alleg.Inno.in.d.c.ex literis.†An aūt berruarij admittantur ad testimonium pro potestate.Bal.dicit qꝺ non,in.d.l.ij.qꝛ sunt persone viles.Saly.ibi tꝫ ꝯtrium,si non stant amplius cū ptāte,nec sunt recessuri cum eo, qꝛ tunc dicuntur eius familiares, arg.l.pe C.si rec.prouin.⁊.l.j.C.si qua predi.pote.Tu aūt concorda opi.ꝙ ita demū berruarij admittantur,si nō sunt alij testes, ⁊ sic in subsidiū,arg.d.l.consensu.C.de repu.xiiij.q.ij.c.q̄ꝙ.⁊ ꝙ not.in.c.insinuante.de offi.deleg.in gl.j.⁊ de priui.c.licet.in.vj.⁊ gl.sup verbo,familiaribus.⁊ in.c.dilecto.in gl.in verbo,familiares.ꝺ offi.archi.⁊ de ver.signi.c.vlti.in.vj.⁊.c.magn.in fi.extra de voto. in quibus iuribus dicitur qui familiares admittantur ad testimonium,⁊ qui repellantur.

¶ No.tn̄ ꝙ berruarij non pn̄t compelli ad testificandum cōtra potestatem,propter reuerentiam quam sibi debent,ꝭm Bal.in.l.ij.ꝺ excusatio.tuto.tene menti.

194 ¶ †Tenetur tn̄ in fi.officij potestas exhibere totam familiam, vt super his que gesta sunt ab eo sindici,⁊ alij quoꝝ interest, possint ab ipsa familia indagare,⁊ sic credit͛ eis ꝯ potestatē licet non possint cogi ꝭm Bal.vbi.s̄.⁊ in.d.§.proficisci.q.xxxvj.⁊ plenius per eum in.l.etiam.C.de testi.vbi etiam dixit,ꝙ familiaris qui stetit cū potestate,si sit persona honeste vite,potest testificari pro eo,alias non facit qꝺ not.in summa.C.de assesso.⁊ qꝺ no.idem Bal.in.l.nimis graue.C.de testi.Et hoc totum stat in arbitrio iudicis,vt not.Inn.in.d.c.in literis.⁊ est tex.in.l.iij.§.tu magis.ff.de testi.

¶ Unde dixit Bal.in.d.l.ēt.vnum generale in quolibet teste domestico,qꝺ lꝫ regulariter non admittatur eius testimoniū, tn̄ si est ita honestus in vita,qꝺ non sit verisimile eū deierare,admittit͛,per tex.in.d.c.in literis.in fi.

195 ¶ †Concludo ergo in hac materia,ꝙ cum edictū de testibus, sit prohibitorium.l.j.ff.de testi.oēs qui non sunt expresse ꝓhibiti ⁊ ꝓ, ⁊ ꝯ admittunt͛,aduerte tn̄ qꝛ in examinatione testis,dꝫ scribi, dictū cuiuslibet extense, non aūt dꝫ notarius vnum extendere,⁊ aliū scribere,qꝺ dixit,vt alius,qꝛ si tales testes sunt suspecti,nō probāt, qn̄ producunt͛ a parte secus si a iudice in inquisitione, qꝛ in iudice cessat timor subornationis,vt not.in auc.qui semel.C.de proba.ita dicit Bal.in.l.precipimus.in fi.C.de appel.

¶ Postremo adde ꝙ si statuto cauetur,ꝙ stetur relationi familie standum est relationi vnius.l.j.§.familie.ff.de pub.⁊.l.si vnus.⁊ ibi no.ff.de vi ⁊ vi ar.potest tamen dictum famuli reprobari,ꝭm Bal.in.l.j.C.de iudi.⁊ per Bar.in.l.diuus.ff.de custo.reorum.

Qui dominus potestas ⁊ officiales pro miserunt parere mandatis sindicorum.

196 ¶ †Potestas tenetur non solum pro debitis ⁊ delictis cōmissis ꝑ eum,sed ēt de cōmissis ⁊ omissis per officiales ⁊ familiares, si delinquūt in officio,⁊ rōne officij ⁊ tenet͛ parti lese ad interesse,vt not.in.l.j.§.si serui.ff.fu.aduer.nau.cau.sta.⁊.l.j.§.familie.ff.de publi. ⁊ in.§.ne aūt,⁊ in auc.de iudi.⁊ est tex.in.l.j.C.ad.l.iul.repe.⁊ gl.in.l.j.C.vt omnes tam ciui.q̄ mili.⁊.l.si post depositā.C.de asses. ⁊ glo.in.l.ꝯsiliarios.C.eo.tit.qꝛ mala electio est in culpa.Ideo tenetur pro eis.l.licet.ff.nau.cau.stab.⁊.l.ij.ff.furti aduer.nau.si aūt delictum non est cōe cū officio,nec ratione officij,puta qꝛ officialis vel familiaris fecit homicidiū vel furtum vel aliud delictum extra officium,⁊ tunc ptās de iure cōi nō tenet͛ de tali delicto, nec ciuiliter,nec criminaliter,vt est gl.singu.in.d.§.proficisci.⁊ ibi per Dy. bene facit tex.in.c.cum ad sedem.de restitu.spolia.⁊ ibi glo.⁊ no. Bar.in.l.debet.§.j.ff.nau.cau.sta.⁊ in.d.l.j.§.familie,⁊ Guil.i.l.nulli.C.quo.appel.⁊ Bal.in.l.ij.C.vbi de cri.agi opor.Quod hꝫ locum siue delinquant inter se,siue cū alio,vt est tex.i.d.l.debet.§.hec actio,vbi exercitor nauis nō tenetur de delictis cōmissis inter nautas,siue cum alijs, extra officium.l.debet.§.j.ideo si officiales vel familiares inuicem se percutiant,vel alium extra officium ptās non tenet͛,licet debeat formare processum ꝯ delinquentes sicut ꝯtra extraneum.l.si quis forte.§.si quis conitū.ff.de pe.⁊ an officio remouere.Quod probo rōne,qꝛ si potestas teneret͛ hoc casu nō posset esse iudex ꝯ talem officialem,vel familiarem cuius ꝯrium dicit͛ ⁊ not.in.l.senatus.ff.de offi.presi.⁊.d.§.si quis comitum,qꝛ esset iudex in causa propria.

¶ Hoc tn̄ limita,nisi aliquid ex tali delicto potestati perueniret imediate ab eo qui deliquit.l.j.ff.de vi ⁊ vi arma.secus si peruenerit mediante alio,qꝛ tunc non tenetur de eo qꝺ ꝑuenit ꝭm Inno.in.c.cum ad sedem.de resti.spolia.⁊ Bar.in.d.§.si familie.

197 ¶ †Et si statutū dicit ꝙ ptās teneatur ꝓ delicto officialiū ⁊ familie,vt cōiter ꝯsueuit apponi in.capi.electionū, dꝫ intelligi si ciuiliter agat͛ nō crial͛r,hꝫ gl.⁊ doc.in.d.§.ꝓficisci.Et si dicatur,ꝙ potestas teneatur presentare oēs de familia in sindicatu, ⁊ vnus officialis facit homicidium,vel furtū,⁊ imediate aufugit, ita ꝙ ptās non potest eum presentare,non tenet͛ ad impossibile,argu.l.Lucius.§.fi.ff.de excu.tut.qꝛ casus fortuitus viro bone fidei obesse nō dꝫ.l.si a bone fidei.ff.de rei ven.⁊ casus fortuitus per consiliū hominum prouideri non potest.l.ij.ff.de admi.re.ad ciui.pert.sed cautela est eo casu quo aufugit quod ponatur in bāno,qꝛ tūc vr̄ stare per ipsā rempublicam,quominus eum representet,arg.l.sed si quis.ff.si qs cau.⁊ not.Bar.in.l.si fideiussor.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satis.cog.⁊ no.gl.in.l.capitis.ff.de fideius.nec ob.si dicatur ꝙ stetit per potestatem qui posuit eum in banno,qꝛ fecit hoc licite ⁊ ex necessitate officij.Cautius tn̄ esset si faceret eum accusari ab offenso, vel denunciari a sindico,q̄ procedere per inquisitionē.Uerū si facit eum poni in carcerem anteq̄ aufugiat,⁊ ponit custodes, ⁊ aufugit tunc potestas tenet͛ de fuga,qꝛ posuit malos custodes.l.ad cōmentariensem,vt ibi no.C.de custo.reorum.

198 ¶ †Quid autē si per formam statuti,vel sue electionis,potestas se obligauit ad soluendum omnem penam pro suis officialibus, ⁊ familia,⁊ ciuiliter ⁊ criminaliter,certe intelligitur de pena pecuniaria,non corporali,que per alium pro alio solui non potest,argu.l.q seruū in prin.ff.de interroga.actio.⁊.l.sancimus.C.de pe.xxiij.qō.v.c.cū homo.⁊.l.si a reo.§.vulgo.ff.de fideius.⁊.l.iij.C.ad turpil.

¶ Sed pone potestas nō dꝫ ducere vxorem in officio,vt dicit tex.in.d.§.ꝓficisci.quid si duxit ⁊ deliqt in officio ratione officij, certe tenetur pro ea ad interesse partis,ꝭm Bal.in.d.§.ꝓficisci.ex quo infertur,ꝭm eum ꝙ tenetur pro omnibus quos secum duxit,licet nō sint propositi alicui officio,si delinquunt pretextu officij,vt auctē.de iudi.§.ne aūt.Quod tn̄ non habet locum in alijs officialibus nō habentibus iurisdictionem.in.d.l.j.§.familie.ff.de publica.⁊ ꝑ Bal.in.l.nulli.C.quoꝝ appella.⁊.l.ij.C.vbi de ratio.agi opꝫ.⁊ in.d.l.ob seruandum,in princi.⁊ in.d.§.proficisci.

199 ¶ †Ex quibus concluditur,ꝙ potestas tenetur non solū ꝓ suis officialibus,⁊ familia,sed pro vxore,⁊ alijs quos secum duxit,lꝫ non sint propositi alicui officio,in duobus casibus de iure cōi, si delinquunt pretextu officij,⁊ si ciuiliter agatur,secus si criminaliter, per dictam glos.singu.in.d.§.proficisci.

¶ Et si statutum dicit,ꝙ teneatur de delicto officialium,⁊ familie,

debet intelligi si agatur ciuiliter, non criminaliter. Et operatur vltra ius commune, quod teneatur etiam de delicto commisso extra officium. Et si in electione obligauit se ad omnem penam pro sua familia ciuiliter, et criminaliter, debet intelligi de pena pecuniaria, non de corporali a qua pena pecuniaria liberatur exhibendo reum principalem, secundum Barto. in l. si cum exhibuissent. ff. de publi. Et idem si non stat per eum quominus exhibeat, vt colligitur ex predictis.

200 ¶ †Et si statutum dicit, quod potestas teneatur in sindicatu presentare eius familiam, et filius potestatis committit maleficium, potestas tenetur eum presentare, si seruiebat ei in officio, alias secus, secundum Py. in l. j. §. fi. ff. de publica.

¶ Sed si statutum dicit, si familia illius qui est potestas deliquit, potestas teneatur eum presentare, tunc tenetur, si filius in eo officio non seruiat, secundum Pyn. in d. §. fi. Et aduerte quia ad hoc vt potestas teneatur, est necesse probare eum qui deliquit esse de familia, quod probatur eoipso quod probo eum esse prepositum ad tale officium vel eoipso quod seruit cum alijs famulis, licet non sit scriptus in libro communis, vel in monstra cum alijs, secundum Bar. in d. l. §. familie, allegat casum in l. fi. in princi. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. xij. Etenim eoipso quod probatur, talem sciente, et patiente potestate officium exercere, videtur eum ad officium preposuisse. l. j. §. magistrum. ff. de exercito. et per Bar.

201 ¶ †Item aduerte quod licet de iure communi potestas qui tenetur de delictis officialium et familia, liberetur exhibendo delinquentem, secundum Bar. in d. l. §. familie. et d. l. cum exhibuissent. et l. j. C. de pena iudi. qui male iudicat. Tamen si per formam electionis vel statuti, promisit soluere omnem condemnationem fiendam de suis officialibus et familia, non liberatur exhibendo, quia non est fideiussor de iudicio sisti, sed de iudicato soluendo. l. grece. §. post litem. ff. de fideius. Secus si statutum vel electio dicat, quod teneatur pro suis officialibus, et familia, quia tunc liberatur exhibendo, vt d. l. §. familie. Et videtur promittere de iudicio sisti, vel simpliciter pro eo fideiubere, ideo sistendo, et exhibendo liberatur, vt dictis iuribus. et l. sane. C. de fideius. Et est speciale in officiali, vt presentando liberum hominem, liberatur ab eo ad quod poterat ex suo delicto conueniri. regulariter autem contra in alijs qui pro libero homine tenentur, quia exhibendo non liberantur. l. hec autem actio. ff. nau. cau. sta. Sed do. Bal. in quodam suo consi. dixit, quod de iure communi potestas exhibendo officialem et familiam non liberatur, si est debitor ex maleficio, cum sit vsus opera malorum hominum d. l. debet. §. j. ff. nau. ca. sta. secus si est debitor ex contractu, quia potestas est fideiussor de iudicio sisti. d. l. si post depositam. C. de asses. ideo liberatur exhibendo, dummodo exhibeatur quod possit cogi. vnde si exhiberet eum cum saluo conductu, non liberatur potestas. ff. de publi. l. sed et hi qui. §. siue ante. Uerum si talis officialis vel famulus decesserit ante sindicatum, potestas liberatur. d. §. siue autem. et l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. et no. Bar. in d. §. nouissime, quia tenetur ad instar fideiussoris. d. l. si post depositam. et d. l. si decesserit. quod forte procedit quando ipse officialis, non potestas fuit principaliter conuentus, quia si potestas fuisset conuentus principaliter, teneretur etiam post mortem talis vt est tex. no. in l. fi. §. hoc autem. ff. nau. cau. sta.

202 ¶ †Sed pone quod potestas in principio sui officij fecit fieri proclama, quod nullus faciat aliquam credentiam, seu aliquid credat alicui de sua familia, cum non intendat teneri pro eo, prout ego semper facere consueui. et ex forma statuti seu electionis cauetur, quod finito officio debeat pro se et officialibus et familia cuilibet respondere, an eo casu teneatur pro debitis per eos contractis. videtur quod non, vt probat tex. in l. sed si pupilli. §. proscribere. ff. de institio. vbi proclama seu protestatio excusat dominum, ne teneatur pro institore.

¶ In contrarium faciat, quia talis electio transiuit in contractum. l. quod semel. ff. de decre. ab or. fa. et l. cesar. ff. de publica. et quod a principio fuit voluntatis, est ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de actio. et obli. Item quia vox preconia paucis inotescit, vt in auc. qui semel. C. quomodo et quan. iud. Sed predictis non obstantibus Bal. consuluit quod non teneatur, in consilio quod incipit. dicit electio ptatis allega. d. §. proscribere. si sit publice preconizatum vel notificatum ita quod verisimiliter potuerit deuenire ad notitiam plurimorum, vt d. §. proscribere. et in c. j. de postu. prela. cum si. facit. l. iij. §. ceterum ff. nau. cau. stabu. et in auc. iusiurandum quod pre. ab his. §. i. et in auc. de manda. princ. §. festinabis. nec obstant verba dicte electionis, quia restringuntur per dictionem, secundum, ad formam statuti, quando apponitur post genus, vt in c. abbate sane. de verb. sig. sicut dictio, put l. edita. C. de eden.

¶ Et predicta vera nisi contraxerit in rem necessariam ptati vel sue familie, ratione officij explicandi, quia tunc potestas tenetur non obstante bannimento. l. fi. ff. de exercito. et l. iiij. ff. de in rem verso. quod not. et tene menti, quia occurrit tibi de facto in ciuitate Asculi in ser Sancte milite socio, qui contraxit plura debita, et aufugit, et creditores propter dictum bannum quieuerunt.

203 ¶ †Uerum si potestas fecit banniri, quod omnes debentes aliquid recipere ab officialibus et familia compareat infra decem dies, alias non audientur, tale bannum non nocet creditoribus, quin audiantur post terminum. Nec ob. l. diffamari. C. de ingc. ma. quia loquitur in termino assignato creditori certo per iudicem competentem. vides ergo quod potestas tanquam caput familie, tenetur exhibere aut soluere.

¶ Quid autem si soluit in sindicatu, quia condemnauit in plus aut minus, secundum consilium sui collateralis, an habeat regressum contra eum qui male consuluit, dic quod si potestas per dolum tulit sententiam inquam, et soluit, licet et collateralis fuerit in dolo consulendo, non tamen habet regressum contra collateralem, quia punitur ex dolo suo, quia forte erat legum doctor, et cognouit quod faciebat iniustitiam ideo dolus cum dolo compensatur. l. ij. et ibi per Ang. ff. quod quisque iur. Sicut dicimus in minore legum doctore, qui non restituitur aduersus id quod commisit in iudicio per ignorantiam iuris, et nota. in l. j. C. qui et aduers. quos, et ponit Ang. in d. l. ij. Si vero ptas erat iure ignarus, et tulit sententiam iniquam secundum consilium collateralis, qui per dolum vel imperitiam male consuluit, et tunc licet ptas teneatur tanquam caput. l. j. ff. fur. aduer. nau. quia ipse tulit sententiam nomine suo, tamen ipse habet regressum contra collateralem, qui dedit consilium, etiam si per imperitiam, quia asseruit se peritum nam de imperitia potestas non tenetur, sed collateralis, vel iudex qui asserit se peritum bene tenetur, vt est text. in d. l. ij. ff. quod quisque iuris, et ibi hoc tenet Barto. et Bald. et nota. in aucten. de iudi. §. necessitatem, et ibi bona glos. et in aucten. de questore. §. maxime. et ibi tex. et in §. iubemus. Unde cauti collatores et iudices videntes potestatem dispositum ad ferendum iniquam sententiam, non debent eum associare, nec sedere cum ipso ad banchum. Alias eis sedentibus, presumitur lata de consilio eorum. Sed Guido de suza. in l. ij. allegat. l. quoniam iudices. C. de appella. tene quod potestas habet regressum contra eos. d. l. ij.

204 ¶ †Et aduerte, quia in sententia dicitur quod fuit lata de consilio et deliberatione collateralis, et sub examine iudicis maleficiorum, ideo potest in sindicatu dari querela contra collateralem, et iudicem, sicut contra potestatem, cum etiam ipsi teneantur, secundum Ange. in l. j. C. de his qui latro. per illum tex. ibi sub examine. contra l. si ille. C. de cupres. li. xij. et no. in l. fi. C. de legatio. lib. xij. et in auc. de litig. §. omnes. et firmat Ang. in d. l. si ille. per illum tex. in verbo, robustam. Tutius tamen est quod detur contra ptatem, et iudices simul, cum omnes teneantur, ptas tanquam caput, et quia male iudicauit, et collaterales, et iudex, quia male consuluerunt, et examinauerunt, vt in dictis iuribus, tene menti.

¶ Sed an ptas qui soluit in sindicatu pro alijs officialibus, vel famulis, habeat regressum contra eum pro quo soluit. dic quod non, si talis officialis vel famulus illud quod fecit iniuste, fecit mandato potestatis, et imputet sibi potestas qui iniuste mandauit, vt no. Pyn. in c. quod quis mandato. de reg. iur. lib. vj. et Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. idem etiam si sciente potestate et non prohibente aliquid iniuste fecit, quia tunc etiam imputandum est potestati. l. j. ff. si fami. fur. fe. di.

¶ Sed si potestate ignorante officialis aut famuli contrahunt debita, aut in administratione officij delinquunt, et potestas in sindicatu pro eis soluit, non est dubium quod habet regressum contra eos pro quibus soluit, vt no. in l. j. §. fi. ff. de publica. et l. j. ff. fur. aduer. nau. et l. j. ff. si fa. fur. fe. di. et l. consiliarios. C. de assesso. et l. j. C. ad l. iul. tene. tamen menti.

205 ¶ †Postremo aduerte quod si officialis non vult stare cum suo rectore tempore sindicatus, quia forte dedit ei petitionem pro salario, nihilominus debet habere ab eo expensas, vt est glo. in l. fin. C. de ordi. cog. et in c. ex parte. de accu.

¶ Item potestas qui conducit callateralem vel iudicem debet ei facere expensas in eundo, stando, et redeundo, vt no. Bar. in l. super creandis. C. de conue. fi. debi. lib. decimo. et Bal. in l. prima. C. de nego. gest. tene menti.

¶ Et si officialis fuit conductus non facta mentione super pacto sui salarij, intelligitur cum salario consueto, secundum Bal. in l. excepto. C. loca facit. l. si prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. et Bal. in l. gallus. de libe. et posthu. et Joan. an. in c. fi. de consue. in vj. Et potest petere illud declarari per suos sindicos, secundum Bar. in l. fi. ff. de va. et extraor. cogni.

¶ Et debet potestas bene tractare officiales, maxime in cibo et potu, non sicut berruarios, item in honore et alijs suis comoditatibus, et ipsi debent parere potestati in iustis et honestis. l. medico. in prin. ff. de ope.

de ope. lib. q2 ptās nō dat expensas de suo, sed de pecunia cōis, lʒ secus in vicario episcopi, vt in c. ij. de offi. vica. lib. vj.

206 ¶ †Itē aduerte q2 si officiales negligūt officia, ptās nō tenet in sindicatu p eis, sed ipsi officiales, vt vř gl. insti. de excu. tu. in verb. romane. quam vide, q2 nō vř loq in officialibus. ideo Flo. dixit contrarium in. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad. l. aq. q2 mala electio est in culpa. tene menti.

Pro quo domino Joanne ꝛ officialibus solenniter fideiusserunt.

¶ Potestas ꝛ officiales debent fideiubere ꝛ non carcerari.

¶ Et si nō inueniant fideiussores, cū iuratoria cautione dimitti debent nisi pro grauissimis criminibus, vt dictum fuit. s. in ver. Supradictus dñs ptās. ꝛ. d. l. i. in fi. C. vt oēs tā ciui. q̄3 mili. hodie tñ plerisqꝫ locis de iure municipali a in practica nō dātur fideiussores ciues, vt senis, sed retinentur per camerarium vltra terzariam salarij arnēsia. ꝛ si iurat nō inuenire fideiussorē, relaxatur iuratoria cautione prestita. ꝛ ita fuit seruatum de facto in dño Francis. de taliacozo, tūc capitaneo senatorum Bononie dantur fideiussores, Florentie sunt aliqui ciues qui confitentur habere in depositum arma equos ꝛ arnensia potestatis. Uerum si multe petitiones magne importantie darentur, forte non esset relaxandus iuratoria cautione, si est forensis, ꝛ sub alio dominio ꝛ iurisdictione, vt esse cōsueuit, q2 si aufugeret potestas, nō est cautum per tale iuramentum cōmunitati vel particularibus personis, qbus est facta iniustitia. nec ob. d. l. j. in fi. q2 ideo ibi relaxatur iuratoria cautione, q2 tempore illius. l. omnes officiales erant sub eodem principe ꝛ imperatore. et fugientes debebant remitti ad locū administrati officij, vt dicit tex. ꝛ sic est omnibus cautum.

207 ¶ †Secus si ptās est florentinus ꝛ administrat officium in terris ecclesie vel alterius dominij, q2 tūc nō posset remitti. nec esset cautū cōitati ꝛ alijs personis quibus fecit iniustitiam, ideo non dʒ eo casu dimitti iuratoria cautione.

¶ Uerum si datis fideiussoribus relaxatur, ꝛ condēnatur ad penā pecuniariam ꝛ personalem, fideiussores tenentur solum ad penam pecuniariā, nō aūt ad personalem, ꝭm Bar. in. l. fideiussores. ff. de fideius. ꝛ. l. sancimus. C. de penis.

¶ An aūt debeant prius excuti potestas vel officiales condemnati, q̄3 deueniatur ad fideiussores. est clarum de iure cōi q prius debet excuti principalis, ꝭm Bar. in. l. j. ff. de admi. rex ad ciui. perti. ꝛ in auc. presente. C. de fideius. licet de iure codicis, erat in electione creditoris conuenire fideiussorem, non facta excussione principali. l. iure nostro. C. de fideius.

208 ¶ †Et ita etiam cōiter seruatur hodie, q2 in obligatione fideiussoris cōiter renūtiat priuilegio excussionis, ꝛ oibus alijs beneficijs, poterunt conueniri non excusso principali, ꝭm doc. in. d. auc. presente, ꝛ not. gl. ꝛ doc. in auc. de fideius. l. j. qd not. q2 hodie in instrumētis renunciat oibus beneficijs, ꝛ snia lata ꝯtra principalem mandatur executioni ꝯ fideius. l. fi. C. de re iudi. dūmodo sit lata intra tps a statuto prefixum, secus si instantia sit a ptibus de voluntate iudicis prorogata in qua prorogatione fideiussores non interuenerunt, q2 tunc talis snia ꝯ fideiussores nō poterit executioni mādari, vt no. in. l. labeo. §. per fideiussorez, ꝛ ibi bo. tex. de arbi. ꝛ. l. si cū hermes. C. loca. ꝛ. l. cū apud. ꝛ. l. cū lite mortua. ff. iudi. sol. ꝛ si fideiusserunt soluere omnem condemnationem fiendam per dictos sindicos, si fuit absolutus ab inquisitione generali, ꝛ cōdemnatus super aliqua petitione vel querela speciali, fideiussores dati super inqsitione generali tenentur nec sententia lata super petitione speciali mandabit contra eos executioni, vt est bonus tex. in. l. fideiussores magistratuū, ꝛ. l. fi. ff. de fideius. pro quo facit regula qua cauet, qd vbi quis tenet ex condemnatione alterius p maleficio, ex dispositione legis vel hominis, tunc tenetur qñ principalis fuit condemnatus diffinitiue non in contumaciaʒ. l. preses. C. de pigno. ꝛ ponit Bar. in disputatione que incipit, statuto Perusino cauetur.

209 ¶ †Cauti ergo sindici capiant fideiussionem late, vt comprehendant omnem cām, vcʒ qd ptās ꝛ officiales promittant soluere omnem ꝯdemnationem que fiet de ipso potestate officialibus, ꝛ familie, quomodocunqꝫ, ꝛ qualitercunqꝫ, ꝛ ex quacunqꝫ causa in dicto sindicatu, etiam si fuerit appellatum ꝛ per iudices appellationis iudicatum, alias fideiussores non tenentur ad condemnationem lataʒ per iudicem appellationis. l. grece. §. post litem. ff. de fideiusso. ꝛ. l. cum apud. ff. iudi. solui. ꝛ. l. si quis reum, ꝛ ibi p Bar ff. de cust. reo. nam fideiussor de iudicio sisti lata snia liberatur, vt. d. §. post litem sic etiam liberatur fideiussor de presentando. d. l. si quis reum.

¶ Item liberatur si fideiussit pro aliquo qui promisit stare ꝛ parere mandatis talis iudicis. vt not. Bal. in addi. Spe. in tit. de reo. in princi. ver. sed si quis. facit qd no. By. in. l. continuus. §. cuʒ qs. de ver. obli. ideo dʒ dici, qd dictus potestas ꝛ alij promiserunt parere mandatis dictorum sindicorum, ꝛ soluere ꝛ pati omnem condemnationem ꝛ penam, quam de eis dicti sindici vel iudex appellationū faceret, quacūqꝫ ratione vel cā, pro quibus dicti fideiussores solenniter fideiusserunt, ꝛ eo casu, licet non apponatur alia obligatio ꝛ renunciatio. fideiussores in omni casu tenentur, vt not. glo. in. l. inter stipulantem. in prin. ꝛ. l. cū filius, in prin. de ver. obli. ꝛ no. bar. in. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fideius. Quod tamē intellige in causis mere pecuniarijs, secus in corporali vel in defectum solutionis, corporis afflictiua, q2 in his nō pōt dari fideiussor, vt not. Bar. in d. l. j. si quis reum. ff. de custo. reo. Et si daretur expresse non obligatur, q2 nemo est dñs membrorum suorum, vt not. glo. xxiij. q. v. c. cum homo. ff. ad. l. aquil. facit ēt quod no. in. l. ob es. ff. de actio. ꝛ oblig.

210 ¶ †Et aduerte q2 vbi est pena mere pecuniaria, iudex tenetur relaxare eum qui affert fideiussorē idoneū, alias detinendo vel carcerando eum, tenetur in sindicatu actione iniuriarū, vt not. Barto. in in. l. si condemnato. §. j. ff. qui satis. cogan.

¶ Et qui non inuenit fideiussorez dʒ detineri in carceribus. l. eos. §. super his. C. de appel. l. ij. in princi. ff. de cu. reo. fallit in officiali qui liberatur iuratoria cautione, vt dictum. s. Item fallit in femina, que si non inuenit fideiussorem, debet etiam relaxari iuratoria cautione, vt not. in auc. cui relictum. C. de indi. vid. tol.

¶ Item aduerte qñ plures detinentur pro eodem delicto, de quo venit imponēda pena pecuniaria, vnus potest fideiubere pro alio, vt not. Bar. in. l. omnes. ff. de tuto. ꝛ cura. da. ab his.

¶ Postremo aduerte tu iudex ꝛ notarius quando recipis fideiussores, q sint idonei, alias teneris ad interesse rei publice. l. j. §. sciendum. ff. de mag. conuen. ꝛ insti. de satisd. tu. §. sciendū. ꝛ licet illa loquantur in fideiussore pupilli. Idem dicendum in fideiussore reipublice, quia pupillus, ꝛ respublic. equiparantur. l. imperatores. ff. de re iudicata.

¶ Et ideo cautela est, q iudex ꝛ notarius qñ recipit fideiussores quos ignorat esse idoneos, q faciat eos dare approbatores, quos cognoscat esse idoneos, ꝛ eoipso q fideiussor alicuius delinquentis patitur se scribi in actis pro fideiussore, vř solenniter pmisisse, ēt sine stipulatione, sicut fideiussor pupilli, pp dictam equiparationem pupilli, ꝛ reipublice, vt est casus sin. in. l. cuʒ ostēdimus. §. fi. ff. de fideius. iuncta. d. l. imperatores, alias fideiussor regulariter sine verbis ꝛ stipulatione non obligatur. l. blanditus. C. de fideius.

Supradictus dominus Joānes ꝛ alij supra nominati dederunt licentiam dictis sindicis.

211 ¶ †Ista clausula istius licentie est inuenta, q2 regulariter in quolibet actu requiritur partis citatio. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iudic. ꝛ. l. nā ita diuus. ff. de adop. q2 partes possunt facere per pactum, qd in dictū valeat sine partis citatione, vt not. dixit Bal. in. l. vt perfectius. C. de anna. excep. ꝛ. l. fi. §. fi. C. de tempo. appel. ꝛ lʒ loquantur in ciuili, tñ idem in criminalibus, in quibus proceditur instar ciuiliū. l. absentem. ff. de pen. Operat ergo multū ista ꝯcessio licētie, q2 sine partis citatione pōt iudex pcedere vsqꝫ ad sniam. Et q2 dictio, vsqꝫ, ponit aliqñ inclusiue, aliqñ exclusiue, vt not. gl. in. l. j. ff. de pig. actio. ꝛ Bar. in. l. patronus. §. sempronio. ff. de leg. iij. ideo cūʒ ministerio dř, vsqꝫ ad sniam inclusiue, vt possit iudex sine alia citatione sniam ferre, vt no. Bar. in. l. is qui reus. ff. de pub. iudi. ꝛ Saly. in. d. l. absentē. C. de accu. ver. sed qro an in criminalibus. alias snia nō valeret sine speciali citatione ad audiendam sniam, vt in. c. ꝯsuluit. de offi. dele. vt not. Inn. in. c. auditis. de pcur. Sed i sindicatu sufficit ḡnalis citatio ad totā cām, hʒ Inn. in. d. c. ꝯsuluit, ꝛ. c. auditis. aduerte tñ q vbi pars est presens nō requiritur alia citatio vt est casus not. ꝛ sin. in. l. ēt. §. fi. ff. de mi. ꝛ not. in. c. fi. de ele. li. vj. Aduerte tñ tu cautus officialis, ꝛ protesteris, q non vis dictam licentiam concedere, ꝛ qd vis citari in quolibet actu, tunc processus non valebit nisi te citato. d. l. nam ita diuus. ꝛ. l. de vnoquoqꝫ. ꝛ licet loquantur in ciuilibus, idem in criminalibus, vbi vertitur maius periculum, ꝛ agitur de maiori preiudicio, ideo cautius est agendū, vt in. c. vbi maius. de elec. lib. vj.

Et dicti dñi sindici monuerunt.

212 ¶ †Ista monitio hʒ vim citationis perēptorie. l. ij. C. qūo ꝛ qñ iudex, ꝛ pendet, ꝛ validatur a licentia procedendi, alias non valeret. Et propterea si dicti officiales dictam licentiam non dederunt, audita monitione possunt protestari, qd volunt citari, ꝛ iudice procedente absqꝫ citatione possunt appellare, ꝭm Bar. in extrauag. ad repri. in ver. p edictū. ꝛ Jo. de imo. in. l. q aū calēdas. in fi. de ver. obli. ꝛ Pe. de anc. in cle. j. de fo. comp. ꝛ per Inn. in. c. consuluit.

de offi. deleg. ꝛ in. c. fi. de dolo ꝛ ɔtu. ꝛ not. in. l. ɔsentaneū. C. quomodo ꝛ qñ iud. alias si reus absens pōt generaliter citari ad libellū recipiendū, litē ɔtestandū, ꝛ de calumnia iurādū, ꝛ ad omnes ꝛ singulos actus vsqꝫ ad sententiam inclusiue, ꝛ non est necesse qḋ amplius citetur, ꝛ ita seruat curia romana in absentibus, secundum Innocen. in. c. auditis de procurato.

Qui dominus Joānes cōstituit

procuratores.

213 ¶ † In hac causa sindicatus ptās pōt se defendere per procuratorem, cum sit regulariter pecuniaria, secus aūt si esset capitalis, qꝛ in tali causa non admittitur procurator. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. ꝛ. l. seruum quoqꝫ. §. publice, ꝛ ibi plene not. ff. de procur. vel lapso tempore sindicatus, si causa non esset expedita, potestas potest recedere relicto procuratore de casu instructo, vt est casus nota in. l. j. §. quod si intra. C. vt omnes tam tam ciui. ꝙ mili.

Deinde dicti domini sindici con;

miserum Luchino publico preconi.

¶ Licet vox pconia paucis innotescat, vt in auc. ꝓ semel. C. qño ꝛ qñ iudex, tñ nostra inquisitione generali, qꝛ non sunt certi illi q sunt grauati a potestate, ꝛ alijs officialibus, necesse est qḋ fiat generalis citatio ꝓclama seu edicta, alias vbi persona est certa, citatio dꝫ fieri specialiter ꝛ per nuntium, vt in auc. si oēs. C. si vt se ab here. absti, ꝛ ad certam horam, ꝛ ad certum actum, alias citatio non tenet. l. aut qui aliter. §. j. ff. qḋ vi aut clam. Et cōiter in ꝓcessu sindicatus per formam statuti disponitur ꝙ fiant tria bannimēta, ꝙ si quis voluerit querelam exponere, compareat intra tres dies, vnum pro primo, aliud pro secundo, ꝛ tertium pro vltimo, ꝛ peremptorio termino, alias, non audietur ꝛ sic habet vim peremptorij. l. ad peremptorium. ꝛ. l. post edictum. ff. de iudic. l. consentaneum. C. qño ꝛ qñ iudex, ꝛ. l. tres denunciationes. eo. tit. dictum fuit. s. in ver. inchoata, ꝛ formata fuit ꝛc. Et est necesse ꝙ talis citatio, ꝛ vocatio per preconem, fiat ex cōmissione dictorum sindicorum, alias non teneret, sicut non tenet citatio nuntij facta sine cōmissione iudicis. l. fi. C. de requiren. re. Et si nō constat de cōmissione, sufficit ꝙ in relatione preco dicat fecisse de cōmissione sindicorum, secundū Cy. Bal. ꝛ Sali. in. d. l. fi. alias non valeret.

Qui preco retulit bannimenta

fecisse.

214 ¶ † An credatur preconi ꝛ nuntio referenti. Dic ꝙ sic in cōmissionibus sibi factis, ꝛ relationibus concernentibus officium suū, ꝺm Bar. in. l. j. §. cura carnis. ff. de offi. prefe. vigi. ꝛ in extrauа. ad reprimen. in verbis per nuntium. Sed in his que non concernunt officium suū puta qꝛ nuntius refert Petrum vulnerasse Jac. nō creditur ei. operatur tñ dicta relatio, ꝙ iudex pōt de illo delicto per viam inquisitionis procedere. l. ea quidem. ꝛ ibi doc. C. de accusa. ꝛ ponit Bar. in. d. §. cura carnis. ꝛ doc. in. d. l. tres denunciationes. ꝛ Inno. ꝛ Joan. and. in. c. qm̄ contra. de prob. licet vt plurimū ad officium nuntij eligantur persone viles ꝛ infames, ꝺm Bart. in. d. extrauag. in verbo per nuntium, ꝛ in. l. nec infames. C. de dec. li. x.

¶ Et aduerte, qꝛ si nuntius refert personaliter citasse Petrum, ꝛ Petrus dicit ɔtrium ꝛ cum iurō, est in arbitrio iudicis cui magis credat, ɔsiderata qualitate facti, ꝛ conditione persone, vt not. dixit Jo. an. in. c. cum parati. de accu. ꝛ Sali. in. d. l. tres denunciationes. C. qño ꝛ qñ iud. Et simili modo si in actis reperiꝛ scriptum ꝙ talis nuntius retulit citasse Petrum, ꝛ Petrus negat, cui magis credatur, ꝛ dicit Cy. in. l. si quis decurio. C. de fal. ꝙ iudex dꝫ considerare cuius fame est notarius, ꝛ nuntius. In dubio tñ magis credendum est notario, propter eius auctoritatē, qꝛ dꝫ esse persona magis honesta. arg. not. per Bar. ꝛ doc. in. l. barbarius. ff. de offi. pre.

215 ¶ † Et tene menti ꝙ iudex pōt cōmittere citationem non solū publico nuncio sed ēt parti ꝛ eius relationi cum iuramento creditur. vt no. ꝛ gl. Bar. in. l. miles. §. j. ff. ꝺ re iud. bene facit tex. in. l. eū q. §. si epistolam. ff. de fur. ꝛ ita practicatur Asculi.

¶ Cetera ad materiā vide per Bar. in. d. versi. per nuntium, ꝛ ꝑ Bal. in. d. l. consentaneum. ꝛ. l. fi. C. de requi. ꝛ per Joan. de imol. in. l. si finita. ff. de dam. infe. ꝛ. l. ɔsensus. §. fi. ff. de appel. ꝛ per Cano. in. d. c. cū parati, ꝛ. c. quoniam contra. de probatio.

In termino comparuit ser Jacobus Petri.

¶ Si agatur de iure publico, ꝛ de pena applicanda fisco, quilibet admittitur ad querelandum ɔ ptātem, ꝛ eius officiales, vt not. glo. in. l. iubemus. C. ad. l. iul. repe. ꝛ. l. ij. ibi, a quocunqꝫ pulsante. C. vbi de rati. agi opoꝛ. possunt tñ ɔ personas talium querelantium opponi exceptiones, que pñt opponi ɔ personas accusatoꝝ de quibus per Bald. in rub. ꝛ. l. j. per totum. C. qui accusa. non possunt. Item admittitꝛ ad querelandum quilibet pro interesse proprio, qui prosequitur suam vel suorum iniuriam. Et tunc non potest opponi exceptio ɔ ꝑsonam querelantis. l. ij. ꝛ ibi no. ff. de accu. ꝛ. l. de crimine. C. qui accu. non pos. ꝛ in Spe. de accu. in fi. Et an ꝛ qñ potestas ꝛ iudex teneatur, si tortus moritur in tortura. pro declaratione istius prime querele, vide plura. s. in ver. itēꝫ in eo qḋ fecerunt plures capi. versi. quid autem si potestas.

Coram nobis Quiriacho de

Ancona.

¶ Ista querela continet plura contra iustitiam, vcꝫ capturam, detentionem, carceratione͂, membri debilitationem, ꝛ torturā nō data copia indiciorum reo pp que omnia teneꝛ potestas ꝛ iudex ciuiliter parti lese actione iniuriaꝝ ad interesse, ꝺm Bal. C. de pena iu. qma. iu. super rub. ꝛ not. gl. in. l. ij. §. fi. ff. si quis cau. ꝛ de iniur. l. iniuriarum estimatio. ꝛ dixit. s. in gl. item qḋ fecit plures capi.

¶ Item tenetur criminaliter ad penam statuti, vbi statutū loquiꝛ, vel arbitrio iudicis, vbi non loquitur, vel similitudine supplicij, vbi sine indicijs mandat capi innocentes, ꝺm Bal. in. l. fi. C. de his qui latro. ꝛ dix. in. d. ver.

216 ¶ † Sed quomodo pñt ciuilis ꝛ criminalis in eodē libello cumulari, cū vna alteri preiudicet. l. j. C. qñ ciui. acti. cri. preiu. rñdeo secundum Bal. in quodā ɔsilio qḋ incipit presupposito statuto de inquisitione, qḋ licet regulariter ciuilis ꝛ criminalis non possunt cumulari, tñ fallit in iudicio sindicatus, in quo proceditur extraordinarie, nec curatur de apicibus iur. sed proceditur inspecta veritate ꝛ expeditur breuissimo tēpore ex nō scripto, vt in auc. de indi. §. necessitatis. ꝛ no. in. c. ij. de offi. iu. vel dic ꝺꝫ doc. in. d. l. j. qḋ licet ciuilis ꝛ crialis non possint eodem libello cumulari, tñ pōt proponi actio criminalis, ꝛ officio iudicis peti restituitur damna expensas ꝛ interesse partis, ꝺm Bar. in. l. interdū. §. qui furē. ff. de fur. ꝛ Ange. in. d. l. j. ꝛ. l. qui de crimine. C. qui accu. non pos. ꝛ. l. qḋ eritādi. C. de condi. ob cām. ꝛ. l. medicus. ff. de var. ꝛ extraoꝛ. cog. ꝛ in auc. de man. prin. §. si delinquunt. Quod suadet ratio breuitatis temporis sindicatus, vt in. d. §. necessitatem, in auc. vt indi. sine quo. suf. ꝛ ita seruatur in practica qꝛ petiꝛ reum criminaliter condemnari ꝛ puniri ad penam applicandam fisco ꝺm formam iur. ꝛ statutorum, ꝛ ad dāna ꝛ expensas ꝛ interesse partis, ꝛ restitutionis rerum ablatarum, vt no. in. d. §. qui furem.

217 ¶ † An aūt in cā sindicatus requiratur libelli oblatio, lit. contest. ꝛ alia que sunt de substantia iudicij, ꝛ processus, qñ proceditꝛ super querelis ɔ ptātē ꝛ officiales porrectis, dic ꝙ vbi per statuta est data forma, illa est seruanda. per. l. j. §. qui mandatam, ꝛ. l. si pretor. ff. de offi. eius cui man. est iurisf. ꝛ in. c. j. ꝛ in. c. preterea. de off. dele. Sed vbi forma nō est data, sed sunt electi sindici simpliciter ad sindicandū dꝫ forma iuris cōis seruari. s. vt detur libellus, lis contestetur, de calumnia iureꝛ, ꝛ alia fiant, de quibus in. l. prolatā. C. de sen. ꝛ in. c. qm̄ ɔ. de ꝓba. alias non valeret ꝙ agiꝛ. l. j. ꝛ ibi no. C. vt oēs tam ciui. ꝙ mili. ꝛ ita Bal. in. d. §. proficisci. in. x. q. nec obst. d. §. necessitatēꝫ. in auc. vt iud. sine quo. suf. ꝛ gl. in. d. l. pe. in quibus dꝛ qḋ in sindicatibus hodie non seruaꝛ ordo iuris, qꝛ illud vex qñ potestas aufugit, ꝛ ita intelligitur qḋ ibi not. Ang. ꝛ Inno. in. c. fi. de of. iudi. ꝛ in. cle. sepe de verbo. signi. ꝛ not. in auc. nisi breuiores C. de senten. ex peri. reci.

218 ¶ † Vel dic ꝙ pōt agi duplici via, vt dictum est. s. ciuiliter ꝛ criminaliter, naꝫ super furtis, ꝛ male ablatis pōt agi. l. iul. repe. vt. l. lege iul. in fi. ff. ad. l. iul. rep. pōt ēt agi ciuiliter. l. j. ꝛ. ij. ꝛ ibi no. eo. ti. lꝫ vt plurimū agaꝛ ciuiliter, nō cri. vt refert Fran. accur. i. d. suo trac. in. j. q. vt dixi. s. in ver. hec est quedā inquisitio. versi. sed qui ꝑ statuta. Sed si agatur criminaliter per accusationem, vel inquisitionem, eo casu quo pōt inquiri, semper de iure cōi est necessarius libellus. l. libelloꝝ in fi. ff. de accu. ꝛ. d. l. j. in fi. ibi accusatione super criminibus fcā ꝓ inscriptionē libelloꝝ, ꝛ in. c. qualꝛ ꝛ qñ. de accu. ꝛ no. in. l. j. §. si publico. ff. de adul. Et idē si agaꝛ ciuiliter, vt in auc. offeraꝛ. C. ꝺ li. ɔte. nisi sit cā leuis ꝛ parua, vt in. d. auc. nisi breuiores. ꝛ in. d. §. necessitatē. ēt si agaꝛ crialr. l. leuia, ꝛ ibi not. ff. de acc. ꝛ eo casu poterūt sindicatores summarim interrogare ꝺ negotio de quo agiꝛ. l. vbicūqꝫ. ff. de inter. actio. ꝛ si offāles ɔfitenꝛ, mādāt restitui id de quo facta est confessio, qꝛ ɔfessus hꝛ ꝓ iudicato. l. j. C. ꝺ cōfes. ꝛ. l. pinde. §. j. ff. ad. l. aquil. ꝛ dixi. s. in ver. hec est quedā inquisitio. ver. ꝛ ibi per statuta.

219 ¶ † Aduerte tamen singulariter ad vnum, ꝙ acta in sindicatu de iure cōmuni debent scribi a notarijs sindicoꝝ gratis, ꝛ sine expē-

sa, vt

sa,vt not.in.d.§.necessitatē,ꝛ firmat Fran.accur.in.d.trac.versi. item queritur quando aliquis.

¶ An autem publicatio attestationum sit necessaria,ꝛ de substantia,glo.tenet qd sic,in.l.prolatam.C.de sen.qd hꝫ locū ēt si pcedat summarie,ꝛ sine figura iudicij,vt in.c.fi.a contrario sensu,de here.in.vj.ponit Bar.in extrauag.ad repri.in verbo,sine figura iudicij.Quod intellige verum,si is ꝯ queꝫ producuntur hoc petit alias attestationes semper sunt note iudici,ideo non est necessaria publicatio,si non petitur,vt in.c.qualiter ꝛ qñ.el.ij.de accusa.ꝛ in.c.ij.eo.titu.lib.vj.

220 ¶ †Item si petitur copia attestationum dꝫ dari,vt pars possit se defendere,ꝛ si denegatur,pōt appellari,vt est tex.cū gl.i.d.c.qualiter ꝛ qñ.Et qꝛ dixi.s.qd in cā sindicatus non pōt procedi diebus feriatis in honorem Dei,per tex.in.l.dies festos.C.de ferijs.ꝛ in.fi.eo.titu.Sed per statuta cōmuniter prouidetur,qꝫ procedatur ēt diebus.feriatis in honorem Dei,ꝛ ita seruatur in practica de iure cōmuni non posse procedi.

¶ Postremo qꝛ dr̄ in.s.dicta querela qd dñs potestas fecit ipsuꝫ Quiriacbū torqueri sine indicijs,ꝛ denegata copia indiciorum.est videndum quid sit indicium,vnde dicatur,an possit procedi contra aliquem sine indicijs.Et an sit data copia indiciorum.Que sint indicia sufficientia ad torturam,ꝛ qualiter indicia probentur.

221 ¶ †Quo ad primū rñdeo fm doc.qꝫ de indicio nō potest dari determinata doctri.nō potest recte diffiniri,sed remittit̄ arbitrio recti ꝛ boni iudicis,qui iudicabit indicium sufficiens,ꝛ non sufficiens ēt ex tribus ex qualitate persone,ꝛ qualitate delicti,ꝛ demonstrationibus seu alijs presumptionibus occurrentibus,fm Bar.in.l.fi.ff.de qō.alleg.l.ij.§.in magis.ꝛ §.eiusdem.ff.de test.Sed Bal.i.l.ea quidem.C.de accu.distinguendo dixit qꝫ duplex est indicium,semiplenū ꝛ plenū.Semiplenum est presumptio fortiter mouens animuꝫ ad aliquid credendū vel non credendū,vt not.in.l.probatio.ff.de proba.Plenum indicim est demonstratio rei per signa sufficiētia,per que animus in aliquo tanqꝫ existenti vero quiescit,ꝛ plus inuestigare non curat,vt not.in.l.indicia.C.de re iudi.

¶ Et dicitur indicium ab indico cas,inde indicium.l.demonstratiuū ad inueniendū veritateꝫ.l.adultera.C.de adulte.ꝛ.l.solēt.ff.de prescrip.verbis.

222 ¶ †Quo ad tertium rñdeo qꝫ sine indicijs nō potest procedi ꝯ aliquem,ad aliquem actum capture persone vel tormentorum,vel formationis inquisitionis,vt not.Bar.in.l.j.ꝛ.l.de minore.§.tormenta.ff.de ques.ꝛ.l.fi.eo.tit.ꝛ Ang.in.l.si vacantia.C.de bonis vac.lib.x.ꝛ.c.qualiter ꝛ quando.ꝛ.c.inquisitionis,ꝛ ibi plene per Innocen.ꝛ Joan.and.ꝛ cano.de accu.

¶ Quod limita fm Bal.in.l.nullus.C.ad.l.iul.maie.nisi inquisitio fiat de ꝯsciētia principis,vel alterius regentis ciuitatem,q hr̄ loco principis,fm Bal.in.l.hostes.ff.de capti.ꝛ no.glo.ꝛ Cy.in.l.fi.C.de prescrip.lon.lon.tem.qꝛ ꝯscientia principis,vel alterius regentis loco principis,suppllet omnē defecū solēnitatis,ꝛ procedit inquisitio sine indicijs fm Bal.in.d.l.nullus.per illū tex.

223 ¶ †Alias regulariter inqsitio sine indicijs,vel fama publica non tꝫ vt est tex.in.d.c.qualiter ꝛ qñ.ꝛ.c.inquisitionis,qd intellige ꝛ limita verum,si reus opponit,si vero reus nō opponit,tꝫ inquisitio,ꝛ pcessus,vt est casus in.c.fi.de accu.lib.vj.

¶ Et si formatur inquisitio sine indicijs,ꝛ reus in tormētis ꝯfitet̄,ꝛ postea ratificat,non pōt ex tali ꝯfessione ēt p interuallū facta post tormēta ꝯdemnari,vt est casus sing.in.l.pe.ꝛ ibi p Bart.ff.de qō.Secus si sponte ꝯfitet̄ ibi sine tortura precedente,qꝛ tunc tꝫ ꝯfessio sine indicijs,vt est tex.in.c.fi.ꝛ ibi no.de accu.lib.vj.

¶ Quo ad quartū dic qꝫ regulariter dꝫ dari reo copia indicioꝝ,vt not.doct.ꝛ ibi gl.ꝛ Bar.in.l.custodias.ff.de publ.iudi.ꝛ Inno.in d.c.qualiter ꝛ qñ.Si tñ nō fuerit data copia,non vitiat̄ processus,fm Bar.in.d.l.custodias.ar.l.ij.ꝛ ibi no.C.de sen.ad.fi.la.lib.x.qꝫ vex si nō petat̄.Sed si nō dat̄ reo postulāti,ꝛ vlterius pcedatur nō vꝫ pcessus ipso iure,vt no.in.d.c.qualiter ꝛ qñ.ꝛ.c.inqsitionis,de accus.hoc tñ fallit in tribus casibus,fm Ange.in.l.si vacantia.post formam specialis inquisitionis quo ad psonas ꝛ delicta.

224 ¶ †Primus est qñ ex forma statuti inquisitio est remediū ordinarium,qꝛ statutum dicit qꝫ iudex possit inqrere de oibus criminibus ꝛ delictis,qꝛ tūc non est danda copia fame ꝛ alioꝝ indicioꝝ,fm eū alias sic,vbi proceditur de iure cōi,fm regulas Bar.in.l.ij.§.si publico.ff.de adul.qꝛ tunc reo petente est danda copia,alias non teneret inquisitio nec processus.

¶ Scds casus est,qñ iudex procedit ad inquisitionē ex mero officio ꝛ non ad querelam alterius,qꝛ tunc non est danda copia,secundum Ant.de but.in.d.c.qualiter ꝛ quando.

¶ Tertius casus est,qñ procedit ad denuntiationē sindici vel officialis,qꝛ tunc nō est dāda copia fame fm Ang.in.d.l.si vacātia,sꝫ alioꝝ indicioꝝ bene est danda,ita intelligit Bar.in.d.l.custodias ꝛ.d.§.si publico,fm Ang.de are.in.d.ver.fama publica.

225 ¶ †Quarto esset videndum q̄ sint indicia sufficientia ad torturaꝫ.Rñdeo fm Bar.ꝛ doct.in.d.l.fi.ꝛ.l.j.§.ij.ꝛ.l.maritus.§.pe.ff.de questio.qꝫ hoc residet in pectore iudicis,pñt.n.esse plura indicia adeo leuia,qꝫ non sufficiunt,ꝛ pōt esse vnū solū indiciū adeo vrgens ꝛ manifestum,qꝫ sufficit,puta,si vnus testis bone fame deponit qd vidit maleficiū ꝯmitti,pōt reus poni ad torturā,fꝫ Bar.in.d.l.fi.ꝛ.l.si qs alicui,ꝛ ibi gl.ꝛ doc.C.de adul.idem si iuuenis sit inuētus in domo pulchre iuuencule,presumit̄ stuprū vel adulteriū ꝯmisisse,fm Bal.in.l.fi.ff.de here.insti.vel reperit̄ homo occisus,ꝛ aliquis prope eum cum cultello euaginato aut sanguinolento,est contra eū sufficiens ꝛ manifestum indicium,fm Bar.in.l.ij.in prin.ff.de fur.Idem ēt si fuit visus admenare,lꝫ nō fuit visus percutere,vel fuit visus aufugere,ꝛ est fama qꝫ erat inimicus,ista sufficiunt ad torturam non tñ ad condemnationem,vt firmat Jo.an.in addi.Spec.in tit.de proba.§.j.ver.xiij.ꝛ Jo.de imo.in.l.fi.ff.de here.insti.

226 ¶ †Inuestigare ēt dꝫ bonus iudex quo vultu,qua frōte,ꝛ quo pallore reus inquisitus rñdeat.l.de minore.§.tormenta.ff.de qō.Itē cuius vite ꝛ cuius fame,vt ibi no.Bar.ꝛ an sit consuetus talia facere vel non.l.desertorē.§.his q.ff.de re mili.Iteꝫ si inquisitus hꝫ malas ꝯuersationes,qꝛ ex mala conuersione quis efficit̄ malus,vt est tex.in.l.ediles.§.pedius.ff.d edil.edic.Itē si fuit ꝯuersatus in loco maxime tēpore cōmissi delicti.l.fi.C.si man.ita fue.ali.ꝛ ponit Bar.in.d.l.j.ff.de questio.

¶ Qualiter autē probetur indicium,dic qꝫ si testis non deponit directe super maleficio de quo queritur,dꝫ pbari ad minus p duos testes,fm Bar.in.l.fi.ꝛ not.gl.ꝛ doc.in.l.fin.C.fa.er.puta qꝛ dicunt vidisse Titium prope domum in qua fuit factum furtuꝫ de nocte.Sed si deponit super maleficio,puta,qꝛ dicit testis qꝫ vidit Titium vulnerantem Gaium,sufficit vnus testis,vt no.gl.ꝛ doc.in.d.l.si quis alicui.Quod est verum,intellige reo citato ad videndum iuramenta taliū testiū,alias non preiudicat reo nec probatur indicium,fm Bar.in.d.l.si qus alicui,ꝛ ideo testes examinati sup inquisitione generali non preiudicant malefactori contra quē postea specialiter inquiritur si non fuit citatus.C.de testam.l.si quando.ꝛ Bar.ponit in.d.l.fi.ff.de questio.Cetera autem ad materiam indiciorum vide ibi plene per eum ꝛ per Ang.de are.sup verbo,fama publica.Et de fama,vide plene vt dixi supra,super verbo,fama publica.

¶ Item qualiter probetur tortura,ꝛ plura circa torturam,vide.s.in.c.item in eo qꝫ fecerunt plures capi.

227 ¶ †Pena debilitationis membri occasione torture imponi dꝫ fꝫ formā statuti quo ad penā cōis.Et quo ad partem imponit̄ pena iuris cōis,q̄ ē rōne iniurie illate,ꝗtū iudici equū videbit̄ ꝛ ad iter esse expensaꝝ factaꝝ in medicis ꝛ medicinis ꝛ operaꝝ quibus offensus caruit,ꝛ cariturus est dicta occasione,vt est text.institut.de oblig.que ex quasi ma.§.ob hominē vero.

Coram nobis dominus Sindicus agit sindicus communis.

¶ Pro declaratione istius petitionis vide.s.in.c.iteꝫ qd dicti milites vero caueant ꝛ prudenter attendant.

Coram nobis agit dictus sindicus,qꝛ condemnauerit.

¶ Qua pena punitur potestas ꝛ collateralis qui condemnauerūt innocentem vel absoluerunt nocentem vide plene.s in.c.item in eo qꝫ plures condemnauerunt.

Coram nobis agit dictus sindicus,qꝛ per barratariam absoluerit.

¶ Regre qd sit barrataria,ꝛ vñ dicat̄,ꝛ de pena cōmittētis barratariam,ꝛ qualiter pbet̄,vide.s.in.c.itē qꝫ dictus.d.Jo.ꝛ eius officiales plures barratarias cōmiserūt,Iteꝫ si vis scire qñ ptās,vel eius iudices teneant̄,qñ p dolum,ꝛ qñ p imperitiā tulerunt iniquā sniaꝫ,ꝛ plures alias qōnes ad materiā facientes,vide plenissime.s.in.c.itē qd plures ꝯdemnauerunt innocentes.

¶ Supradicti dñi Sindici decreuerunt dictis procuratoribus copias dictarum querelarum.

228 ¶ †Copia libelli in ordinarijs est danda expēsis actoris,vt in auctē.offerat̄.C.de lit.ꝯte.sꝫ in hoc iudicio sindicatus,ꝛ alijs summarijs dꝫ dari expēsis petētis,ꝛ idē in actionibus.sufficit.n.qꝫ petēti fiat copia describēdi.l.j.§.edēda.ff.de edē.ꝛ not.glo.in.d.aucten.offeratur,ꝛ ibi dicit Bar.qꝫ in hoc est seruandus mos curiarum.

Sed vbi petitur copia mandati, dz dari expensis procuratoris, ne ex interuentu procuratoris conditio aduersarij fiat deterior, quaz si dñs per se litigaret. l. iij. §. defendi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. ⁊ idez si sit opus mittere ad dñm absentē ꝑ aliqua responsione fienda capitulis, vel aliqua declaratione, qr dz mitti expēsis procuratoris, ſm Bar. in. d. §. defendi. tene menti.

Comparuerunt dicti procuratores in termino.

¶ Litis ɔtest. regl'r fit ꝑ petitionē, ⁊ rñsionē. Si in rñsione nō fit protestatio ꝙ nō animo litē ɔtestādi. l. j. C. de lit. ɔtst. ⁊ in. c. vnico. eo. tit. Si tñ apponit' dcā ꝑtestatio nunꝗ ꝑ talē rñsionē inducit' lit. ɔte. vt est gl. no. ꝗ cōiter sequunt' doc. in. d. l. j. C. de li. ɔtest. erit ergo remediū, vt iudex mādet pure ⁊ simpl'r litē ɔtest. ⁊ reo recusante in ɔtumaciā fiet imissio i possessionē ex pmo ⁊ scdo decre. vt no. gl. Bar. ⁊ doc. in. l. consentaneū. C. qñ ⁊ quando iudex.

¶ An aūt in cā sindicatus requiratur litis contesta. vide. s. in declaratione prime petitionis producte per sindicum communis. ver. si autem in causa sindicatus.

Qui domini Sindici statuerunt in terminum trium dierum ad probandum.

229 ¶ † Terminus ēt ad ꝑbādū in dubio est perēptorius. l. fi. ⁊. l. oꝛone. §. fi. ff. d fer. ⁊. l. j. in fi. C. de dila. ⁊ multo fortius si assignat' ad ꝑbādū ⁊ ꝑbatū hñdū, id post lapsuz termini nō admittit' ꝑbatio, vt i. c. pastoralis. de excep. ⁊ not. Bar. in. l. si finita. §. iulianus. ff. d dā. infe. ⁊ in. d. l. fi. ff. de fer. ⁊. l. mancipiorum. ff. de optio. lega.

In termino comparuerunt procuratores dictoꝝ officialium ⁊ accusauerunt contumaciam.

¶ Etiā post terminū admitit' actor vel reus ad aliqd faciendū vel ꝑducēdū, si parti aduerse nihil deperijt, ſm gl. Cy. ⁊ doc. i. l. ea. C. qui accu. nō pos. ⁊ Dy. in. c. indultū. de reg. iur. in. vj. sed Bar. in l. fi. ff. de fer. dixit ɔtrū, qr terminus est peremptorius. d. l. fi. nisi ꝑducens iuret de nouo ad eius notitiam peruenisse id quod intendit producere, vt est tex. in. d. c. pastoralis. de excep.

Supradicti domini sindici commiserunt Zannobio publico nuntio.

¶ Quod citet ⁊ requirat infrascriptos testes quatenus prima die in terijs cōpareant, ⁊ conparere debeāt corā dictis dominis sindicis ad iurādū, ⁊ testimonium veritatis prebendū, super dicta inquisitione generali omni meliori modo ⁊c.

¶ Nomina testium sunt ista videlicet.

Antonius bartholomei.

Jacobus Petri Joannis.

Ser Joannes antonij.

Ser Dominicus nicolai.

Ser Joannes ser Jacobi.

De Ancona. qui testes omnes comparuerunt in termino citationis corā dictis dñis sindicis. ⁊ ad ipsoꝝ dñoꝝ sindicoꝝ delationez iurauerunt dicere veritatē super dicta inquisitione, remotis pretio, amore, ⁊ timore, ⁊ omni alia humana gratia.

230 ¶ † Qui Antonius iuratus, vt. s. ⁊ examinatus per dictos dños sindicos, interrogatus super dicta inquisitione gñali, ⁊ ɔtētis in ea suo iurō testificādo dixit nihil scire. Interrogatus de fama publica, si est publica vox ⁊ fama i dicta ciuitate ꝙ dictus oliz ptās, iudices, milites, socij, offi. ⁊ familiares cōmiserūt, vel omiserūt ɔtēta in singulis capitulis dicte inquisitiōis, vel aliqd predictoꝝ, singula singulis referendo, suo iurō dixit nihil scire de aliquo delicto vel infamia dicti olim ptātis suoꝝ officialiū ⁊ familie. Sed potius audiuisse eos fuisse diligentes in exercēdo eoꝝ officia, ⁊ ita fuit ⁊ est publica vox ⁊ fama apud maiorē partē eoꝝ qui eos cognouerunt ⁊ viderunt in. d. ciuitate. In cā scie dixit ꝙ spe ɔuersatus fuit in palatio, ⁊ curia dicti olim ptātis, ⁊ vidit eos diligenter exercere eoꝝ officia, singula singulis referēdo. Et ita audiuit publice dici, ⁊ est publica vox ⁊ fama in dicta ciui. apud maiorē ptē cognoscētiū eos.

118 Pene plures si imponant p legē pro aliquo delicto, an in origine sim ccurrāt, an vero in cōdemnatione et executione, et nu. seq.
121 Moderatio dictio, diminutionem quādam importat.
Statuto imponente penam diuersam a iure, non censetur alius modus agendi sublatus.
123 Punitus in foro ecclesiastico, puniri potest in seculari foro quatenus pena exceditur.
124 Iudex an possit penam a lege vel statuto taxatam mutare.
Instrumentum pacis an prosit ei qui maleficium negat.
125 Iudex pacē suadere pōt, cōponere aūt ptibus inuitis non potest.
126 Delictū an censeat cōfiteri is qui pacis producit instrumentum.
Pax et concordia valet per pecuniam facta.
127 Notario infra triennium pacem stipulantem an possit post terminum ratificari.
128 Pater an possit pacem facere de iniuria filio facta.
Maritus pacem facere potest pro iniuria vxori illata.
129 Transactio an sit valida super adulterio facta.
130 Officialis an teneatur qui aliquē facere pacē cū aliquo cōpulit.
131 Blasphemans et confitens sacerdoti an habeat beneficiū, si ex statuto pro pace ab offenso habita remittatur pene pars certa.
132 Personalis captura fieri pōt pp ꝯtumaciam in causa ciuili.
Potestas ab omnibus laudatus ad sindicatum stare non debet.
133 Iudex accusatum de crimine nō potest cogere vt pcedat saluis exceptionibus declinatorijs &c.
134 Iudex i cā fiscali vel reipu. sniam ferre pōt, nemine postulante.
Iudex qualiter plures condemnare debeat, vt quilibet ad totam summam teneatur.

Voniã tractatus sindicatus officialiuz quotidian⁹ & vtilissimus est satis, & circa eius practicã & materiã quotidie dubia oriunt, ideo post illustrẽ doc. Bal. qui hãc materiaz per. xxxv. q. & non plures explicauit in. l. obseruare. in. §. proficisci. ff. de offi. procon. & leg. ¶ Ego Cataldin⁹ de Boncõpagnis de Viso, post vtriusqz iuris studiũ lõguz atqz diuturnuz in hac mea etate senili, Addendo dictis Bal. in hac materia aggredior psens opusculũ, Catonis eximij vestigia imitat⁹ q. lxxxvj. agens annũ grecis literis post latinas appetijt erudiri, indefessisqz laboribus iugiter studuit, vt iuris ciuilis peritissimus haberetur,
1 †vt sic agendo vita breuis, ac incerta qua fruimur, Sensusqz hebes negligentie torpor, multimodaqz diuersorum occupatio nos paucula scire permittens, ac que plerunqz sunt scita iugiter excutit & euellit fraudatrix obliuio & memorie inimica, per literarum vsum diuturnior apud posteros conseruetur, ad vtilitatem iudicum ceterorumqz officialium qui in hoc miserrimo exercitio officiorum oblectantur. Et ad laudem & gloriam magni Dei cuius nutu sermo recipit gratiã, & doctrina perfectionem. Omissis igitur. q. Bal. in. §. proficisci. cuius dicta non refero, quia esset potius transcribere q scribere, eius continuando materiam incipiam.

2 ¶ † Adde qd si dat libellus Iudici in sindicatu, q neglexerit examinare testes. ppter qd fecit litez suã. vt. l. si qñ. C. de testi. quid oz pbare agẽs, dico qd hz necesse probare qd ipse produxit testes personaliter in iudicio, & qd fuit protestatus iudici quod ipsos testes presens examinaret, & qd nõ stabat per eũ, alias nõ dicit iudex negligens. iuxta not. per Bar. in. l. damni. §. sabini. de dam. infec. ¶ Inde aliquid etiã de hoc per. d. Papien. in. ti. de op. ↄtra testes in gl. antepen. in fi. Itez habet necesse probare corã sindicatoribus, qd illi testes probassent petita per partẽ, & qd inferat ipsos testes fuisse examinatos in tanta quantitate, & hoc etiã debet deduci re in libello, al's iudex nõ teneretur in sindicatu. vt no. Bar. in. l. in pecuniarijs. ff. de ferijs. alleg. l. qui cõmeatus. ff. de re mili. quod est notandum pro defensione officialium, & etiam ad offensam.

Adde

3 ¶ † Adde si potestas retinet aliquem qui protestatur quod retinetur sine causa, & petit se relaxari, officialis dubitans ne teneatur in sindicatu debet esse cautus, vt faciat hunc detentum describi in testem super aliqua inquisitione in libro notarij maleficiorum, ad hoc, vt in sindicatu possit se excusare, & dicere quod eũ retinuit causa ab eo recipiendi informationem super tali inquisitione vel maleficio. & ad hoc probandum producat illum librũ. & ita vidi d facto practicari, ac etiam practicaui me existente Capitaneo ciuitatis Aquilie. quod est bene not. quia de iure magistratus detinens aliquem iniuste, tenetur ad interesse, vt est glo. no. in. l. ij. §. simili modo. ff. si quis cau.

4 ¶ † Credo etiã qd officialis posset hoc probare per testes domesticos. s. notarios vel berrnarios, per ea que dicit Bart. in. d. §. proficisci. in. xviij. q. vbi dicit qd familia potestatis potest pro eo in sindicatu testificari, quando non tangit testificantes, cuius opin. confirmatur, licet ipse non alleget, per dictum Innocen. in. c. in literis. de proba. vbi dicit qd familiares nõ repelluntur a testimonio, si non sunt subditi producentis. Debet tamen iudex aduertere conditionem personarum, sm Inno. & Ioã. ibidem Hoc idẽ tenuit clarius Bar. & Sali. in. l. ij. C. de testi. vbi dicit qd si isti domestici familiares sunt homines bone fame, & honestatis, admittuntur pro dominis ad testimonium. per no. per Inno. in. d. c. in literis. quia isti tales nõ sunt deputati ad vilia, ideo in testimoniũ admittuntur. Bal. autem dixit q non, in. d. l. ij. quia sunt viles persone. Salice. ibidem tenet contra, dicens qd imo recipiuntur, & possunt testificari pro potestate, si non stant amplius cum eo, nec recessuri sunt cum illo, quia alias familiares dici deberent, si essent cum eo recessuri, arg. C. si rector prouin. l. j. & si qua. pred pote. l. j.

5 ¶ † Ego puto qd isti berrnarij tunc admittantur, quando non sunt alij testes, & sic in subsidiũ. xiiij. q. ij. quanquã facit. C. de repu. l. cõsensu. & quod ibi no. & qd nota. de offi. delega. c. insinuãre. in gl. j. d priuile. c. licet. in gl. sup verbo, familiaribus & de verbo. sig. c. vlt. libr. vj. in quibus iuribus notatur qui familiares ad testimonium admittantur, & qui repellantur. Illud non omittam qd berrnarius compelli non potest, nec tenetur ad testificandũ cõtra potestatem, propter reuerentiam quam sibi debet dicit Bald. ff. de excusa. l. ij.

6 ¶ † Adde si aliquis fuit positus ad torturam, & officialis dubitat ne de hoc molestetur in sindicatu, quod erit remedium, dico quod põt talem describere in testem super aliqua inquisitione, & postea allegare q hoc fecit, q: nolebat testificari veritatẽ super dicta inqsitione, & curiã informare, vel põt dicere qd vacillabat examinatus quia tunc potest ipsum torquere, vt dicit Bal. in. l. presbyteri. C. de epis. & cle. & no. in. l. ex libero. in prin. & l. vnius. §. testes que sunt, & C. de testi. l. nullum. Faciat ergo officialis apparere in actis curie, qualiter fecit citari talem, & noluit parere, pro hoc. ff. de iniur. l. iniuria. §. si quis decreto. vbi contumax, & non obtemperans iudici licite capitur, detinetur, & torquetur, dicit ibi An. do. meus.

7 ¶ † Et cautela est quod in relaxatione alicuius detenti vel torti facias ipsum confiteri per scripturam notarij ipsum fuisse legitime captum seu tormentatum pro informando curiam de aliqbus maleficijs ptinentibus ad officium, & hoc multum vidi practicari, & simile qñ fuit tortus, faciat ipsum cfiteri se fuisse lrie tortum, vel p inueniendis maleficijs, vel q: impediuit officium dñi ptãtis, & eius familie. Illud no. q si detentus dat fideiussorem de se repñtando, eo ipso vr cfiteri se fuisse lrie tentum seu captum, vt no. Bar. in. q. sua disputata que incipit, Lapus. vnde cautela est, q officialis in relaxatione faciat sibi dari fideiussorem de se representando quoties fuerit reqsitus, q: tunc videtur approbata captura.

8 ¶ † Adde q si iudex fuit negligens in procedendo contra homicidam, seu contra committentem aliquod crimen capitale, & ob id in sindicatu datur contra eum libellus, an erit iste libellus personalis, ita quod debeat detineri, dicit quod non, q: dz puniri pena pecuniaria applicanda fisco, quando iudex est negligens, vt not. in auct. de manda. prin. sit tibi, & quod no. ff. de le. l. j. Pet. Gui. & Bald. nec ob. l. si. C. ne sanctum Bap. reite. q: speciale est ibi in illo tam graui delicto, & ad predicta. l. j. C. vt intra certum tempus, dicam de hoc in questione. xiij.

9 ¶ † Adde etiam quod magistratus & officiales tenentur de leuissima culpa. ff. de magistra. conueni. l. nõ simile. & l. magistratus. Tamen mitius agitur, adeo quod sindicatores eorum possunt eorum arbitrio condemnare in quota, & non in tota, prout visum fuerit vt no. institu. de obligat. que ex quasi delict. in princip. Et si non sunt soluendo non propterea detrudentur in carcerem, sed tenentur solum inquantum facere possunt. Unde dicit lex, quod filiusfam. qui non habet nisi peculium, non tenetur vltra peculium, vt. ff. de iudi. l. si filius. Et ideo formatores libellorum agentes ratione culpe leuis vel leuissime contra magistratum, non debent certam petere quantitatem, nec bene formarent libellum, sed debent concludere ad quẽdam rationem quãtum bono viro equum videtur. vt. l. si iudex. ff. de va. & extraordi. cog. Et pro ista parte facit quod no. in. l. ij. ff. quod qsq; iur. Alij dicunt aliter, de quo vide plene Barto. & Bald. in. l. pignus. C. de pigno. actio.

¶ Adde quod officialis qui non vult stare tempore sindicatus cũ suo rectore, q: contra eum dedit petitionem, debet ab eo expensas habere. glo. est in. l. fi. de ordi. cog. & in. c. ex parte. de accusa.

10 ¶ † Adde quod qui conduxit officialem, videtur suis expensis cõduxisse in eundo, stando, & redeundo. vt no. Bart. in. l. super creandis. de iure fisci. lib. x. facit de agri. & censi. l. domini horreorum. & C. locati. l. excepto. & Bald. C. de negot. gest. l. prima. Super quo dubio doctor clarissimus dominus Petr. de perusio consul. ad literam sic dixit. Rector tenetur conducere officialem ex pacto. querit vtrum finito officio, si officialis nollet redire ad locum conuentum cum rectore, rector teneatur dare sibi estimationem illius quod officialis in tali reditu esset impensurus. Et qd teneatur non videtur dicere, primo propter conuentionem que est seruanda. l. j. §. si conuenerit. ff. depositi. quia etiam ad id circunscripto pacto tenetur. vt not. plene in. l. j. §. si tabernarij. ff. de var. & extraord. cogni. & quod not. Odo in. l. si duo. §. item cum quidam. ff. loca. & l. j. in fin. eod. titu. Nec ob. si dicatur rector tenetur conducere & reconducere & sic ad factum, non ad estimationem tenetur, quia dico qd si factum non potest probari, qd tenetur indistincte, cum in obligatione facti succedat obligatio ad interesse, si factum non prestatur. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & l. j. ff. de actio. emp. cum si. Et ita etiã de facto fuit decisũ in ciuitate castelli, per Pe. de perusio. Nec miretur quis si ad contextũ verba dicti cõsilij explicaui, quia sic faciã quando occurret, quinimo super qua cõsultum reperiam in terminis. q. ad habendam notiam pleniorem.

11 ¶ † Adde qd quando delinquens aufugit officiali, videtur teneri ad similem penam, etiam corporis. l. ad commentariensem. C. de custo. reo. & l. ij. & l. milites. ff. eo. titu.

¶ Adde qd statutũ vel rescriptum officialis absoluit, nec debeat sindicari, tñ si aliquid remansit penes eum de rebus cõmunis fisci debet de hoc sindicari. vt not. Bar. in. l. j. §. fi. ff. de pecu. leg.

¶ Adde qd leuis vel leuissima culpa nõ punitur criminaliter, sed ciuiliter, sm Cy. in addi. in. l. si quis non dicaz rapere. C. de epis. & cle. in fi. addi. qd no. pro defensione officialiũ. & adde qd no Bal. in. l. mancipia. C. de ser. fugi.

¶ Adde qd si officialis aliquid exigat d facto, & immittit in cameram communis, non potest cõuiniri in sindicatu. Bart. in. l. ij. §. fi. ff. de admi. rerum ad ciui. perti.

12 ¶ † Adde qd cautela est, qd qñ detẽtus pro maleficio aufugit potestati, quod faciat procedi per capitaneum cõtra custodes cui assignauit, & si ponetur in banno, excusabitur si nõ põt ipsum exhibere tempore sindicatus. Bar. in. l. si cum exhibuissent. ff. de pub.

¶ Adde an assessores sindicentur de negligentia, & sic contra eos fiat inquisitio scrupulosa. vt. l. si seruus vetitus. de leg. j. dic qd non est conueniens, vt de negligentia sindicentur nisi sit dissoluta & dolo proxima, & ita seruat cõsuetudo per quam assessoribus multũ fauetur. Sed de mero rigore ita sindicari debet de negligentia sicut de culpa faciẽdo cõmissa. vt. l. mancipia. C. de ser. fugi. & l. si quis in conscribendo. C. de pac. & C. d decu. l. iudices. & vide s. in. q. iiij. Sed aduerte, q: tunc est necesse qd officialis fuerit requisitus, & neglexerit. vt no. archi. in. c. j. de iureiu. in prin. & Bar. in. l. dãni. §. sabini. de dam. infec. & vide per Spe. in titu. de inquisitione. ver. sed pone iudex &c. & gl. iij. q. viij. c. qui sine, & vide Ang. in. l. si vacãtia super ver. preses aut. C. de bo. vac.

13 ¶ † Adde si officialis est electus Perusij cum pacto, vt nõ teneatur stare ad sindicatum, nisi pro furtis, & baratarijs, & illicitis extorsionibus. An propter pregnantiam huius verbi, extorsionibus, sindicari poterit de omnibus iniustis sententijs, quarum vigore aliquid est examinatum. dic quod sic, quia exactio, extorsio appellatur, que fit ab inuito, quantumcunq; iustitia suadente. plenus est enim significatus huius verbi, extorsio. vt. l. si seruo. in versicu. extorquere. ff. de heredi. institut. & ibi per Ange. & Imol. in. l. mora. solu. matri.

¶ Adde an possit fieri pactum cum aliquo officiali, ne teneat stare ad sindicatum. nã tex. in. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. facit quod non, quia videtur quasi remitti dolus futurus. Item pactum est inuitatorium ad delinquendum, redditur enim audacior ad delictum, ex quo scit se non teneri reddere rationem, ergo &c. l. conuenire. ff. de pact. dota. In cõtrariũ facit. l. aurelius. §. gaio. ff. de lib. le. & l. si quis rationes, de lega. j.

14 † Unde potest esse cautela qd in contractu electionis addatur clausula, quod si contingat eundem

officialem occasione doli vel culpe condemnari debere, ꝙ ex nunc omne id ⁊ totum in quo deberet condemnari titulo donationis inter viuos conferunt, vt in fi. preallegata. l. si seruus vetitus. docet. de leg. j. ⁊ d. l. si quis rationes. Tamen negari non potest, qn sit inuenire viaȝ fraudibus contra regulam. d. §. illud nulla. dū dicit pactione nulla fieri potest. de hac q̄stione vide Bal. in. l. cum necessitatem. C. de fideicommis. vbi dat aliam cautelam quod non eligatur sindicus, quia potest per statutum fieri quod non eligatur sindicus. Subdit tamen qđ in dubio per verba generalia officialis liberatus a scrupulosa inquisitione, censeri debet liberatus ab illa culpa, que non potest apparere nisi per subtilita. iudici, sicut est culpa leuis ⁊ leuissima. Lata autem culpa non pertinet ad scrupulosam inquisitionem, q2 de facili apparet. Dolus etiam licet pertineat ad scrupulosam inquisitionem non videtur remitti. vt. d. l. si seruus vetitus. coniuncta. l. dolum. C. de dolo.

C Adde ꝙ licet ex forma statuti officialis non debeat sindicari, hoc debet intelligi, nisi de reliquis, secundum Bar. ff. de pec. l. dominus sticho. §. seruus qui.

15 C † Adde ꝙ statutum puniens offendentem officialem, intelligit durante officio, non eo finito. ff. de testa. mili. l. titius. ⁊ l. tribunus. ⁊ ibi p Ange. qui in hoc intelligit, nisi in ciuitate permaneret intra tempus in quo recessus est sibi prohibitus, puta quia tenetur stare ad sindicatum, ⁊ sindicatu finito intra illud modicum tempus quo pro sarcinulis componendis moram trahere oportebat, sicut dicimus in legatis. vt. l. ij. §. omnes. ver. plane. ff. de iudi. in glo.

C Adde an potestas qui est c̄demnatus in sindicatu, debeat reddere salarium preteriti temporis. videtur ꝙ nō, quia satis est ꝙ punitur vt valet puniri, salarium enim cuȝ hoc nihil commune habet. argu. ff. de mino. l. papi. exuli. In contrarium facit. C. de ser. fugi. l. mancipia. prima pars est vera, scđm Bald. quia huiusmodi culpa nō remouet vtilitateȝ officij a generali actu, ⁊ ideo non punitur nisi quantum deliquit. vt. l. rescriptum. de his quibus vt indig.

C Adde ꝙ no. Bar. ff. de dona. l. absenti. Et alibi habemus quod quando iudex delinquit, totum salarium reddere debet. Ita videtur in. l. iudices. C. de anno. ⁊ tribu. li. x. de quo per Jac. de are. in. l. quidam. in prin. ff. de excusa. tuto. ⁊ in. l. mensaȝ. in prin. ff. de annu. leg. tangit glo. in. l. diem functo. ff. de offi. asses.

16 C † Adde si potestas vel aliquis ex sua familia finito tēpore sindicatus cōmittit aliquod maleficiū, nunquid ratiocinatores seu sindici habebunt de hoc cognoscere, an nouus potestas. Responsio videtur ꝙ nouus ptās, nō illi, q2 ratiocinatores tantū habent cognoscere de illo qđ officio durante cōmiserunt. vt ptȝ. ff. ad. l. iul. repe. l. lege iulia. ⁊ l. seq. Uel dic ꝙ illud est ꝙ pecuniam tantum iniustaȝ accepit in officio ante forte si deposito officio in sindicatu deliquit, ⁊ de hoc dȝ a ratiocinatoribus sindicari, cum adhuc durarent reliquie officij ⁊ dignitatis, licet deposuerit administrationem. arg. ff. de offi. proconsul. l. proconsule. ⁊ nomine rectoris appellantur a lege, etiam post depositum officium, durante tū sindicatu. vt. l. j. C. vt omnes tam ciuil. quā crimi. iudi. ⁊ ideo appellatur potestas vetus vulgariter, ⁊ officialis potestatis veteris, vnde puto qđ ratione dignitatis non debeant coartari, nisi contra crimen grauissimū, puta lese maiestatis, vel aliud simile capitale, vel forte homicidiuȝ. ff. de custo. reo. l. alias. lex. j. ⁊ l. diuus. Franc. accur.

17 C † Adde an officiales debeāt tractari tanq̄ ciues, ⁊ an statuta ciuitatis de ciuibus loquentia in eis locū habeant, ⁊ videtur ꝙ nō. C. de summa trini. l. j. ⁊ de incest. nupt. l. si qui da. tut. poss. l. ne quis. Contrarium tamē est verum, cum quilibet rector cū sua familia sit velut ciuis durante officio, ⁊ etiā durante sindicatu. Nam ciues appellantur municipes, ⁊ econtra. ff. ad municip. l. j. ⁊ potestas vel municeps appellatur magistratus municipalis. arg. C. ad municipa. l. magistratus. §. lucius. l. filij. ⁊ l. senatores. ⁊ l. municipes. C. de incol. l. ciues. ⁊ l. fin. in glo. quid de rusticis. Francis. accur.

C Adde quod si iudex affirmauit se doctorem, cū non esset, qua pena puniatur. dic vt. l. eos. ff. de fal.

C Adde an talis iudex qui dixit se doctorem, debeat etiam suum salarium perdere, ⁊ in hoc potestati teneatur, videtur qđ sic. ar. optimum in. l. j. C. ad. l. iul. sed cogita.

18 C † Adde quod si ex iusta causa vel euidenti vtilitate publica potestas non seruauit statuta, an teneatur, ⁊ possit sindicari, ⁊ non puto, arg. ff. de mune. ⁊ ho. l. non puto. ⁊ §. extra de consti. c. j. p Inn. ff. de serui. l. iij. §. cum diuine. ⁊ de in ius vocando. l. quāuis. de capti. l. hoc edicto. ⁊ instituta de rerum diuisione. §. appellatur. ⁊ argumentuȝ. ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. ff. de penis. aut facta. in fi. ff. de fic. l. qui ceden. ⁊ C. ad. l. iul. rep. l. iij.

C Adde qđ si sindicatores in pari numero sint absoluentes, ⁊ condemnantes, valet absolutio. ff. de re iudicata. l. inter pares. ⁊ l. arrianus. de acti. ⁊ obligatio.

C Adde ꝙ si in ciuitate est statutuȝ ꝙ dat certam formā sindicādi ⁊ eligendi potestatem, si potestas iurat seruare omnia statuta presentia ⁊ futura, ⁊ postea fiat aliud statutuȝ aliā formā imponens sindicandi, scđm ꝙ potestas debeat sindicari. Et consuluit Ubertus de bobio ꝙ scđm antiquum, ⁊ ꝙ forma iuramenti non est referenda ad id ꝙ specialiter est promissum. l. doli clausula. de verbo. oblig. de pen. l. sanctio legum. ⁊ l. alimenta. §. basilice. ⁊ l. stichus. de alim. ⁊ cib. leg. Nec poterunt recedere a prima forma sine ipsius c̄sensu, cum sit contractus ⁊ pactio quo ad illud expressum. Ubertus.

19 C † Adde an heres assessoris teneatur stare ad sindicatum. nam tex. videtur qđ sic. vt. l. dies cautioni. §. fi. de dam. infec. in fin. Qđ est verum in casu illius. §. ⁊ in alio in corpore, vt scenicas mulieres. circa fin. colū. v. vbi tex. not. dixit quod ad bona assessoris sunt obligata pro quasi delicto, alias non tenetur stare heres ad sindicatuȝ casus est in. l. vel aūt. ff. de iudi. Regulariter auteȝ heres non tenetur stare ad sindicatum officialium, cū iurisdictio ad heredem non trāsit, vt. l. si filius. ⁊ ibi Bal. ff. de iudi. De hac. q. an heres assessoris teneatur stare ad sindicatum, vide Ang. in. l. iij. §. hoc auteȝ. de dam. infec.

C Adde quod heres iudicis qui male iudicauit, non tenetur stare ad sindicatum, nisi conueniatur inquantum ad eum peruenit. l. iulia. ⁊ ibi Ange. de iudi.

C Adde ⁊ nota bene, ⁊ attende qđ vbi iudex male iudicauit, etiaȝ si eius sententia fuerit confirmata semel vel bis per iudicem appellationis, conueniri potest tempore sindicatus. Idem si fuit appellatum ⁊ appellatio est deserta, secundum Innocen. ⁊ Joān. and. de offi. delegat. c. pastoralis. in glo. iniusta. la. ij. ad fi. ⁊ per eundem in. c. sepe. de appel. in gl. peremptorio. ver. sed nunquid iudex. vide bene Bal. in. x. col. de pa. in. fir. c. iudices. ⁊ adde Imo. in. l. j. ff. de appel. circa princi.

C Adde qđ si officialis aliquid committit, ibi puniendus est vbi deliquit C. vbi sena. vel cla. l. j. C. ad. l. iul. repe. l. j.

C Adde qđ officialis debet succedere successori, ⁊ non procedere in officio, alias punitur. l. iul. l. iij. in fi. ff. ad. l. iul. male. not. Guil. in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi.

20 C † Adde qđ potestas vel rector tenetur pro familia sua vt. no. in. l. j. C. vt omnes tā ciuil. q̄ cri. circa prin. ⁊ auct. de iudi. §. hi qui. col. vj. in glo. no. qđ iudex. ⁊ hoc nisi imperitia delinquat.

C Adde qđ etiam durante officio pōt inquiri ⁊ puniri officialis qui furtum, barattariam, ⁊ illicitam extorsionem in officio committit. tex. ⁊ ibi Ang. hoc not. in. l. datur. ff. ad. l. iuliam repet. De his barattarijs vide quod not. Cyn. in. l. auia. C. de postlim. ⁊ ibi ex tex. quod lucrum non est preferendum fame, imo fama ⁊ honor semper debet preferri lucro. vt. ff. si quis omis. cau. test. l. iul. de primo vide glo. in. l. ij. ff. de in ius voc. ⁊ C. ad. l. iul. repe. l. iubemus. adde de hoc. J. in. q. sequen.

21 C † Adde qđ officialis forensis post finitū officium, etiam in loco sui domicilij conueniri potest, dicit Bart. in. l. j. ff. ad. l. iul. repet. Sed ratiōe barattarie est tex. eo. ti. l. dat. vide de hac. q. d. Bal. C. quor app. reci. l. iij. ff. nau. cau. stabu. l. iij. §. eod. mo. ⁊ dicit Ang. in. d. §. j. se vidisse hanc. q. de facto in Joanne Gillioli, qui durante officio fuit de barattaria inquisitus, sed euasit ex c̄silio collegij Perusini, quia iudex inquirēs habebat officiuȝ limitatū sindicādi officiales tantum quorum officium finierat. pro quo vide quod not. gl. in cor. vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatem.

C Adde qđ officiali non lȝ accipere donū, nisi esculēta ⁊ poculēta, nisi a consanguineis, ⁊ hoc scđm iura vetera. hodie autem quid iuris sit, dic vt not. in. l. plebiscito. de offic. presid. in regno tamē Sicilie per constitutionem Friderichi imperatoris, semel in causa licitum est accipere esculenta, scđm Ant. Pro hoc tamen vide omnino qđ notat Bar. ff. ad. l. iul. repe. l. iul. §. apparet.

22 C † Adde qđ licet officialis tenetur p familia sua, vt eaȝ exhibeat aut soluat, si familiaris commisit delictum, ⁊ eū potestas banniuit, non tenebitur in sindicatu, vt est bona cautela pro rectoribus. vide Bal. q. hoc dicit in. l. fideiussor. §. qui vero pro cōdemnato. ff. qui satisda. alias est lex. si decesserit. in fi. eo. ti.

C Adde qđ notarij ⁊ alij qui sua negligunt officia tenentur, non autem obligant suos magistratus. institu. de satisda. tu. §. fi. in glo. Romanos.

C Adde qđ contra officiales proceditur breuiter ⁊ summarie, vt in aucten. vt iudi. breuiores. scđm Bal. ⁊ ibi Cy. hoc no. vide Bar. in l. licitatio. de publica. ⁊ Anto. d. but. i. c. j. de litis cōtest. in. ij. col. vbi dicit ꝙ in sindicatu non requiritur libellus. vide in. q. iiij. ⁊. v. supra. ⁊ quod contra officiales procedatur, etiam die feriato in honorem dei. vide infra.

Adde

¶ Adde qd potestas qui male iudicauit, punitur. Item assessor & iudex quando non vult iudicare. ij. q. ij. hoc etiam in auct. de questo. §. sub hoc.

¶ Adde qd non punitur qui dat iudici vt iuste iudicet, secundum canones, secus fm Laicos. xj. q. iij. qui recte, in glo. no.

23 ¶ † Adde qd prẽs qui est iuris ignarus, tenet in sindicatu, si tulit sniam iniustã, lz de ɔsilio suor iudicũ, q iudices ignorantes ɔduxit fm Ang. in. l. j. ff. de var. & extraord. cog. Sed potest dici qd nõ tenetur prẽs, sed iudex sub cuius examine & ɔsilio talis snia lata fuit. casus videt. ff. qd quisq; iur. l. ij. & pro hoc facit bonus tex. C. de his qui latro. l. j. ibi sub examine iudicis. & ibi Ang. idem tz ad idẽ. l. si illi. de decu. & ibi ẽt Ang. & i corpore de litigio. §. oẽm nota. Plus dicit Gui do de suza. qd si vicarius erat ad bãchũ dñ sniaz pferebat prẽs, & nõ ɔdixit, psumitur ei ɔsuluisse, & ex hoc punitur sicut si in sententia contineret quod esset lata de consilio suo, per. l. quoniam. C. de appel. vnde caute faciunt iudices qui non associant potestates ad tribunalia, qñ sentiunt vel putant q sententia quam vult pferre potestas, est contra ius, quod sepe vidi de facto.

24 ¶ † Adde an possint iudices sindicari p sindicatores de his que non sunt gesta in officio, nec officij cõtemplatione. Bal. qd non. C. vbi & rõ. agi oportet. l. ij. & i. l. ex hoc edicto. §. eo. ff. nau. cau. stabu.

¶ Adde si potestas est absolutus in sindicatu super inquisitione generali, an possit condemnari de speciali. Bal. in. l. fi. C. & peda. iudi. tenet quod sic, quia de illa specie non intelligitur inquisitus p verba generalia.

25 ¶ † Adde quod licet nõ valeat snia iudicis corrupti pecunia, vt in d. l. fi. de pe. iudi. tamẽ snia arbitri corrupti pecunia valet, sed obst. exceptio doli. C. de arbi. l. iij. no. Inno. in. c. cũ ab omni. de vi. & ho. cle. licet Jo. dixerit contrarium. ij. q. vij. diffinitiuam. & in verbo venales, secus est si cõtineat expressum errorez, quia est nulla sicut sententia. iudi. vt no. in. l. diem. §. stari de arbi.

¶ Adde qd si iudex non expediuit processum institutum secundũ formam statuti, & j. tempus a statuto prefixuz, sed successori reliquit tenetur in sindicatu secundum Barto. & Bal. in. l. j. §. sciendum. ff. de magistra. conueni. facit quod dicit Barto. in extraua. ad reprimendum. in ver. procedatur. vide Barto. in. l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. Illud tamen no. qd quantumcunq; debeat iudex infra certum tempus processum expedire, nunquam tamen cogitur iudex expedire, nisi infra finem temporis dicit Bar. in. d. extrauagã ti. in versi. procedatur. & Bal. in. l. pena grauior. alleg. l. j. §. expilatores. ff. de effr. & expilato.

26 ¶ † Adde qd si iudex dz expedire processum infra certũ tempus, & labatur tempus instantie, iudex non tenetur ad penam, si non expediuit infra dictũ tempus, & poterit postea expedire, quia nõ poterat actum expedire nisi ad partis petitionẽ de iur. delib. l. si curatoris. in glo. not. & l. pe. eo. titu. & ita ɔsuluit do. Nico. Alex. per casum no. quem ad hoc allegat. C. vt infra certum tempus. l. properandum. in prin. per do. Lanfrã. in auc. nauigia. C. de fur. & vide Bal. in. c. iudices de pace iura. firman. vbi etiam dixit quod si iudex non expediuit causam infra tempus, tenetur de negligentia qñ pars petit, alias non, & vide eundem Bal. in. l. statutis. C. de sen. ex peri. reci. Et quid si propter difficultatem probata causa non potest expediri. vide. j. in. iij. cart. in versi. adde quod si causa.

¶ Adde si statutum dicit processum debere expediri infra mensez si primus iudex processit, & supersunt sex dies mensis, intrauit alius officialis successor, quantum tps habere debeat, an illos sex dies an mensem, an suppleatur a lege plus temporis.

¶ In hac. q. dicit Fran. de alber. in quodã suo ɔsi. qd incipit. Su-

27 per quibusdam dubitationibus &c. † qd successor in officio dz ex actis primis iudicare, dummodo secundus iudex nõ habeat ad cognoscendum & diffiniendum causam predictam post presentationez actorum, seu restitutionem actoris sibi factam minus tertia parte temporis dicte instãtie, & si minus haberet intelligi debet a iure sibi suppletum. ar. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem in medio continuata. l. diuortio. §. quid si in annos. ff. solu. ma. & iura municipalia sunt supplenda ad similitudinem dispositionis iuris communis in similibus terminis. Et dicetur interpretatio extensiua, maxime quãdo iura municipalia patiuntur, quia in eis communis dispositio operat secundum similitudinem terminorum iuris. Nam iura cõia sup omnibus indifferentibus terminis qñq; emergentibus prolata esse intelligunt. ff. de leg. l. iura nõ in singulis. & l. non possunt. & l. ideoq;. & l. non est nouum & ad. l. fal. l. j. §. lex fal. de mune. & bono. l. j. §. j. ex dispositione ergo iuris communis dictum tempus intelligitur esse suppletum secundo iudici predicto modo per argumentationem casuũ & identitatis rationis. Francis. de albe.

28 ¶ † Adde q si potestas tulit sententiam iniustã, quã postea capitaneus ɔfirmauit iniuste, vtrũ interesse solutũ per prẽtem leso liberet capitaneum. dicit Griffo. de monte politia. in suo cõsilio. q incipit, Potestas tulit quãdã sniam &c. q qñ plures aliqd faciũt ex quo obligant alicui ad interesse insolidũ, ceteri liberant vno exacto. vt. ff. de duobus re. l. iij. §. fi. de eo p quẽ fa. erit. l. j. §. si plures, sed qñ non est ex eadẽ cã. sed ex diuersis causis vel factis obligant insolidũ ad interesse, vno exacto alij non liberant. vt. ff. ne qs eum q in ius vo. est vi exi. l. fi. & l. pe. §. hoc in. & de tab. exhiben. l. locũ. §. pe. Sz in pposito primus. s. potestas tenet, q perperã cõdemnauit, & sic primo suo quasi delicto & ex prima cã. Secũdus vero. s. capitaneus, q pperã ɔfirmauit, & sic ex prima sua causa. vnde exacto potestate, non liberatur capitaneus & cõ. vt est casus ad. l. aquil. l. ita vulneratus. circa medium. & ista solu. & distinctio fit per gl. ordi. ff. de inter. actio. l. q seruum circa prin. Griffo.

29 ¶ † Adde an officialis condemnatus in syndicatu, repetat qd soluit p dicta condemnatione ab eo pro quo & cuius occassione pp administratam sibi iniustitiam, & condemnatoriam reportauit. Ange. in. l. sticum. §. si mandato. de sol. tenet q sic. facit q not. Sali. ibi, & do. Alexan. in. l. properandũ. §. siue autẽ alterutra. C. de re iudi. in ver. querit dic Salic. & dicit q concedende sunt actiões per cõe ɔ ipsos condemnatos. & dicit esse casum in. l. missi opinatores. C. de exac. tribu. lib. x. Nec ob. fm eum. l. mancipia. C. de ser. fugi. que in ɔtrium allegatur pro casu, fm vnam lectu. q ibi iudex faciendo litem suam non condemnatur in eo q alias soluere debebat, sed in alio prorsus, & ideo cum sui delicti penam ferat, non sunt sibi actiones cedende, fm Ang. in. d. §. si mandato. alibi aũt idẽ Ange. vcz in. l. si qs dolo. §. si quis creditorem. ff. de re iudi. tenuit ɔtrium, & condemnatum in syndicatu non recupare ab eo p quo & cuius occasione fuerat condẽnatus. monetur p glo. singu. in ver. sed dic ɔ. & in. d. l. si quis creditorẽ. & rñdet ad. l. missi opinatores. q ibi opinator negligẽs in exigendo tributum soluit istud p debitore, & ideo liberat eũ & repetit. sed in q. preposita reus erat per sententiam absolutus, vnde iudex qui soluit non soluit pro eo, sed causa sui delicti. Et hanc opi. tenuit Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. & idẽ videt sentire in. d. l. mancipia. idez tz ẽt Bal. in. c. iudices. de pace iura. firman. x. col. vide glo. in. l. omnem honorem. C. quando prouo. non est necesse. Ange. tamen in. d. l. mancipia. in gl. que incipit; non ne. nota optimũ argu. q officialis soluens aliquid culpa sua, non repetit ab eo cuius contemplatione deliquit. Non ergo pt officialis petere, vt sibi cedant iura ab eo cui soluit litis estimationem. qd est verum, secundum Ange. ibi, vbi soluit ratione doli commissi, secus si non fuit in dolo, sed alias per culpam vel imperitiam male iudicauit. ff. de rei vendi. l. is qui dolo. cõiuncta. l. si culpa. eodem titu. & vide ad hoc bonum text. in. d. l. missi opinatores.

30 ¶ † Adde quod si officialis est refirmatus in officio vel electus p alijs sex mẽsibus, an dicatur idem officium vel nouum. Barto. ponit in. l. dies cautionis. vide glo. sing. in. c. hi qui. de preben. lib. vi. & ibi per Archi. & dicit ibi Jo. an. quod tunc est vnum officium quãdo prorogatio est eiusdem nature & forme, non alias. vide de hac. q. per Bald. in. l. si a te. C. de pac. inter emptorem. & an talis officialis debeat semel vel bis syndicari. not. Bald. in. l. si voluntate. C. de dona. ante nup.

¶ Adde q si iudex noluit pbationes admittere, vel sententiare, & similia, an conueniri possit, & faciat litem suam. certe sic. vt not. per Bar. in. l. si iudex. de varijs & extraor. cog. & per Bal. in. l. prescriptionem. C. si contra ius vel vtilitatem publicam.

¶ Adde si iudex admisit instrumentum q non tz quantum ad pbationez an faciat litẽ suã. Inn. dicit q sic, extra de consue. c. venerabilis. & Bal. C. si cer. pe. l. super chyrographis.

31 ¶ † Adde an ille q pstat auctoritaẽ actui ipso iure nullo teneat ad interesse. dicit Bald. qd non, in. l. j. in princip. de tutel. & ratio. dist.

¶ Adde si iudex inquirit ad promotionem syndici, & iudicat per peram, an faciat litem suam, sicut si proprio motu. Bal. dicit qd sic, in. l. j. §. si preses. de magist. conue.

¶ Adde qd si per negligentiam iudicis ius partis deperditur, facit litem suam in totum vel in partem. Bal. C. de testibus. l. si quando. in princi.

¶ Adde si potestas tenetur inquirere de maleficio, excusatur, & nõ punitur, si non denuntiatur sibi, nec est notorium. dicit Bald. ff. de magistra. conue. l. j. §. magistratus.

32 ¶ † Adde quod si potestas mandat aliquid in casu non licito tenetur potestas & non berrnarij obedientes, vt fuit Florentie de facto Bal. in. l. excusatur. ff. fami. her. per illum tex. facit qd not. Dy. ff. de regu. iur. cum quis mandato. lib. vj. & per hoc fuit laceratus qdã libellus porrectus in curia executoris Florentie, q concludebat qd fecerat de mandato superioris, secundum Bald. ibi. pro hoc bene

facit. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. si quis. vbi dicit Ang. quod officialis potestatis vel aliquis de sua familia si facit aliquid, licet iniustum de mandato rectoris, non tenetur, sed rector ipse mandans, et dicit ibi esse casum et idem deciditur in. l. non videtur. §. qui iussu in gl. mag. ff. de regu. iur. et dicit qd cautus dz esse rector, vt de libello dato de captura vel tortura alicuius indebite facta contra aliquem eius officialem, vel familiarem lapso tpe ad dandum petitiones contra seipsum, faciat reum conuentum articulare et pbare qd hoc fecit pro officio exercendo, et erit familia secura, et ipse potestas quod no.

33 ¶ Adde q potestas dz tractare familiam, et maxime iudicem bn sicut berruarios in cibo potu et honore et alijs comoditatibus ipsorum, vt l. medicos. in prin. de ope. lib. Nam lz pstas det salariu vicario et alijs iudicibus et expesas, no ppterea dat de suo nec e eius officialis, sz e officialis cois aliud in vicario episcopi. vt de offi vica. c. ij. lib. vj.

¶ Adde qd qn iudex tenetur in sindicatu si iudex tulit sniam fm vna opi. vide Bar. in. l. de eo. de pena iudi. qui male iudi.

¶ Adde qd si intellectus legis est ambiguus, valet snia lata cotra ius legis, et sequendo opinionem aliquorum qui no sane intelligunt illam l. conueniri potest tempore sindicatus, mitius tamen punit. C. de re iudi. l. cum prolatis. q An. ibi fatet si contraria opinio erat approbata, sed si neutra, tunc non peccat iudex qui in vltimam sententiam inclinauit, fm Inno. de consti. ne innitaris.

¶ Adde quod error ex ca probabili, facit qd iudex in aliquo no teneatur parti lese, vt no. gl. xj. q. iij. temerarium.

34 ¶ † Adde qd qn lex habet plures intellectus, vz sententia fm alterum ipsorum. Bal. in. l. sicut. C. quando prouo. non est neces.

¶ Adde qd iudex no tenetur sequi opi. alicuius propriam, sed iuris conscientiam non facti. Hosti. in summa. de rescrip. §. et de ipsius. ver. hoc intellecto. sol. x.

¶ Ad qd iudices excusant de sententijs promulgatis ad penam sindicatus propter opi. doctorum interdum per eos secutam vt. s. dictum est in sententijs dissonantibus opinionibus pmulgatis. Ideo aliqua ad hanc materiam conferentia referabo, que non debent extranea et inutilia reputari, inferendo inferius plurima bona dicta, videlicet quando dubitatur de intellectu iuris seu legis, si aliqua sunt exemplaria magis clara, vnum ex alio declaratur. xxij. q. ij. non est, illa opinio est eligenda que maiori nittitur equitate. gl. xv. q. vij. episcopis sacerdotibus, et q maiori et probabiliori nittitur ratione, vt. ff. de vsur. l. ij. et extra de fer. c. capellanus de resti. spo. c. literas, et vbi sunt diuerse opi. standu est ei que plurimorum testimonio comprobatur dicit Bal. de offi. presi. l. j.

35 † Opinio communis, non sing. et peregrina aliquorum doc. tenenda est. Bal. ff. de sena. l. ij. in fi. opi. magistralis in non deffinitis legi. pro. l. seruanda est. vbi opinio multum est seruata de deci. c. j. vbi sunt opi. de iure ciuili seruanda est opi. que reperitur per ius canonicum approbata, et seruari debent in foro ciui. etiam in terris imperij dicit Joan. de imol. in l. centurio. ff. de vulg. et pupil. allegat. c. per venerabilem. qui filij sint legi. et in. c. licet ex suspecto. de foro competenti. et in. l. quanquam. C. ad. l. falci. Mediocris opi. est sequenda, et opi. sequenda est pbabilior et modernior. tex. in cle. j. de summa trini. Illa opi. magistri est ambigua, que non confirmatur auctoritate tex. in. l. si duo sunt non enim credendum est opi. magistrali, nisi quatenus auctoritate probetur vel ratione conuincatur, vt ibi. In dubio vltima opinio magis videtur approbata. Bal. ff. de costi. prin. l. j. in prin. Opiniones magistrorum recitande sunt dicit Jo. an. in. c. oes de maio. et obedien. et defensande per discipulum, fm eum ibi. et glo. xxiij. q. j. cum beatissimus. et in. c. j. decimis. in glo. magistrorum et excusatur quis ab expensis in sindicatu, licet opi. sing. magistri sui sequatur dicit Oldra. in. l. quesitum. §. sed in instrumento. de fun. instru. et ita ipsum respondisse auditores sui referunt, licet nemo sequi debeat in sententiando opi. singulares. ff. de sena. l. j. et ibi Bal. et. l. fina. C. de pe

36 na indi. † Nec ex nro capite formamus opi. sed ex tex. et gl. ordina. quibus inherere debemus sicut bononienses inherent Carroccio, vt no. in. l. omnis diffinitio. de reg. iuris. et sicut ductor nauis inheret timoni. dicit Bal. in. l. precibus. C. de impu. et alijs substi. opiniones doc. reddunt ius dubium et obscurum. C. de leg. l. leges sacratissime, arg. C. de non nume. pecu. l. idubitati iuris, et de iudi. l. certi iuris. Ideo error talis iuris videt excusare a vitio nullitatis, vt. C. de appellationi. l. j. argu. de iur. et fac. igno. l. ij. §. sed et si res. et de bono. possessio. l. in bonorum et vide materiam de resti. spo. c. literas. de clebra. missa. cum marthe. de fer. c. capellanus. et in. d. c. capellanus. c. j. de iudi. in. vj. et ibi Joan. mona. et in cle. ne romani. de elec. et ibi Guil. de monte laud. et quod no. in. qo. iiij. c. non valet, dictum doc. non est necessariam, nec arctat de necessitate. ix. distinctio. nolli. et. c. ego. et. c. neqz etiam si esset papa, duntamen tanquam magister loquatur, vt no. Hosti. de deci. c. pastoralis. Tamen pbabile est, vt no. C. de legib. l. j. ideo hz iudicem in sindicatu excusare, qr opin. doc. defendenda est quantu possit salua veritate, argu. ff. de arbit. l. qualem. x. dis. neqz et fauendu est. de deci. c. j. et qd ibi no. Host. et In

37 no. eo. ti. c. pastoralis. † Vn et papa qui hz oia iura in pectore. C. de testa. l. oium. et de costit. c. j. in. vj. vbi vidit opin. pbabiles, puta dubiu nec libenter ei detrahit. de restit. spo. c. literas. de celebra. missa. cum marthe. et q no. Hosti. in. d. c. pastoralis. Nam vt dicit lex ciuilis, nostrorum scriptorum snia sequenda est. ff. de da. infec. l. in heredibus. imo difficiliu reputat maioru nostrorum snias reuoluere. xxxv. qo. ix. veniam. et io in tali pbabili dubio quilibet eligere pot opin. quam voluerit, vt no. Inn. de costi. ne innitaris. et ibidem Hostien. et plenius in summa de maledicis. §. si. ver. grauior. et Spe. de appell. §. nunc dicamus. ver. circa. et de expen. §. j. in prin. Nam pbabilis dubitatio excusat a culpa. de postu. prela. c. j. in. vj. et de elec. statuimus. eo. lib. Nec illud silentio omittam. q opi. Inn. lz fuerit papa, non dz pro iure seruari. et hoc dicit Hosti. se audiuisse ab Innoc. qd eius opin. non debeat pro iure seruari. de sente. exco. c. non lz. lib. vj. in versi. non negetur. Reuertor mo, ne parenthesim faciam longiorem ad materiam in qua sumus.

38 ¶ † Adde qd officialis qui tulit sniam fm formam statuti, lz talis snia sit dirrecto contra reformationes factas, si he reformationes non fuerint sibi assignate, nec illas hz, non tenetur in syndicatu, iuxta no. p Inn. in. c. j. de consti. vide Ang. in auc. de con. in fi. vbi dicit qd officiales non obseruantes reformationes eis non traditas, non tenentur. q nota pro officiali qui debet habere statuta et reformationes.

¶ Adde quod preualet statutum semper practicatu. lz reformatio appareat contra statuto. dicit Bald. C. eo. de succ. auc. oes peregrini. in fi. et in. l. rem non nouam. C. de iudi. in fin.

¶ Adde, qd dicit Archi. iiij. dist. c. j. in istis legibus, qd si costitutio non est more vtentiu approbata, illi qui eam non obseruant non dicuntur transgressores, vt. d. c. in multis. et sic debet intelligi Barto. Hos. et In. de treug. et pa. c. j. Facit pro hoc. c. satis plane. xxviij. distin. §. ecclesiam hanc. versi. illud autem. in prin. ibi, vel quia illa ecclesia et c.

39 ¶ † Adde quod potius statur statuto quam reformationi, quando non est inserta in volumine statutorum. Bart. in. l. omnes. in fin. de pet. bon. subla. lib. x. assignat rationem. qr presumitur pro statuto contra reformationem, qd sit facta ad requisitionem et instantiam aliorum secundum eum. et vide omnino quod notat Barto. in. l. cum prolatis. de re iudi. et c.

¶ Adde q si officialis mediante B. facit Barratariam cu aliquo an ille B. poterit esse testis in syndicatu contra illum officialem de hmoi barrataria. vr qd sic, per. c. j. de testi. in. vj. qd verum est qn agitur ciuiliter pp pecuniam datam dicta occasione secus si criminaliter, qr cum sit particeps delicti, non admittitur. ibi remittitur ad notata de si. c. per tuas. et. c. fi.

40 ¶ † Adde an ille qui stat ad syndicatum possit rndere per procuratorem. dic qd sic, vt no. gl. magna in. l. in bonefidei. ibi finito officio. C. de iureiur. qd not. qr vidi in curia generali in marchia in dubium reuocari.

¶ Adde quod si filiusfa. qui videt se debere tepore syndicatus rone imperitie, alleget se non debere condemnari vltra vires peculij et quod in peculio est, et sic deludat contra eum agentes. per. l. si filius. de in. vbi Ant. hoc tenet. Tu dic qd tunc poterit capi, vt no. Bar. in. l. iij. §. sed vtrum. de mino. et sic non proderit sibi.

41 ¶ † Adde qualiter dz puniri iudex qui grauiorem penam imponit q deberet. dic vt no. C. ad. l. iul. repetu. l. iubemus. et est casus in. l. precipere. eo. ti. Plus no. qd et in patria propria potest conueniri finito officio syndicatus per rectores pro extortis per eum in officio. tex. est coniuncta glo. in. l. ij. ad. l. iul. repe.

¶ Adde quod sicut facit litem suam, ita et arbiter. vt. l. si quis in coscribendo. in fi. C. de pac. Sed non ita in arbitratore, nisi sit in dolo vel culpa, ad instar agrimessoris. gl. est in. l. fi. de contrahen. emp. In tabellione aut qui debet esse peritus, idem dicas quod in iudice. casus est in. l. fi. C. de magi. conue.

42 ¶ † Adde quod si formetur libellus contra iudicem, cum agitur ex capite inimicitie. Concludi debet quod condemnetur per syndicatores eius, quatenus eorum religioni videbitur esse equum. instit. oblig. que ob quasi delicto. in princ. et. l. si iudex. ff. de var. et extraor. cog. Cum aute conuenitur ex capite doli, debet contra eum concludi ad certum quid. s. ad totam summam quam in sententia declarauit, vt. l. si iudex. ff. de iudi. et. d. l. si iudex. de var. et extraor. cog. Et si sententia non continet dari sed fieri, oportet qd estimetur factum et illud tanquam interesse. Et si continetur damnum in persona vel membris, similiter oportet qd concludatur in omni eo eum condemnari, quod bannitus voluisset perdere de suo, antequam sustineret sententiam

riam dicti banni, arg. ff. de iniur. l. iniuriarum. ⁊ gl. ⁊ hoc tenet Inn. in. c. super eo. quod me. cau.

43 ¶ † Adde si iudex tulit sententiam de consilio sapientis, non excusatur propter consilium, q: non tenetur ipsum sequi, q: iudex asserit se peritum. l. ij. ff. qd quisq3 iur. ⁊ imputet sibi, q: secutus fuit vt. l. ij. in prin. ⁊ §. fi. ff. manda. ⁊ hoc tenet Ja. bu. idem voluit Bar. in. l. si conuenerit. de re iudi. ⁊ adde quod consultor non tenetur iudici. ita dicit Ang. in. l. si filius. ff. de iudi.

¶ Adde ꝙ l3 causa deducta in libello dato tempore sindicatus nõ finiat intra tempus duorum mensium intra quod d3 stare ad sindicatum, tamen adhuc postea durat, l3 rector non teneatur stare in ciuitate. Item quod quando statuitur tempus iudici. ĩ. quod d3 causam terminare, l3. ĩ. illud tempus non terminetur, non est perempta instantia, sed iudex punitur, secus si tempus est prefixum instantie, vt dicit Bar. in. l. nemo. C. de offi. diuer. iudi. de hac. q. vide Bar. ⁊ Bal. in. l. properandum. in prin. C. de iudi. ⁊ per Jo. an. in Spe. de iudi. deleg. §. restat. ver. quid si in statuto, ⁊ ꝙ not. per Barto. ⁊ alios in. l. scire oportet. §. sequens. de excu. tuto.

44 ¶ † Adde ꝙ si causa debet expediri. ĩ. certum tempus, illud tẽpus non currit ei qui facto aduersarij impeditur, secundum Cyn. in. l. libertatem. C. de adulte. facit. ff. de excusa. tuto. l. si cum ipse. ⁊. l. intra vtile. de mino. ⁊ an possit postea expediri, vide per Bal. in auc. clericus. de epis. ⁊ cler.

¶ Adde an reus in fine temporis quod datur ad expediendas causas criminales, possit petere dilationem ad defensam. vide Cyn. in l. ij. C. vt. ĩ. cer. tem. ⁊ per eundem in. l. j. C. qui accu. non pos.

¶ Item adde quid si causa. ĩ. tempus statutum expediri non põt ꝑꝑ difficultatem probationu3, an poterit expediri postea. Bal. in auc. cle. de episc. ⁊ cleri. ⁊. l. intra vtile. de mino.

45 ¶ † Adde quod si statutum dicat; quod in tres mẽses omnes cause decidantur, quod si aduersarius causa testium producendorum q sunt in longinquis partibus, petat dilationem que vltra tres menses protenditur, an non obstãte statuto audietur, ⁊ sic post tres menses de causa cognoscetur, dic quod sic, secundum By. ⁊ Cyn. in. l. fi. C. de adulte.

¶ Adde quod not. de offic. deleg. de causis per Innoc. Sed istud quod dicit By. habet locum quãdo terminus prefigitur liti, secus si mora prefigitur iurisdictioni. nam tunc non potest prorogari per huiusmodi dilationem, quod intelligo verum quando altera pars contradicit sed vtraq3 parte consentiente potest prorogari de tempore ad tempus, vt no. in. l. ij. ff. de iudi. ad predictam. l. intra. ⁊. l. si cum ipse. de excusa. tut. vbi impedito propter factum iudicis vel aduersarij, non currit dilatio legalis, ⁊ est solennis lex. l. intra vtile. ff. de mino. ⁊. C. de tempo. in inte. resti. pe. que leges loquuntur in causa ciuili, idem tamen in causa criminali. C. de adul. l. fi. que est no. ad hoc ⁊ dic per Cy. l. j. in pe. ⁊ vlti. q. C. qui accus. non pos. hec Bal. ponit in. l. si cum ipse. de excu. tut.

46 ¶ † Adde quod propter breuem instantiam possunt omnes fere termini cumulari, secundum Bald. C. de iudi. l. properandum. in prin. vbi dicit quod iudex potest tunc statuere terminos in causa, ad articulandum, ponendum, ⁊ probatum habendum, ⁊ ad instrumenta producendum, ad excipiendum, replicandum ⁊ similia, nec currit tempus inducendi. ĩ. quod instantia debet finiri, per illum text. ibi, q possit inuito iudice ⁊c. facit extra de exceptionibus. c. pastoralis.

¶ Adde ꝙ instantia non currit, si testes accusant de falso, secũdũ Cy. in. l. j. C. qui accu. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de fide instru.

47 ¶ † Adde qd ibi lis non contestatur, si est in causa instrumentorũ non currit instantia, secundum Ange. in. l. litibus in fin. ff. de agri. ⁊ censi. allegando tamen dicit. ⁊ Bald. in aucten. qui semel. C. quomodo ⁊ quãdo iudex vbi dicit qd die vltime citatiõis currit, imo dicit qñ incipit tractare in meritis cause, secundũ doc. in. l. properandum. §. ⁊ si quidem. C. de iud. vide ibi Bar. ⁊ Cy. Bal. ⁊ Saly. in prin. illius. l. ⁊ ibi late do. Alex.

¶ Adde an sententia lata post peremptam instantiam valet, ⁊ pre iudicet vide Bal. in. l. fina. C. vt intra cer. temp.

¶ Tu dic vt per glo. ⁊ ibi Barto. ⁊ do. Alex. in. l. properandũ in princ. C. de iudi.

¶ Adde instantia est apposita ⁊ etiam pena iudici, si non expediat causam, ex facto partium potest terminus prorogari, ꝺm Bal. in. l. petende. C. de tempo. in integ. resti. pe.

48 ¶ † Adde ꝙ licet non possit per pactum tempus instantie prorogari, ꝺm veram opi. Cy. Bar. ⁊ Bal. in. l. properandũ, in prin. pñt tñ partes se obligare per pactum sub certa pena de non opponendo de peremptione instantie, ⁊ valet obligatio, vt not. Bartol. in. l. seius ⁊ augerius. ff. ad. l. fal.

¶ Adde quod tpe instantie principalis non deducitur tempus cõpromissi, nec potest fieri prorogatio de partiũ voluntate, licet secus sit in tempore instantie appellationis, ꝺm Jo. an. ⁊ Spe. in tit. de iudi. delega. §. restat. ver. sed nunquid de tempore dato ad prosequendum appellationem, an possit prorogari. vide Cy. ⁊ Bal. in auctẽ. ei qui. C. de tempo. appel.

¶ Adde vbi iudex non fuit in culpa propter breue tempus sententiam reseruando exceptiones quod no. Bal. in. l. peremptoria3. C. sen. rescin. non pos.

49 ¶ † Adde ꝙ vbi iudex non fuit in culpa non expediendo processum, non debet esse in pena, ⁊ excusatur iudex qui non potuit causam expedire intra tempus statutũ, Bal. in. l. si ideo. C. de his quibus vt indig.

¶ Adde quid si iudex peccat in subtilitate iuris, ⁊ quando impeditur propter difficultate3 iuris vel probationis, an excuset, vide bal. in. l. ab eo. C. quo. ⁊ quando iu. in. iiij. colum.

¶ Itẽ an pax possit fieri absente parte nemine recipiente pro ipso. Bal.dicit qđ pax non solẽnis, qualis est illa que in foro penitẽtiali fieri p̃t, ista põt fieri, pax vero solennis non nisi interueniẽte p̃ñtia vel medio organo.ita dicit in.l.ij.C.de lib.& eo.libe. Et idem tz in.l.athlete.in prin.de excu.tuto.potest dici quod si pax esset necessaria huic quia ex omni parte sunt facte iniurie, & tunc talis pax est õ natura pacti.l.j.ff.de pa. Et pactũ nõ põt fieri inter absentes, ita nec pax. Si vero pax requirit̃ solũ ab vna parte q2 ex altera parte tantũ fuit illata iniuria, & tunc non requirit̃ p̃missio siue ɔcordia, sed solũmodo requiritur simplex remissio facta a passo ei qui intulit, secundum Spe.in tit.de treu.& pa.ver. Item si ex altera, & ideo cũ ex forma statuti requiritur pax secundo modo.i.remissio in iure ab offenso, dicendũ videtur idem esse quod in remissione seu liberatione dicitur que valet facta, vt no.glo.in.d.l.non solum.

¶ Contrarium videtur velle gl.quam sequitur Bart.in.l.idem in duobus.§.fi.ff.de pact. Puto tamen qđ si fiat remissio alicui recipienti pro absente, valeat, & acquiratur illi actio, si cedatur, nõ alias, iuxta no.in.l.hmõi de leg.j. Et hoc casu queratur excommunicato ipso iure.l.rescriptum in fi.de pac.per no.per Bar.in.d.§.si liberationis verba.& in.l.tale pactum.ff.de pac.

91 ¶ † Adde de sindicatore officialium, an possit excercere merum, & mixtum imperium, & corporales pro maleficijs penas imponere officialibus qui dicuntur deliquisse. Jo.an.q' non sed potestas succedens dz hoc facere in addi.Spe.de sindico.in rub.

¶ Adde quod mulier grauida non p̃t occidi vel tormentari. Bal.in.l.interpositas.C.de transac.

¶ Adde quando iudex dat saluuz conductum inquisito assecurando illum ab alijs condemnationibus & processibus ɔtra eum factis vide Bal.in.l.is qui reus de pub.iud.& per Ang.in.q.sua Bononiensis.per Jo.an.in ti.de accu.§.sequitur.ver.qđ si quis bãnitus.per Bal.in.l.sed si hac.§.sed si per penã.de in ius vo.de resti.spo.ex transmissa.& no.in aucten.de manda.princ.§.sed neq3 in.l.conuẽtionuz.ff.de pac.& in.l.papi.exuli.de mino.& in.l.j.ff.ad.l.iul.& per Cy.de his qui ad eccle.confu.l.p̃ñti.xij.q.j.noli.xxxiij.q.ij.sine de appel.ex parte.ff.de iud.l.si locus. Et de saluo conducto partis qñ possit, & debeat illum dare vide Innocen.in.c.j.de officio delega.vbi dicit quod si habes inimicum capitalem qui stat in castro forti, nec possum assumere vltionem, si accuso vt habeat necesse coram iudice comparere, vt sic possim in via eum occidere. Si ille petat saluum conductum debere pars ad mandatum iudicis sibi dare de non offendendo. No.tamen quod licet quis habeat saluum ɔductũ non tenetur ire, & exponere se inimicis capitalibus de restitut.spolia.ex transmissa, vt lite non contesta.c.accedens.el.ij.de rescriptis

92 c.statutum.§.j.in glo.statutum.in.vj. † Et nota quia securitas perpetua non potest dari, nisi a principe, vel habente in loco ius principis.l.relegati.ff.de penis.

¶ Temporalis autem dari potest non solum a principe, sed a lege.simile.ff.de leg.ij.& etiam a duce belli, vt.d.l.conuentionum.

¶ Item ab illis quibus ex forma statuti tacite vel expresse conceditur, vt no.Bar.in.l.fi.de decre.ab or.facien.

¶ Adde quod habens saluum conductum, vt non possit a creditoribus impediri.a principe.& fortius ab alio inferiori, tenetur tamen satisdare de stando iuri dilatione cum termino salui conductus expirato & finito.casus est in.l.vniuersa.C.de precib.impera.offe.vbi dicit tex.quod habens dilationem a principe tenetur satisdare de soluẽdo, & ibi Bal.dicit quod cautum esset.vt in huiusmodi salui cõductibus & dilationibus poneretur, quod nec etiam satisdatio peti possit ipsa dilatione concessa & saluo conductu durante, & dicit etiam ibi ꝙ nisi in rescripto moratorio ponatur clausula, non ob.tali.l.nunquam per dilationem moratoriam concessam per principis rescriptum satisdatio remissa videtur, per gl.in.d.l.vniuersa. Quinimmo h̃ñs moratoriam dilationem per rescriptum principis, vel quod aliter conueniri non possit, tali beneficio non gauderet, immo posset capi & carcerari, nisi satisdet de soluendo finita die ipsius salui conductus seu dilationis concesse, vt patet ex no.per bar.in.l.si debitori.de iudi. Vt ergo gaudeat beneficio salui conductus debet interim satisdare si ab eo fuerit satisdatio petita, vt.d.l.vniuersa. Esset enim iniquum si nõ satisdaret, q2 posset debitor pendente tempore salui conductus aufugere, secundum Barto.in.d.l.si debitori. Ad hoc.l.si longius.eotitu.cum nemini sit cum damno alterius consulendum.de elect.c.ij.in gl.ij. Ne quis debeat locupletari cum damno & iniuria aliena, vt in regula.locupletari.in.vj.

93 † Est preterea regulare quod debitor in diem satisdare tenetur, si incipit bona sua dilapidare, vel si alias de

dilapidatione

dilapidatione suspectus sit, sm Cy. in. l. j. C. de here. vel actio. ve. & vi expressum in. l. i omnibus. ff. de iud. vbi tex. clarus quod qui tenet ad diem pot conueniri ad parandu cautione, hoc ide 13 Cy. in. l. pe. C. de ope. lib. & By. de leg. j. cu res. §. sic itaq. & gl. ff. de condi. ob cam. l. iij. & Bar. ff. de priui. credi. l. si creditores. & ff. solu. matri. l. ij. & l. di uortio. §. interdu. eo. ti. Aduertendum autem quod talis satisdatio fideiussoria esse debet, & no nuda, sm Cy. Bar. & Bal. in. l. vniuer sa ne sit vanum gsiliu illius. l. vt dicit Bar. in. d. l. si debitori. & Cyn. in. d. l. ij. C. de heredi. vel actio. vendit. & ita de facto dixi consuledo in ciuitate Firmana. in. q. salui conductus concessi, per do. Camerarium dni pape Loysio de Florentia, cum impediret cora curia ptatis a certis eius creditoribus. Tenui enim quod non posset iudex in sindicatu impediri si habentem saluum conductum cogeret ad satisdandum creditori dilatione salui conductus finita.

94 ¶ † Adde quod in corpus mortuum non fit executio. Cy. in. l. ij. q testa. fa. pos. Unde si ille qui debebat suspendi, fecit se toxicari, corpus suum mortuum non debet mitti ad furcas, sm Cyn. ibi, sed dic ibidem qd est in arbitrio iudicis, qr illud est corpus pene facit qd no. in cle. de peni. & remis.

¶ Adde qd idem dicit in. l. j. C. qui accu. non pos. vbi dicit qd corpus mortui non potest furari, nec in eum habet locum pena furti, nec potest vulnerari nec percuti, vt habeat locum pena de vulnerato, qr corpus hominis mortui ad nullum est vsum, vt. ff. de in lit. iuran. l. in actione. & l. plane.

95 ¶ † Adde q si percutitur aliquis, volens, an potestas possit procedere vide tex. in. l. lex cornelia. §. plane. ff. de sic. & l. qui cetu. §. fi. ad l. iul. de vi pu. & in. l. j. §. vsq adeo. de iniur. vide omno Bal. in. x. co lu. de leg. cor. c. si iter pares. vbi mirabiliter loquit an qs posset se co mittere in aduersarium vide ibi, & no. hoc propter pacem que fit Rome. vbi offendens se ponit in manibus offensi, vt de eo recipiat satisfactionem & vindictam de qua pace no. Ange. in. l. sed si vnus. §. pretor ait de iniurijs. c. contingit. el. j. de senten. excom. vbi non pot quis se ponere in manibus inimici, quin ipsum percutiens si est clericus sit excommunicatus.

96 ¶ † Item an vulnerans seipsum puniat pena pecuniaria statuti imponentis penam ei qui aliquem percutit vide in Specu. de pen. §. j. versi. ij. quero. & ibi plene per Jo. an. in addi. & vide quod idem Jo. no. de sen. exco. gtingit. el. j. vbi ponit an feriens in seipsum pena in currat de percutiente seipsum, vide in. l. oe delictum. §. qui se vulnerauit. de re mili. & in. l. ij. §. sic autem. de bo. eo. qui mor. sibi cosci. ff. de pecu. l. sed si damnu. §. sed si ipse de edil. edic. l. cu ar. §. excipitur. o corp. vitia. c. ij. & c. ex parte. xlv. distin. c. si qs absciderit. vide Bar. in. l. si seruus. §. fi. de peni. Quid autem si seipsum occiderit, an bona debeant esse heredis vel fisci vide plene per Cy. C. qui test. face. pos. l. j. & ibi qualiter puniatur si preuentus non potuit se occidere. Et circa hanc materiam. vide. xxiij. q. v. c. placuit & ibi habes q non sunt sepeliendi, nec pro illis est orandum vide. xlv. distin. si qs absciderit. & c. seq. & c. non est.

97 ¶ † Adde qd licet quis non possit de delicto, nisi in loco vbi forum sortitur puniri. C. vbi de crimi. agi. opor. l. j. & ij. Tamen propter furtum factum in vno loco vbi existit deprehensus, si alibi quamplura furta fecit, poterat ibi puniri, qr furta alibi facta aggrauant delictum vt tanquam publicus & famosus possit suspendi, secundum Byn. & Bar. in. l. si cui. §. fi. de accu. & Bal. in auc. sed nouo iure. C. de ser. fugi. allegat pro hoc Bar. de episc. audi. l. iij. circa prin. vbi delicta iterata grauius puniunt. C. ad. l. iul. de vi. l. seruos ibi pluralitas delictorum etiam diuersis tpibus gmissorum auget penam. ad idem. l. j. C. de superindicto in versi. perseueret. lib. x. & C. de ser. fugi. l. quicunq de pen. l. capitalium. §. solent. & j. q. j. cito. xv. q. viij. is q vbi dicit gl. qd delictu iteratu grauius punit. presertim furtum. Sic iteratio delicti inducit iterationem, seu multiplicationem pene in cle. j. o priuile. in gl. super ver. vel aliquid. & in Spe. de senten. §. ij. ver. sed pone in statuto. Ad ide facit qd famosus in vno loco, vbiq est famo

98 sus. ff. de postbu. l. ex ea ca. & de capi. dimi. l. tutelas. per Cy. † Sic excoicatus vel suspesus in vna ecclesia, est excoicatus vbiq. iiij. q. v. vn hec qualitas, furtum alibi comissum aggrauare videt vt possit vbiq suspendi sicut infamatus de eo genere delicti, puta de furto, vel barrataria, secus si de alio genere puta de homicidio, quia homicidium non aggrauat furtum, nisi fiat simul cum furto. & alias furca suspenditur. C. de accusa. l. si quis homicidij, pro hoc facit quia ille q post penitentiam deliquit, ita priuatur gratia post sequens delictum ac si nulla peccata dimissa fuissent, de pe. distin. j. fratres. Sed certe hec opi. Bar. cui etiam allusit Bald. est plurimum rigorosa, & iudex debet potius seruare misericordiam quam rigorem. xlv. distin. disciplina de transac. c. fi.

¶ Sunt preterea plures casus in quibus rigor temperatur, de quibus in. c. fi. de sen. exco. in glo. rigor hoc. Preterea hoc dictu aliorum doc. hz auctoritates discordes, de qbus Bar. & Bal. non habuerut recordium, qm Jo. an. tenet grium in Spe. de fur. in additione que

99 incipit, famosa est. † Alia ipsius questio, vbi dicit q q fecit in duabus ciuitatibus duo furta sine pena, gtum fecit in alia & capitur, an puniri debeat vt famosus, & dicit quod non, cum in illa ciuitate commiserit solum vnum furtu non potest dici famosus, vn dz potius fustigari iuxta no. in auc. sed nouo iure. Hanc eandem opinio. secutus fuit Jac. de bel. in auc. vt nulli iudi. §. si quis vero gprehensorum vbi dicit q si aliquis est accusatus hic de aliquo crimine, & gfessus est se alibi gmisisse plura eadem crimina extra territorium iudicis coram quo accusatur, de illis criminibus extra territorium gmissis, & pp delicta alibi gmissa poterit hic puniri. Profecto hec opi. equior visa est in re tam grandi, vbi de vita hominis disputatur, qr vbi sunt opi. illa est eligenda que maiori nititur pietate. xv. q. vij. episcopus sacerdotibus. & bal. dicit qd vbi sunt opi. magistrorum standum est illi q sapit equitatem potius q rigorem ita dicit bal. in. l. j. ff. de offi. questo. Fortificatur hec decisio ratione, quia pro vno furto non dicitur quis famosus. l. capitalium. §. famosos. de pen. sed debet aliter castigari, vt dicit glo. in. c. inter alia. de immuni. ecclesia. versi. nisi publicus fuerit latro. & no. in aucten. sed nouo iure. Quinimmo dicit An

100 ge. in. d. §. famosos. † quod ipse non intelligit famosum latronem, licet furetur assidue, nisi cum armis aggrediatur, aut vi auferat, per l. empto. §. aduersus. de sepulchro vio. plus dicit bald. in colum. de pace iura. §. si iniuria quod pro multis paruis furtis non debet quis tanquam famosus suspendi. allegat glo. & Cyn. C. de fur. l. apud antiquos. in glo. fin. Fateor tamen quod pro illis furtis paruis posset furti conuenerit, vt dicit Bal. in. d. l. apud antiquos in fi. sed tame pro huiusmodi furtis no efficeretur quis famosus, vt possit furca suspendi, secundum Bald. in dicto. §. iniuria. Unde aduerte bene tu iudex maleficiorum in formandis processibus, quia debes dicere q violenter & cum armis & palam rapuit vt quis dicatur famosus. Unde si dicat simpliciter qd furatus fuit pena huius delicti non est capitalis, secundum Francis. o Albe. in quodam suo consilio quod incipit. Primo reuoco in dubium &c. allegat in aucten. vt nulli iudi. §. fina. C. de fur. l. fina. Nec ob. secundum eum de pace iura. fir. §. si quis quinq solidos vbi videtur dici quod pro furtis quinq aureorum quis videtur suspendendus. Accipiendo solidum pro aureo, vt. l. quoties. C. de suscep. & archa. quia illud est verum in eo qui furatur rumpendo publicam pacem, & ita debet intelligi ille. §. ratione subiecte materie tituli sub quo positus est vt in prima constitutione. C. §. quibus. ff. de in diem addic. l. imperator quia legum correctio est euitanda, & vbiq potest aliter dici non est inducenda. ll. correctio vt nota. in. l. prima. §. si is qui edicto. ff. de dam. infec. Preterea si ille. §. intelligeretur aliter, adhuc dici potest quod ei sit derogatum per contrariam consuetudinem totius Italie longissimis te

101 poribus obseruatam, † quoniam pro furto primo alia pena quam capitalis imponitur maxime in furto parue quantitatis. Et qn consuetudo habet ante seipsam contrariam consuetudinem qualiter fuit & e fieri consuetum, tunc consuetudo derogat legi, vt in cor. quib. mod. natu. efficiun. sui. §. pe. not. in proemio insti. & in. l. rem non nouam. C. de iudi. & in decre. j. di. leges. in glo. Illud quod dicitur quod publici & famosi latrones sunt furca suspendendi, est verum quando agitur de latrocinio nam latrocinium est illud propter quod ita acriter punitur, non solum persone conditio. Et ita loquitur lex capitalium. §. grassatores. & §. famosos. Sed cum nullum latrociniu obijcitur tunc secus dicendum est, nam latrocinium est prius latere, deinde palam & vi rapere, vt dictis iuribus, vt no. in. d. l. hostes de verborum significatio. Et licet aliquando glos. dicant q multiplicitas delictorum reddit furem famosum & publicum, ita qd facit esse latronem. Tamen deuiant a veritate, nisi quando delictorum multitudo ita obijcit, q de eis simul & semel venit puniendus, & ita intellexit Odofr. & scripsit in tit. qualiter fiat accusatio, sed qn no obijcitur multiplicitas furtorum, q de eis veniat puniendus vt famosus. Et fuerunt hec verba Fran. de Albe. in. d. suo consilio ex quibus patet responsum ad dictu Bar. in. d. l. si cui. §. fi. & Bald. in auctenti. sed nouo iure, & sic dicebam de facto ad liberationem cuiusdam capti pro furto qui aggrauabatur ex confessione aliorum furtorum alibi commissorum, & tandem euasi. tene menti.

102 ¶ † Adde q assessores ducentes testes vel malefactore ad funem non aliter ligando dicunt eos leuiter terrere. l. ita apud. §. questionem in ver. leuis territio. ff. de iniu. vbi dicit Ang. q post q sunt ad funem putat esse terrore cadente in gstante virum, & sic gfessio diceretur tunc metu tormentorum extorta. l. interpositas. C. de trasac. sufficit enim iste terror pximus. l. ij. C. de iniur. & no. bene. q sicut no lz retinere & denegare alimeta vt gfiteant, vt no. glos. in. d. §. questio.

nem. ƀm Fran. ꝛ Cy. ꝛ probat iste tex. ꝙ qui pugnis percutit nō dicitur verberare, ꝛ sic non incidit in penam statuti de verberante.

103 ¶ † Adde ꝙ carcer dr̄ mala mansio ꝛ appellatione questionis continetur, vnde si ille qui fuit de prioribus non potest torqueri ex forma statuti, vel potestas sine licentia prioris non potest quem torquere ex forma statuti, nec poterit poni in carceribus sine dicto ꝯsensu, nec carcerari is qui fuit de prioribus, ꝛ hoc tenuit Ubertus de Bobio, quē sequebat̄ Rayne. Ita dicit Ang. in dicta. l. itē apud. §. questionis per tex. ibi malam mansionē qꝺ intelligit verum qñ carcerat̄ cū denegatione victus, vel si victū, tunc. n. ponitur in carcere loco pene, vñ nimirum si contineatur appellatione questionis. Secus si solum ponitur in carcere ad custodiam, quod apparet, quia non est incipiendū a questionibus, ꝛ tñ incipi potest ꝛ positione in carcere, ergo non est questio secundum Ang.

¶ Adde quia statuta cōiter puniunt certa pena blasphemantes, ꝛ maledicentes Deū vel sanctos, ꝛ super hoc questiones varie sepe

104 occurrunt, vt non ꝯtingat iudicē errare, ꝛ in sindicatu teneri. † Primo sciendū est qꝺ qñqꝫ est differētia inter maledicere ꝛ blasphemare ꝛ blasphemare. Naꝫ ꝑprie blasphemia est oē id sinistrū qꝺ alicui optatur in futurū. Maledictio est de preteritis ꝛ presentibus, vt pꝫ in. l. item apud. §. ait pretor. in tex. ibi autem maledictum de quo per Bar. in ea. l. §. conuicium. in ver. ex his apparet.

¶ Itē sciendū est quod deū blasphemant qui faciunt scelerata iuramenta, ꝛ debent capite puniri, nisi de alia pena prouisum est ꝑ statutum. Bald. in. l. iureiuran.

¶ Itē sciendū ꝙ quicunqꝫ dicit verbum iniuriosum vel cōtumeliosum ꝯ deū dicitur blasphemare. Bal. in. l. j. C. si quis impera. maledixe. vbi dr̄ non solū blasphemia, sed oē verbum importans cōtumeliā. An aūt dicat̄ maledicere vel blasphemare ille qui dicit, de lasina de dio. dicit Bal. in quodam suo ꝯsilio paruo posse dici prima fronte ꝙ sic in auc. vt non luxu. ꝯtra naturaꝫ. ꝛ in. ij. de maled. ꝛ no. in. d. l. j. C. si quis impera. maledixe. xxv. distin. qualis. Contrarium tenet̄ ex cōi vsu loquendi, ꝛ ꝙ ista verba sunt potius verba iniuriosa ꝛ contumeliosa quam maledicere, ꝓbat̄. ff. de here. insti. l. quoties. §. si qs nomē ƀm intellectū Roge. Non ois ergo ꝯtumelia est blasphemia vel maledictio maxime ƀm communem vsuꝫ loquendi. Ita dicit Bal. in consilio ꝛ non plus.

105 ¶ † Secus tñ puto si quis diceret per la pota, o per lo culo, qꝛ diceretur blasphemia, ꝛ qui blasphemat maledicere videtur, secundum Bar. in. d. §. pretor ait, ꝛ in auc. vt non luxu. ꝯ naturā. §. ꝛ qm̄ quidē Amplius dicit Pet. de peru. in quodā suo consilio paruo, qūo sumatur blasphemia qꝺ qñ statutum non exprimit spāliter per q̄ verba inducatur blasphemia, opꝫ recurrere ad ius cōe ƀm qꝺ blasphemia sumitur multis modis. Primo qñ Deus contemnitur. xxxij. q. v. cum apud. Secundo sumit̄ pro maledictione, ƀm qꝺ Mo. no. alibi, vt a maledictione puri esse debeamus. xxxiiij. q. ij. si igit̄ per quem tex. constat qꝺ blasphemare ꝛ maledicere ponuntur ꝓ eodeꝫ.

¶ Item blasphemus dr̄ prout habetur. xxij. q. ij. c. qñ vult Deus, ꝛ alibi. ꝛ de pena blasphemantium deū, beatā Uirginem, ꝛ sanctos recurrendum ad. c. j. ꝛ. ij. de male. ꝛ ibi quod omne maledictum de Deo ꝛ de sanctis est blasphemia. Et ꝑ illum tex. manifeste apparet qꝺ maledictio Dei summatur ꝓ blasphemia, ꝛ alibi scriptū est si qs in spiritum sanctū blasphemiam dixerit, neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futurum remittitur ei. xxv. dist. qualis. Et alibi dicitur blasphemus qui Christum blasphemat. de iude. c. j. ꝛ. ij. ꝛ. c. cum sit. Ex qbus iuribus euidēter appet qꝺ maledicere ꝛ blasphemare summūt̄ vniformiter lꝫ ergo statutū non exprimat per que verba blasphemia inducatur, tamen generalia verba statuti loquentis ve blasphemante intelligimus ꝛ interpretamur secundum ius commune. Pet. de Perusio in dicto suo consilio.

106 ¶ † Adde ꝙ ex maledictione qs infamat̄. xxij. q. ij. qui negligunt nam maledici regnum Dei non possidebunt. xxj. dist. deniqꝫ. Et maledictum redit super eo qui misit illud. xj. q. ij. illud.

¶ De iure ciuili pena blasphemantis est vltimum supplicium, vt in auc. vt non luxu. contra naturam. §. ꝛ qm̄ quidem de iure canonico vide de maledi. c. fi. ꝛ. xxij. q. j. si quis per capillum vbi dicitur qꝺ blasphemans Deum, vel Uirginem Mariaꝫ, seu sanctos arcetur ab ingressu ecclesie cum corrigia ad collum, ꝛ non habet palliū neqꝫ calciamentum, ꝛ debet quorumlibet duorum vel trium saltem vnum recipere pauperem, ꝛ si non potest commutabitur in aliam penam. Si aūt penitentiam non vult facere, punitur pecuniariter.

¶ Quid autem sit blasphemare vide. xxiij. q. v. qui caput ꝛ vide ꝙ no. Bal. in. l. prius. C. qui accusa. non pos. vbi dicitur quod blasphemans Deum est hereticus, ꝛ an possit fieri pax de blasphemia vide consilium Bar. qꝺ incipit minister fratrum minorum, ꝛ vide in conclusionibus Bald. fol. xxxj. in fin. vbi aliter tenent pro quo consilio Bar. vide quod scripsit Jo. an. de instru. edi. §. nunc vero aliqua in addi. Spe. in versi. item pone cum quidam.

107 ¶ † Adde an iudex teneatur de mortuo in tormentis, vide ꝙ not. Bar. in. l. de qōnis. de questio. vbi distinguit an iudex excessit modum ꝯsuetum qui debebat adhiberi ƀm qualitatem persone, ꝛ teneatur alias secus, ꝛ vide Cy. in. l. grauius. C. de adul.

¶ Adde quod iudex qui non potest supplere in aliquo casu, si non supplet non facit litem suam, potest tamen appellari. Specula. de offi. iudi. §. impedit. versic. quid si iudex ita dicit Bal. in. l. non qcquid. de iudi.

¶ Adde ꝙ iudex maleficioꝝ qui coegit fideiusso. ex eo ꝙ nō poterat habere principalē, pōt postea reū cogere ad reddendā pecuniā fideiussori casus in. l. cum eorum. C. de sen. ƀm Bal. ꝛ est casus ƀm Guil. in. c. cum vendente. C. vbi cause fis. ꝛ ita tenet Bal. ibi.

108 ¶ † Adde ꝙ iudex pōt moneri ēt ex his que non apparent ex processu, si viua voce ipse audiuit per glo. in. l. quoties. §. fin. ff. de ꝓba. ita dicit Bal. in. l. j. C. de iudi. liber.

¶ Adde quod iudex non tenetur, si denegat aliquid quod poterat ab aliquo eque commode postulari. l. iij. §. si tam vicinum de dam. infec. per Barto.

¶ Adde ꝙ illa verba iudicis, admitto inq̄tum de iure debeo, ꝛ similia, nihil operant̄ Bal. i. l. si qñ. ff. de leg. j. vide Bal. de neg. ge. l. j. in fi. vbi dicit ꝙ idē ē dicere, nō admitto, qꝺ reijcio vel denego. ꝛ adde circa hoc qꝺ no. Bald. in quodā suo ꝯsilio ꝗ q̄rit si iudex dicit non admitto nisi inq̄tum de iure debeo, an dicat̄ admissum, vide Jo. de imo. in. l. si qñ. de leg. j. ꝙ dicta verba bene operantur.

¶ Item ꝙ in penis iudex dꝫ sequi consuetudinem sicut legem scriptam Bal. in. l. ꝛ si seuerior. C. de infami.

¶ Item adde ꝙ si iudex non potuit facere integraliter punitionē, quia non habebat iurisdictioneꝫ, an superior possit penam supplere Bal. in. l. j. C. de spor.

109 ¶ † Item an iudex qui non habet iurisdictionem vel cognitionem nisi vsqꝫ ad certam summam, possit delinquentem coram se vltra illā q̄titatem punire. Bal. in. l. j. de spor. vide Inno. de offi. deleg. cum si. vbi dicit ꝙ si iudex vltra suā iurisdictionē procedit, ꝛ nihil sibi opponitur, valet sententia, nisi esset error expressus.

¶ Adde quis iudex cognoscit de delicto commisso in cōfinio duorum territoriorum. Bal. in. l. ij. C. vbi de cri. agi. opor. ꝛ in. l. si quis ad declinandam de epis. ꝛ cleri.

¶ Adde si iudex qui de decem tantū poterat cognoscere, ꝛ iudicauit de. xx. an valeat sententia in. x. vide in regula ea que fiunt. de regu. iur. in. vj. ꝛ ibi remis. ꝛ vide Bal. in. l. certa ratiōe. C. quo. appel. non recipi. ꝛ vide in si. Bar. in. l. grece. §. illud. de fide.

110 ¶ † Adde ꝙ iudex ratione casuum emergentiū potest leges transgredi. Inno. de consti. c. j. ꝛ Bal. in. l. ꝛ si seuerior. de infami.

¶ Item quid si vni committuntur cause pupillorum alij cause a. x. libris. s̄. si pupillus habet causam a. x. libris. j̄. quis iudex debet cognoscere. Et quid committuntur vni iudici omnes cause cuiusdam hospitalis. vide Bal. in. l. j. §. vbi autem. C. de cadu. tol. ꝛ Bart. in l. in sacris. C. de proxi. sac. scri.

¶ Item iudex aliquid facit in casu in quo statutum dicat. Si iudici videtur non potest appellari ab eo ꝙ iudex facit, vt no. Inn. in. c. fi. de ferijs. ꝛ Bal. in. l. cessante. C. quomodo ꝛ quando iudex.

¶ Item quod iudex dꝫ moderare salarium notariorum ꝛ aduocatorum de rescrip. statutum ver. officium. in. vj.

¶ Adde quod si iudex capit delinquentem in alieno territorio, iudex in cuius territorio fit captura, potest repetere reū captū de verbo. signifi. ex parte. el. j. ꝛ in. l. quid sit fugitiuus. §. item apud eum glo. de edil. edicto.

111 ¶ † Adde ꝙ si iudex viderit ꝛ sibi constabit de subornatione testiū vel eorum vilitate, non debet sequi eorum dicta, etiam si non excipiatur. Inno. de re iudi. c. causam.

¶ Adde quod quando iudex inquirit ad promotionem vel querelam alterius contra alium de delicto, ꝛ iudex inquisitum propter legitimas defensiones, vel propter probationum penuriam absoluat, vel alia de causa semper debet illum ad cuius promotionem, instigationem, vel querelam fuit inquisitio instituta, in expensis condennare no. de dolo ꝛ contuma. cū dilecti in glo. fina. que dicit quod in causa criminali siue agatur per viam denuntiationis, siue accusationis, siue inquisitionis, locum habet conden. natio expensarum. Nec videtur sufficere pena talionis, quia condemnatio expensarum non est pena sed interesse respectu rei familiaris, vt not. de rescrip. capitu. fina. de electio. c. j. in. vj. versic. hanc penam in fin. Et sic propter cām criminis, vna per aliam non impedit̄. C. qñ ciuil. actio. l. prima.

112 ¶ Item pena talionis infringitur propter calumniaꝫ, ꝛ sic propter extrinsecam causam, ꝛ sic propter diuersam, causam, ꝛ ex eodeꝫ delicto

licito punitur dupliciter. ad q de crimie fal. c. j. qd verum intelligit τ fatetur Anto. de bu. in. d. c. cũ dilecti. inquantũ gl. dicit vbi condẽ nationẽ expensarum locũ habere in cã inquisitionis, verũ est aliquo specialiter prosequente inquisitionẽ cuius intersit vt not. Spe. in ti. de expen. §. j. in fi. secus si iudex ex officio suo procedit infamia precedente, quia tunc ex debito officij inquirit etiam de necessitate. ad hoc de offi. deleg. ab arbit. in. vj. Et qd ibi not. in vlti. gl. ad hoc. C. qui accu. non poss. l. j. vbi tutor per necessitatem officij accusans excusatur a pena calumnie, τ q2 non debuit ius reipublice dimittere indefensum q timore forte expensaꝝ dimitteret. l. illud. de peti. here. ¶ Itẽ q metus pp famiam habuit iustam cãm litigandi, que excusat a condemnatione expensarũ. c. j. in fi. de elec. in vj. τ sic consuluit in ciuitate Firmana pro ser Francisco, inqsito de diffamatiõe ad querelã alterius, q2 iudex debebat querelantez in expensis cõdemnare, si delictũ non probetur. tene menti, ne si iste casus contingeret in syndicatu valeas impediri.

113 ¶ † Adde si statutũ. punit accusatorem certa pena, si in probatione accusationis deficiat, an dicta pena h3 locũ in denũtiante. τ est vtile scire pp inquisitiones quas faciunt iudices de delicto ad denuntiam alterius. An si dicta denuntiatio non probet. veniat denuntiator puniendus pena statuti, ac si accusasset. In hoc articulo vr probabiliter dici posse q non, q2 statutum loquit soluz de accusatore nõ probante, p tex. in. l. q cũ maior. §. accusasse. de bonis liber. vbi litera dicit, accusasse eũ dicimus q crimina obijcit. τ cãm perorari vsq3 ad sniam efficit. ceterũ si ante quieuit, non accusauit. concor. eo. ti. l. in seruitutem. §. petijsse. τ facit in rõne sui. c. si tu. vel cu. vel mag. l. j. Potest. n. iudex ad solaz denuntiaz nulla instituta accusatione p cedere. l. ea quidẽ. C. de accus. C. de custo. reo. l. in quacunq3. in prin. C. de sepul. vio. l. antepe. non. n. potest denegari quin denũtiatio differat ab accusatione, q2 prima in scriptis non exigitur, ƀm Cy. in. d. l. ea quidẽ. τ Bar. in. l. diuus. de custo. reo. Secũda sic, vt p3. ij. q. viij. q2 scripsit. in. c. qui crimẽ. 2rĩũ est verius de iure dicendum, vc3 penã prefixam per statutũ non probantibus accusationez institutam locũ habere etiam in denuntiatore. τ ita fuit de facto terminatum in ciuitate Rhegij, per Gui. de suza. τ Roman. de romangis attestantur in eorũ. q. statutoꝝ per. l. cum patronũ. §. j. de iure patr. vbi est tex. expressus q qui non detulit, dicitur accusasse. cũ idẽ sit effectus quo ad punitionem delicti. ff. q quisq3 iur. l. j. in fi. τ. l. fin. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocan. τ huic decisioni adhesit expresse Jo. an. in addi. Spe. de denũ. §. j. in addi. j. vbi eandẽ refricat qõnẽ.

114 ¶ † Itẽ ille qui in denuntiatione pbanda defecerit, calumniari psumit sicut accusator. extra de accu. c. cũ dilectus. ꝺ calũ. c. j. ff. ad turpil. l. j. §. calumniari. τ bene facit. C. de calum. l. si quis se. ibi dũ dicit adeat potestatem, aut libellos offerentes, aut querelas suas apud acta deponens. ad idẽ. C. de sepul. vio. l. pe. vbi querela 2 aliũ instituta vim accusationis dr obtinere. Propterea dicebat Bar. in. l. i senatus. §. an ad eos. ad turpil. q ille cuius instigatione iudex inqrit pena turpil. tenetur. ad idẽ. l. j. §. incidit. eod. ti. Tene menti tu iudex vt denuntiantem τ non probantem, secus si accusasset, punias audacter pena statuti loquentis de accusatore non probante, ne in syndicatu valeas impediri.

¶ Adde q in superioribus duabus. q. proximis mentionẽ feci ꝺ inquisitionibus institutis per iudicẽ ad querelam alterius, iõ q2 hmõi verba τ similia vc3 ad promotionez talis. ponunt sepissime in pcessu. qñq3 dr in processu seu in inquisitione ex officio facta, τ ad denun
115 tiã, talis τc. † Qualiter debeat exponi illud verbũ cum dr, ad querelam alterius. ab ipsa igitur etimologia vocabuli cõducendo τ prosequendo materiam sciendũ est, q querela nihil aliud est quã quedaz querimonia, de restit. spo. c. j. in prin. de elec. c. querelã. C. de nõ nu. pecu. l. in 2tibus. §. i oibus. Dicta aũt ẽ querela a querelãdo siue a consequendo. ois. n. actus per quem quis de aliquo cõqueritur, siue aliquid petit, dr querela, siue in iudicio siue extra petatur, ƀm Pau. de eleza. de fide instrumẽ. c. cũ dilectus. in prin. in versi. qõni. omnis ergo actus p quẽ quis recurrit ad iudicez aliquid petendo. siue de actu valido, est querela, ƀm Bal. in. l. si minoris. de admi. tut. τ hoc videtur tenere Jo. an. in. c. j. de elec. in nouel. in. vj. vbi videtur tex. q omnis causa sit querela.

116 ¶ † Illud no. q aliud est querela, aliud appellatio, vt p3 de offi. de lega. c. j. vbi legatus iure legationis potest tam per appellationem quã p querelaz quascũq3. q. cognoscere. hoc ẽt not. glo. ix. q. iij. §. si aũt aliqs. τ aduerte in. l. j. C. vt in pos. leg. q in querela nullus libellus exigitur, sed simplici verbo exponitur coram iudice postea in actis redigenda. τ sic differt ab accusatione que requiritur in scriptis. τ cetera solennia, de quibus in. l. fi. C. de accus. τ pro hoc vr qd qñ quis d3 accusare de delicto, vt in adulterio, non sufficeret qd exponat querelam corã iudice. τ vide Bal. in. d. l. j. quid importet qñ statutum dicit q pcedat per simplicem querelaz. Quid aũt iuris sit qñ inquisitio est facta ad promotionez alterius, τ hec verba ponunt in inquisitione. τ Bal. in. l. per hanc. C. de tempor. appel. vbi querit nunquid inquisitor. sentire vr quod promotor inquisitionis sit loco accusatoris habendus, τ potest tests inducere, τ oia facere que poterat accusator. Et qñ inquisitio est facta ad promotionem alterius, iudex non facit se aduersariũ principalez, sed promotor, sic allegat. ff. ad turpil. l. j. §. incidit. τ q Inn. in. c. cũ clamor. in glo. j. dicit 2riũ

117 ¶ † Tenet. n. ibi aperte q promotor in processu inquisitionis non vr ius habere, cũ possit iudex post publicatũ processũ testes de nouo inducere, vbi per viam inquisitionis proceditur, ẽt si incertus sit inquisitionis minister seu promotor, ƀm Innoc. ibidem τ promotor seu inquisitionis prosecutor ius non habeat in processu tenuit idem Inno. de accu. olim. ad fin. in glo. hoc collectiue. Fatetur tñ quod iudex prudenter facit, si eum vocet vel mittat, vt per eum instruatur. hinc est q si procurator inquisitionis posset except. repelli, tñ iudex potest in inquisitione procedere, vt dicit Innoc. de accus. cum oporreat. in glo. fina. τ de iudi. exhibita. in glo. ex hoc videtur. Ego puto tunc demũ promotorem inquisitionis ius habere in processu, si suam vel suorum iniuriaz prosequat, τ super inquisitione ad eius probationem testes inducat. τ sic intelligo glos. not. in. l. ob hec verba. ff. de infami. que de promotore loquitur, sic intelligo Innoc. in. d. ca. olim. ad fi. de accu. vbi dicit quod promotor inquisitionis potest a lata sententia appellare, per. c. cum speciali. de appellatio. cum iura sint specialia isto casu, quando quis suam vel suorum iniuriam prosequatur testes super inquisitione promota induxit, vt patet ex not. per Hostien. τ Joan. and. in dicto. c. cum clamor. faciunt not. C. de accu. l. neganda. canonizata in qõ. xj. neganda. pro hoc quod not. Barto. in. l. is qui reus. de publi. iudi. τ. C. de acc. l. j. per Bald. Et ita dico in hoc articulo de instigatore inquisitionis, vt habeat ius producẽdi testẽs in processu alieno. Bald. dicit q nõ in. d. l. ob hec verba. allegat not. ff. de inoffici. testa. l. si suspecta. De oratore an puniatur. vide text. insti. de obli. que ex male. §. ope. De persuadente. ff. de dolo. l. cum quis. De suggestore vide Bald. in. l. prima. §. si cui. ff. de magi. conne.

118 ¶ † Adde qñ plures pene imponuntur per legem ratione cuiusdã delicti, vtrum iste pene concurrant in origine tantum, an vero in condemnatione τ executione. vide Bald. in. §. pena grauior. τ bonam glos. in. c. fraternitatis. xxxiij. distinc. τ ibi quando diuerse pene imponuntur a iure vel statuto pro eodem delicto que illarum sit imponenda, τ dicit quod est in optione iudicis quam velit. τ idem dicit gl. xxj. q. ij. in summa. τ q2 in hac. q. contingit sepe errari per iudicez τ Bal. in. d. l. pena grauior. locutus est imperfecte. τ igitur plenius distinguẽdum. nam, aut pene apponuntur cumulatiue, aut simpliciter, aut alternatiue. Si accumulatiue, aut vna pena ẽ diuersa ab alia, τ tunc aut vna includit aliam, vt q2 per vnam. l. imponitur pena suspensionis ab officio, τ per aliaz remotionis ab ordine, τ tunc sufficit q imponat maior, vt no. glo. in. q. vj. appellatione. τ gl. xxiij. q. v. relegantes. aut vna non includit aliam, vt q2 per vnã imponit pena bonorum, per aliã pena personalis vel alia dissimilis, tũc vtraq3 pena imponitur, vt est casus in. c. felicis. de peni. in. vj. τ in gl. que allegat iura. Ad hoc tex. de reg. iur. c. i. in. vj. τ facit q no. Lapus τ Abb. in. c. ij. de consti. in. vj. Aut imponit pena pro eodem delicto, sed ex diuersis causis, τ tunc vtraq3 imponitur, dũmñ cense concurrant. ita potest intelligi glo. antepe. in. c. licet canon. de elec. in. vj. τ glo. in cle. j. de offi. vica. Aut pene non sunt diuerse, sed similes, vt puta q2 vna imponit penam certaz, alia imponit penam legum, τ tunc imponitur vtraq3, tñ soluendo minorem remanet obligatus tñ in residuo, vt not. Jo. and. post Archi. in. d. c. felicis. in glo. pe. Aut pene sunt pares per omnia, τ tunc refert que imponatur ƀm predictos in. d. c. felicis. alleg. de fide instru. c. pastoralis. facit tex. τ q ibi no. glos. xxiij. q. j. relegantes.

119 ¶ † Secundo casu principali qñ pene non apponuntur cumulatiue sed simpliciter, tũc, aut vtraq3 pena prosequitur interesse partie, τ sunt similes, τ ambe imponunt, sed vna confunditur in aliam, τ vna soluta debet tantum soluere id in quo alia excedit, vt no. Jo. and. in. d. c. felicis. aut vtraq3 imponitur ad vindictam, τ tũc vna electa, alia imponi nõ potest, arg. de postu. prela. c. j. in. vj. τ de elect. vt q duas eod. lib. q2 non debet quis bis puniri pro eodẽ delicto. de iudi. at si clerici. de accu. de his. τ not. Joan. and. in. d. c. felicis. Tertio casu quando imponuntur pene alternatiue, τ tunc aut vna includitur in aliaz τ excedit τ vnam τ aliam tantuz quo ad quantitatez numeri, vt puta quia statutum dicit quod puniatur in centum vel quinquaginta, τ tunc punitur illa de quinquaginta. τ ratio, quia cum illa cõcor. vtraq3 pars alternatiue, vt in. c. sicut. de homici. in glos. fin. facit de arbi. c. j. in. vj. Aut vna non includitur in aliam nec sunt similes, sed

